PONTANVS
PROGYMNAS-
MATVM

A
39
708

EMART
ENCUADERNACIONES
T. 278913 - GRANADA

C
25
73

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 39
Numero: 708

i 11844474

ENG
Tel.

29 a - 6 - 1

# IACOBI PONTANI
DE SOCIETATE IESV.

# PROGYMNASMATVM LATINITATIS, SIVE DIALOGORVM

R-20.441

*Voluminis tertij pars prior, cum Annotationibus.*

## DE VARIIS RERVM GENERIBVS.




...ía Universitaria
...RANADA

*Cum gratia & priuilegio Cæſ: Maieſt:*
INGOLSTADII,
*Excudebat* DAVID SARTORIVS.
Anno Domini M. D. XCII.

4
4-477

# REVERENDISSIMO, ET ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO VVOLFGANGO Præpoſito Eluacenſi, Patrono longè optimo atque humaniſsimo

*IACOBVS PONTANVS DE SOCIETATE IESV,*

S. P. D.

*OPVS ISTVC LVCVBRATIOnũ mearũ VVolfgange Ampliſſime, tibi potiſſimum oblatum, & conſecratum volo. Perpetua in te propendeo inclinatione voluntatis, efferórq; cupiditate quadam minimè, vt arbitror, vituperanda: quoniam occaſio ſe tandem aperuit, ad commemorationem poſteritatis, quomodocunq; etiam, id eſt, pro ingenij vena, quam mihi benigniorem contigiſſe vellem, celebrādi, & ſcriptis illuſtrandi nomen tuum: atq; hoc eò magis,*

quòd de commilitonibus meis, qui ſtatis anni temporibus dato commeatu rem Catholicam in tua ditione gerunt, ſæpius audiui, reſidere, vigeréq; in mente tua memoriam mei, & reminiſci te adhuc perceptæ olim à me diſciplinæ, quādo nimirum adoleſcentiam in literis politioribus habebas. Quid autem narro, me ab alijs, nec ſemel audiuiſſe? tu ipſe paucis ab hinc menſibus, cum Auguſta iter ageres, præſens præſenti memorem gratúmq; vel poſt tot annorum interualla animum verbis humaniſſimis amantiſſimè, non parua cum admiratione me declarauiſti. Enutriuiſſe porrò in ſtudijs liberalibus ingenia huiuſcemodi, quæ, vbi togam puram induerunt, propter opinionem bonitatis & ſapientiæ, vel ad potiores reipublicæ partes admouentur, vel in excellentis faſtigio dignitatis collocantur, vel omninò ad Principum gradus extolluntur, vt præteream quàm ſit nutritoribus ipſis honorificum & glorioſum, certè mirabiliter eſt iucundum, & non vulgaris ſolatij plenum. Quanquam cum de rebus tuis cogito (cogito autem crebrius, quemadmodum ſcilicet amantes conſueuerunt) nihil ſuo velut eximio fulgore obtutum meum adeò verberat, vt plu-

rima

*rima tua per omne genus, certiſsimiſq; ſignifica-
tionibus, & effectis inde vſq; à primordio ad-
miniſtrationis tuæ confirmata virtus. Etenim
vti fons & caput lucis ſol cum exoritur, cælum
totum radiorum ſuorum lumine irrigat: ſic vir-
tutes ſuis quibuſdam radijs lucidiſsimis animũ
in quem immigrauerint perfuſum conueſtiunt.
Rectè proinde & ordine facerent, ſi te talem vi-
rum ſtudijs & actionibus exprimendum ſibi de-
ligerent, qui Eccleſiaſticis poteſtatibus præſunt,
ſanctiſsimáq; religionum iura moderantur. Si,
inquam, maieſtatem celſiſsimam aſsiduiſsimis
comprecationibus concipiendis, non infrequen-
tibus ſacrificijs ineundis auguſtè, piéq; venera-
rentur: populo ſuo veniam pacémq; expoſcerẽt:
ſarta tecta templorum conſeruarent: adoleſcen-
tes idoneos erogata grandi inſumptum pecu-
nia ad mercatum honeſtatis optimarúmq; ar-
tium tranſmitterent: aliena liberalitate victi-
tantibus penum gratuitò ſuppeditarent, vt ita
D E O cum centeſimo reſtituenti fænerati, the-
ſauros ſibi in cælis conſtruerent, ad quos ſurri-
piendos perfoſsis parietibus nulli vnquam fu-
res penetrabunt. De ſeueritate tua, quam con-
tra vinolentos, & impias voces in D E V M ia-*

 *culan-*

*culantes iuſtiſsimè expromis quid ego referam? Duabus hiſce peſtibus latè nunc obſidentur homines: quibus quemadmodum ſalutares afferantur manus, abs te, opinor rectores multitudinum diſcant. Magna mihi copia eſſet memorandi, quantum oderis luxum, diligas parſimoniam: quantum prædiceris à prudentia, integritate, modeſtia, manſuetudine, continentia: ſed epiſtolam ſuſcepi ſcribendam, non panegyricum. Commendat inſuper te, ornátque vehementer mirifica, & Principi conuenientiſsima grauitas: quæ tametſi à comitate putetur diſtare longius, nihilominus ſapientia tua ambæ ita coniunguntur ac temperantur, facilius vt ſit te in vtráque ſummum, quàm in alterutra excellentem ſtatuere. Iſthæc in te tam ſpecioſa* DEVS *ornamenta congeſsit: his opibus circumfluis: his comitibus ſtipatus incedis: hæ apud dynaſtas, maiorúmque gentium Principes in tanta laude & gratia te ponunt. Senſus, appetitiones atque mores hominum vita priuata indicare ſatis, & aperire non poteſt: quæ in magiſtratu degitur ea verò poteſt: quando, inquam, commiſsis gubernaculis, & quaſi dempto parentium iugo videtur fieri licitum, quidquid eſt libitum. Et eſt*

*ſine*

ſine dubio perdifficile tenere modum in poteſta-
te: nihil agere per ſuperbiam & inſolentiam: ni-
hil per iniuſtitiam, aut turbidiorem animi mo-
tionem aliquam: non patefacere aures adulato-
ribus: nō auſcultare Sirenum cantibus: repudi-
are ſcilicet & ſeueriſſimè contemnere volupta-
tes, quæ ſuaui ſenſuum titillatione percipiun-
tur, & à conſtantia demum nuſquàm diſcedere.
Quare haud inſipienter ſiue Solon, ſiue Bias:
Magiſtratus oſtendit virum. Ergo cum tu tan-
tam in omni re cautionem atq; menſuram tibi
imperaueris, cum paraſitos effugâris, cum faſtū
ac tumorem exoſus ſit, iram frænis & catenis
compeſcueris, affectionibus à ratione auerſis ia-
nuam præcluſeris, in legitima officij tui functio-
ne mentem omnem curámq; defixeris, ac te po-
ſtremò ad quaſcúnq; partes benè audiendi ve-
hementius excitaueris, vitáq; tua cenſura ſit,
& ea quidem perpetua, ad quam Eccleſiaſtici
homines, quibus non tam imperio quam exem-
plo opus eſt, dirigantur, quis vel ſubdubitare
poterit, magiſtratum te virum oſtendere? cui
non minus abs te honoris, quam tibi ab eo au-
ctoritatis adiungitur. Nam & illud pro comper-
to eſt, quod fortiſſimus Thebanorum dux Epa-

minondas ſuperiore ſententia inuerſa pronunciauit: Vir oſtendit magiſtratum: vt non Præpoſitura tibi, ſed tu Præpoſituræ donatus à DEO videare. Ego verò Illuſtriſſ. VVolfgange ſicut non ignoro principatum tuum non illum quidē aſpernandum, tuis tamen ſingularibus, maximíſq; virtutibus nondum æqualem decus & ſplendorem abs te mutuari: ita etiam atq; etiam futurum diuino, vt hic liber meus tibi cupidiſſimè dicatus, à nomine tuo quod ſibi præſcripſit, quódq; per ora cum beneuolentia & charitate volutari cæptum eſt, trahat quippiam, vnde acceptior in manus hominum perueniat. Qui, qualiscunq; ſit, peto ab Amplitud. tua, vt eum ex animo potius offerentis æſtimare, & Pontanum tuum præſtantiæ tuæ admiratorem magnum, laudatorem mediocrem eadem de cætero, qua ad hanc diem propenſione & amicitia dignari velis. Bene vale. Auguſtæ. Kalend. Sextilibus M. D. XCII.

AD

# AD HVMANIO-
# RVM ARTIVM CVL-
# TORES PRÆ-
# FATIO.

PRIORA CONSILIA nouis ac melioribus mutare conſiliis, & promiſſa factis vincere in his quæ publicis rationibus expediunt, mihi ſemper viſum ex intima laude liberalitatis. Quocirca non modo duobus antehac in apertũ lucémq; prolatis voluminibus tertium adiungere, id quod eram pollicitus, verùm idipſum quoque locupletius, & accuratiore opera perpolitum, magíſq; ſplendidum efficere ſum enixus. Sic pro vno volumine geminũ: ſeu vt loquar aptius, vnius, eiúſq; poſtremi voluminis partes duas accipietis: quando ſe vltra atq; vltra appetendo tantùm propagauit, & iis exaggeratum eſt incrementis, vt in duo corpora tribuen-

dum neceſſariò fuerit. Mirari igitur nemi-
nem velim, cur ad quaternarium vſq; dia-
logorum libros duplicauerim: quando il-
lud potius admirationem parere oportet,
quamobrem ad decimum vſq; librum nõ
proceſſerim, cum primus præcipuúſque
ſcopus noſter ſit, ſermonem tradere, qui
ſe latiſsimè fundit. Nulla autem pars lite-
rarum in tanta ignoratione contemptio-
néq; iacet, in quanta ſermo: cuius, ſi varie-
tatem ac multitudinem rerum animo cir-
cumſpicias, vix centeſimam partem tene-
mus: & idipſum quod tenemus, nondum
ſatis perfectè, imò verò ſatis imperfectè
cognoſcimus. Proindè noſtra latinitate
nihil hodie ſqualidius, inquinatius, atque
monſtroſius. Per inſcitiam ignauiámque
noſtram non veriſimile eſt, quàm im-
munda ac dira illuuie tota pęnè eius ni-
tidiſsima facies infuſcata & conſpurcata
ſit. Exſuccus eſt iam ille ſuccus, eneruati
ſunt nerui, deprauatus ſanguis, omnis de-
mùm corrupta & perdita propemodum
ſalubritas. Sed querelis quanquam iuſtis,
tamen imperemus. At in dialogo ſcriptos
qui-

quidam fortaſſe nollent. Quaſi neſciamus hanc ſcribendi formam veteribus maximè frequentatam, multíſq; de cauſis perutilem. Vniuerſam philoſophiam ſuam Plato, maiorem partem monumentorum ſuorum Cicero, vt alios taceam, dialogis conſcribere voluit. Vtilitatem paucis demonſtremus. Ex viciſſitudine colloquentium perſonarum lectoris faſtidium leuatur, animus reficitur, & illa mutatione quodammodo reſpirat. Sententię & argumenta aduerſaria plus ponderis, & vim maiorem habent, percipiuntúrq; melius, dum non ab vno & eodem, ſed à vero aduerſario finguntur concludi. Quò fit, vt etiam diſſolutiones omnium oppoſitionum dilucidius intelligantur. Deniq; non videmur ſcripturam legere, ſed coram diſputantes audire, eorúmq; vultus intueri, & geſtus cernere. Sic deinde ipſi ad legendum alacriores euadimus. Quia verò lepore quodam & affectibus illis mitioribus perſpergitur oratio, ex hac ipſa re non modica ſanè delectatio in lectorum mentibus excitatur. Et quoniam ad dialogum

tres

tres artes, dialectica, rhetorica, poetica velut ſymbolas conferunt, & is earum præſidiis tanquam inſtruitur & locupletatur: primæ quidem propter argumentandi & diſſerendi rationem: alterius propter elocutionis ornatum, & dicendi genus: poſtremæ propter decorum perſonarum, & imitationem naturarum, dubitandum nō eſt, ex hoc ſcripti genere non mediocrem commoditatem prouenire. Nullam artē doceo, quod prima ſpecie quibuſdam fortaſſis apparebit: veruntamen ac ſi docerē, ita vt me nonnunquam gererē neceſſe fuit: aliter enim quod in primis ſpectare me profiteor, obtinere non potuiſſem. Ob eundem finem ſcriptorum, quorum os cultius ac rotundius, ſententias & locos liberius atq; crebrius in paginas meas addidi. Ac præcedentia quidem volumina duo tali moderatione compoſita ac temperata ſunt, vt in gymnaſijs Grammaticis magiſtri ea auditoribus poſſent exponere, quod factitarunt: hoc extremum lectores eiuſmodi poſtulat, qui è fundamentis literarum ſe ſe pridem emerſerint, altiúſque

iam

iam ire cœperint. Res ipſa porrò hortatur vt qua de cauſa hanc materiæ diſtributionem aſſciuerim, & quid in ſingulis rerum propoſitarum ordinibus ſecutus ſim, quã diſtinctiſſimè aperiam: quò omni conſilio meo liquidius perſpecto & cognito, vitiligatorum voculæ, ſi qui exorientur, compreſſæ conquieſcant.

# DE DIVINIS DIALOGIS.

*DE naturæ, aut doctrinæ ordine, vt ſiue ab imperfectioribus, ſiue à notioribus inciperemus, nobis in hoc materiarum delectu atq; collocatione laborandum idcircò non fuit, quod, vt ſupra diximus, nullam artem iſtis literis noſtris perſequimur. Quò tamen abeſſet confuſio, & ſeries ſubordinata, alteráque claſſis ex altera apta fieret, antiquitatem in iis, & conſequentiam quæſiuimus, vetuſtioráq; recentioribus, quáq; anteceſſerunt iis quæ ſucceſſerunt in ſcribendo antetulimus. Hinc prima ſedes* DEO *ceſſit, quo nihil eſt antiquius, quíq; tempora ipſa condidit: ſecunda mundo, tertia rei ruſticæ, & aliæ deinceps aliis. Quanquam* DEVS *& mundus etiam nobilitatis præſtantia cæteris quibuſcúnq; rerum claſſibus longiſſimè antecellunt. A* DEO *petendum exordium decreuimus: eius qualemcúmq; imaginem ſeu vmbram imaginis exhibuimus, ac de eo ſaltem non*

*pror-*

*prorſus ineptè balbutire illos eoſdem docuimus, quibus cætera elaborauimus: ſperamúſq; vehementer hoſce perpaucos dialogos idoneis ac religioſis lectoribus cum vtilitate ſuauem & piam animi voluptatem parituros. Beatiſsimæ illius, ſibíq; ſufficientiſsimæ et principis naturæ cum nulla poſsit inſidere in mentibus humanis ſpecies, nec eam vlla complecti oratio, nihilominus etiam ab oratoribus & poetis multa ſuper ea diſputata & cantata videmus: quæ, qualia qualia ſunt, plena & admirationis, & oblectamenti ſunt: D*EO *enim nihil ſcitur magnificentius, nihil melius, nihil vtilius, nihil dulcius: de quo nos parcè ac timidè memoramus, nec alia ferme, quam quæ de ſacratis venerandorum Eccleſiæ Patrum voluminibus vt comprehenſu faciliora, ita ſuauiora, & ad deſtinationem explicandam accommodatiora libauimus: quibus ipſis noſtrum dicendi genus ordinémq; adiunximus. Eſtne verò pulchrum factum, nos viam præire, qua de humanis propriè, nec ita parum caſtigatè parúmq; venuſtè diſſeramus, & non erit pulcherrimum factum hanc ipſam præire in diuinis? Illáne hominum interſunt, hæc hominibus curanda non ſunt?*

# DE MVNDANIS.

SEcundum Deum nec vetuſtius eſt aliquid mundo ( quo vocabulo omnis rerum natura accipienda eſt)nec præſtabilius:cuius ſpecies inſatiabilis permagnum eſt mortalibus ad abditas diuinitatis notiones eruendas adiumentum. Ad hanc claſſem diuus Baſilius, Damaſcenus, Theodoretus, Philo, M. Tullius, Plinius, Seneca, Benedictus Pererius noſtræ Societatis homo Commentariis in Geneſin & Danielem omni liberaliore eruditione abundantiſsimis tanquam cohortes auxiliarias, ſimiliter vt in prioribus illis nobis ſubmiſerunt. Quem autem ampliſsimi & elegantiſsimi huius ædificij diebus omninò ſenis cõſummata conſtructio, ſi enucleatius atq; copioſius enarretur, non maximopere ad legendum inuitet? quàm potens, quàm ſapiens, quàm pia ſingularum tanti corporis partium molitio ? Horti verò illius non poteſt ſine ſuauiſsimo ſenſu vſurpari cogitatio:cuius nomen terrenarum atque cœleſtium, vaneſcentium & ſempiternarum iucunditatum deliciarúmq; nomen eſt. In deſcriptione Protoplaſtorum, & ante oculos conſtituenda generis noſtri dignitate elaborare me non dedecuit, & confido illis dialogis neminẽ non gauiſurum, niſi ſi quis belluam ſe, quàm

homi-

hominem natum eſſe malit. Deniq; cętera,qu
de genitalibus rerum corporibus, de his qu
infra,quæq́ue ſupra terram gignuntur & fiu
prodidimus,vt conſiderationes habent peri
cundas,ita plurimum diuerſitatis, verborúm
ac locutionum obſeruandarum vim non infr
quentem. Sed quoniam in mundanos etiam il
los retulimus,qui ſunt de ſublimibus,qui pau
ſunt,age de his ſeorſim aliquid dicamus.

Sublimium aliqua quidem certè quotidi
experimur,pluuias ac ventos ſæpiſsimè, toni
trua,fulgura æſtate,niues hyeme:quorum cau
ſas effectuſq; cum neſciamus, pernoſcere tam
aueamus, & non ſit tantis obſepta caliginibu
vniuerſa hæc diſputatio, quin ab ingeniis no
acutiſsimis penetretur & capiatur:quò ſtudio
ſis placerem,& prodeſſem largius, pro vtroqu
fine,quem mihi præſtitui, ſermonis & reru
ſcilicet, perbreuem & eorundem explanatio
nem ſum aggreſſus. Monendi ſunt autem qu
propter aures teretes ac religioſas niſi inco
ruptum & elegans audire nihil poſſunt, nos i
hiſce & aliis quibuſdam dialogis, diuinis poti
ſimum, à communi quodam more verboru
diſcedere non ſemper potuiſſe, magiſq; perſp
cuitati interdum, quàm eorum religioni ſeru
endum putauiſſe. Veruntamē id paſsim ſtudu
mus, ne euaderet aſpera, triſtis, horridula com
poſitio

poſitio: atq; vt in mediis quóq; vel obſcuritatibus, vel difficultatibus ſi modo aliquæ inciderunt, florem aliquem, & aliquod ſaltem eloquentiæ lumen oſtenderet. Vtrum id è ſententia ceſſerit, faciendæ & quadrandæ orationis periti exiſtimabunt.

## DE GEORGICIS SEV RVSTICIS.

*VEtuſtiſsimorum hominum vita agreſtis, & colenda humo occupata, vrbanam anteceſsit: quare tertium in noſtra ſerie gradum ruſticis deſcripſimus, & in iis conſultò longiores fuimus, quandoquidem ipſa res georgica latè longéq; diffuſa, & multifida varietate non paulùm delectabilis eſt: in qua ipſa natura oculis quodammodo luſtrari, & nobiſcum colloqui, laxatóq; ſinu, & excuſſo gremio tot opes ſuas largiſsimè videtur in nos effundere. Nec adeò mirum, ſi nos in eo adumbrando paginas aliquot conſumimus, in quo exercendo Reges & principes multos ætatis annos citra deſatigationem conſumpſerunt. Eſt autem in hac parte operis noſtri vocum locutionúmq; earum, quas nos quærimus, & in quarum inopia atq; indigentia ſumma verſamur, ſylua infinitior, quàm in vlla alia: quò libentius, & diligentius eam legent latinitatis candidati: præſertim cùm non pauca è Varrone, Columella & Plinio (quorum potiſsimū auxilijs profecimus) mutuemur: quibus ipſis tamen noſtra & attexuimus paſsim, & intexuimus. Ab illis mate-*



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

*riem cum lingua variè conducimus, ligna & lapides quidammodo ſumimus: ædificationis formam ipſi addimus. De architectonicis, politicis, militaribus, naualibus, culinariis, medicis, funebribus, quia de hiſce rebus in hoc primo Variarum non ſcribimus, in altero commodius diſſeremus. Veruntamen & huic quod in manibus habes, miſcella progymnaſmata ſubiungo, & ſecundo æquè ſubiuncturus ſum: de quo mentem meam accipe.*

# DE MISCELLIS.

PRopoſitum nobis eſſe cum rerum diuerſitate multiplicem ſermonis ſupellectilem, nó vti mos eſt Calepinis, Nomenclatoribus, & Phraſiologis, ſed in colloquij forma tradere, vt quod præcipuè agitur id non ita agi videatur, iam, credo, ſatis eſt manifeſtum. Hoc conſilium iſta Miſcellorum caterua ad exitũ perduci quàm opportuniſſimè poteſt: in qua ſcilicet ſinguli dialogi ſingula & peculiaria themata conficiunt, quorum aliud ab alio nihil pendet. Quid enim negotij Germaniæ cum quatuor ſæculis? quid mendicitati cum nundinis? quid commune habent, aut quo pacto ſibi, & ſuperioribus à me iam recenſitis reſpondent ſarcophagia, ſomnia, circumforaneus medicus, ænigmata? ſpero autem ſummoperè, defeſſas legendo mentes in his quo rele-

uentur

uentur recreentúrq; inuenturas. Itáq; ceu portum quendum in extremo libro lectores videbunt, in quem peracta nauigatione ingrediantur, & in quo cum voluptate quieſcant. DEVM opt. max. precor, vt conatus mei quàm ſecundiſsimè vobis eueniant: & hæc ſcripta annos ferant. Nam vt ſæclis innumerabilibus caneſcant, quia me tantum non amo, non deſidero. Interim à fructibus veſtris literariis tuendis procurandíſq; nulla me vel laſsitudo retardabit, vel deſperatio molitiéſque reuocabit.

Valete.

# PROGYMNASMA

## TVM PRIMAE TERTII.

### DE RE DIVINA, SIVE DEVS OPT. MAX.

1 Diuinitas quoquo modo adum brata. pag.1
2 Dei nomina. 2
3 Dei virginiſq; filius, ſeu vita & mo IESV CHRISTI Reſtitutoris & Vindicis humanę libertatis.3
4 Sacroſanctus Spiritus Paracletus.7
5 Diuinæ collaudationes. 8

### DE RE MVNDANA SIVE VNIVERSITAS.

6 Sex mundi natales, ſeu Coſmo poca. 9
7 Paradiſus, qui & Hortus volupt tis. 1
8 Protoplaſti. 1
9 Dignitas hominis. 1

10 Qu

10 Quatuor elementa. 174
11 De ſublimibus generatim. 192
12 Ignea meteora. 205
13 Aëria meteora. 240
14 Aquea meteora. 259
15 Foſſilia. 274
16 Quatuor mūdi plagæ & poſit⁹. 290
17 Quadripartita tempeſtatum anni cōmutatio, ſiue Trimeſtria. 296
18 Trium orbis partium de principatu altercatio. 315
19 Animalia. 327
20 Stirpes. 343
21 Mundi præconium. 354

*GEORGICA, SIVE DE RE RVSTICA.*

22 Prædicatio vitæ ruſticanæ. 365
23 Rei ruſticæ partitio: tum inſtrumēta officiáq; ruſtica. 398
24 Agricultura, ſiue agricolatio. 413
25 Agreſtis paſtoritia, ſeu pecuaria. 450
26 Villatica paſtio. 487
27 Vineta & horti. 528
28 Paralipomena ad agriculturam. 542

29 Paralipomena ad pecuariam. 55

30 Symbolę, ſiue enuntiata ruſtica. 56

31 Prognoſtica. 58

*MISCELLA PROGYMNASMATA, SIVE CHAOS.*

32 Germania. 60

33 Quatuor ſæcula, ſiue ætates. 63

34 Mendicitas. 64

35 Nundinæ. 66

36 Pars altera. 68

37 Concilium animalium, ſiue ſarcophagia. 71

38 Hiſtoriologia. 72

39 Somnia, & quatuor conſtitution[es] corporum. 73

40 Apologi. 74

41 Circumforaneus medicus. 76

42 Ænigmata. 77

43 Leontarchia, ſeu Leonis inter beluas principatus. 7

44 Aurum. 8

45 Vita humana & cœleſtis. 8

# Erratorum emendationes.

*PAg.3.Verſ.1.ſic.6.21.quia.10.29.quid multa? 20.Vlt.ſunt.21.29.Sic.25.5.delineat.28.2.dele, cum. Ibidem.Vlt.in quem,pro,qui.29.23 nos.40.25.iſtos.47.1.immenſitates.51.25.indigeret.57.17. Quod.100.9.prænuntiare.108.15.ipſo.Ibid.20.quum.Ibid.26.in ſuperis.109.22.admirandam.112.20.primas.Ibid.21.illorum.118.12.& mare.120.5.Vtráq;.121.3 ex aduerſo.Ibid.12.ſub Vndis.Ibid.16.expedit.123.17.exuendam.124.18.illi.128.Vlt.Guſtatui.134.17.Maúritania.139.1.indici.148.2.appellantur.149.4.hic.Ibid.5.Siculi.157.16.ſingula.158.6.facinus. Ibid.Vlt.Vultures.166.14.innitatur.168.23.quidam.174.26.nos.190.10.amnis.198 penult.aëreis.199.8.colores.220.26.Iouianus.ſic.207.4.204.29.cadúntue.210.13.puteales.213.1.exiturum. Ibid.29.dele,exhalatio.214.5.Validiſsiméq;.218.28.exanimatum.226.15.Nemeas.231.26.ijs.231.7.refringitur.233.26.reguſtare.244.26.certo.246.17.ſuffultus.250.28.lege continenter,iacebant,nec Viuere &c.255.26.κοιμίζειν.262.9.frequentéſq;.266.27.graſſabuntur.282.2.cum pluribus.288.1.ſummerguntur.191.2.enucleatè.293.1.arctico.298.27.procinctúq;.304.29.copioſa.307.2.lanitio.Ibid.6.Vruntur.312.6.auiditatem.313.2.Pinnatus.Ibid.26.ſordidus.314.21.Menæchinis.317.3.altiore.Ibid.28.periurio.318.penul.alicubi.323.6.γυναικωνῖτιν.324.ſic.332.20.σχόζωλερον.351.28.&.352.22.omne.354.Vlt.Tã.356.28.ſint.358.20.illa.366.31.conſalutationem.367.Vlt.ergaſtulúmq;.368.27.remum des.377.27.ſubacta.383.9.ortus.388.6.numinum.397.16.cõſulibus.403.9.Veſte.404.24.ſtragentaria.409.3.Maro.413.Vlt.Rogatus.421.23.Veſtræ.424.halitum.430.18.qua.434.1.alconibus.4.Ibid.tolle,à.435.3.Vt.441.penult.decurſu,coniunctim.ſic.pag.ſeq.Verſ.1.458.arbuſculas.462.6.capi,capones.482.9.agni.486.penult.euncida.509.28.ſuſpendantur.510.15.gaza.518.2.eum.525.5.poſt,fucos,adde,quos.528.24.dum.537.28.adnitendum.538.penult.aſparagis.544.19.lenta.545.24.gruibus.546.6.ſtipula.*

*pula*.549.28.*amurca*.550.13.*Sicilam*.556.16.*munitúrq;*.
10.*poſt,eſt,adde,id*.601.5.*conſulat*.602.12.*comes*.603.26.
*midum*.611.11.*malebat*.612.29.*ipſimet*.620.16.*Sacrate*.
30.*Vobiſq;*.639.2.*depaſcit*.640.16.*putabã*.643.30.*quas*.
28.*precarióq;*.653.19.*pranſiret*.658.30.*occaſione*.664.15.
*pro,in*.668.*Vlt*.*offendi*.674.5.*lychnopæorum*.691.28.*Pillul*
693.13.*duo*.699.3.*at*.704.4.*Plantini*.710.17.*Scaliger*.71
*tolle,ma*.762.23.*pede*.766.12.*occidione*.771.13.*audiſtis*.
26.*ſomnus*.800.29.*faſtus*.813.9.μελόπιωδεν.

Dialogorum latinitatis voluminis ter pars prior &c. R. P. Iacobi Pontani ele gantiſsima eſt, quæ variarum rerum ſ pellectilem ad linguæ latinæ tum pu tatem tum proprietatem reuocata continet iuuentuti Chriſtianæ ac o nibus optimarum artium ſtudioſis v liſſima, quam typis commiſſam c ſui longè digniſſimam quæ omniu manibus tereretur.

Petrvs Stevartivs L dius SS. literarum Ingol dij Profeſſor Colleg. Th Decanus & A. R.

# PROGYMNASMATVM LATINITATIS, SIVE DIALOGORVM VOLVMINIS TERTII PARS PRIOR.

# *DE RE DIVINA, SIVE DEVS OPT. MAX.*

## PROGYMNASMA, SIVE DIALOGVS PRIMVS.

## *Diuinitas quoquo modo adumbrata.*

*THEOLOGIA, DIANOEA, PATHVSA.*

THEOLOGIA. Rem magnis inuolutam obſcuritatibus, & ad explicatum longè impeditiſsimam laborioſiſsimamq́; rem difficilem, ô Deus, atque omnium difficillimam cognoſcere ex me ardetis: in qua non parum operæ conſumpſerunt homines cùm ingenio acutiſsimi, tum

ſtudio & doctrina abundantiſsimi: qui (fatendu
eſt enim) quàm multa præclarè, tam non pau
ſtultè chartis ad poſteros propagauerunt. Præſt
bat autem in myſterio non ſolum à ſenſibus, ve
etiam à cogitationibus remotiſsimo candidè fat
ri ignorantiam, quàm inſcitè philoſophando ſua
toti terrarum orbi prodere inſipientiſsimam ſ
pientiam. D. Si vera auguramur, non aſpernab
ris illud Simonidis poëtæ, de quo cum quæſiſſ
Tyrannus Hiero, quid eſſet DEVS, deliberandi ca
ſa ſibi vnam diem poſtulauit. Cum idem ex eo p
ſtridie quæreret, biduum petiuit. Cum ſæpius d
plicaret numerum dierum, admiransq́ Hiero qu
reret, cur ita faceret: quia quanto, inquit, diuti
conſidero, tanto mihi res videtur obſcurior. T
Tantum abeſt, ſoror, vt hoc enuntiatum aſperne
aut non probem, vt pæne nihil aliud probem: ce
tè nihil perinde probem ex omnibus, quæ de i
cæleſti, æternaq́ maieſtate dicuntur. P. Cur
Magiſtra. T. Cum enim non paulò facilius, mul
etiam verius, certius, exploratius ſciri poſsit, qu
DEVS non ſit, quàm quid tandem ſit, & quali pot
ſimùm finitione eius natura, qua nihil inuolutiu
euoluenda ſit, qui iſtiuſmodi cognitionem ſibi v
hementer obſcuram ac perdifficilem eſſe teſtific
tur, is ſimul magis ſe intelligentia percipere qu
DEVS non ſit, quàm quid ſit, nonne confitetur? at
eò amplius id confiteatur oportet, quò plus in h
iuſcemodi indagatione temporis collocârit. D
Quid? ergò ne tu alumnos diſciplinæ tuæ ad illa
Socraticam hæreſin erudis, vt ſe hoc vnum intell
gant, profiteanturq́ ſcire de DEO, quòd nihil ſcian

Si res ſic eſt, næ tu inſcitiæ, non diuinæ ſapientiæ mater & interpres ducenda es. T. Mane, auremq́; dictis commoda. Si hæc mens fuit Socratis, quam equidem fuiſſe autumem, plura ſe ignorare, quàm ſcire: quæq́; didiciſſet, imperfectè ſcire, nihil, opinor, abſurdum deſignabo, ſi in hac diuinitatis perſpicientia mea idem vſurpem: & ſanè aliquantò iuſtius. Rerum ſiquidem vniuerſarum, DEO ſolo excepto, certis eſt limitibus ac terminis circumſcripta ſcientia, eaq́; vel in humanam, vel in mentium illarum ab omni admiſtione ſegregatarum intelligentiam cadit, & exhauriri poteſt, quoniam finita eſt, vt ipſæ res finitæ. DEI notitia non habet circumſeptam regionem, infinite patet, quoniam ipſe immenſus & infinitus. Quapropter quantumcunq́; vel eruditiſsimi Theologi meo myſtagogio perceperint, id totum infinitioni illi comparatum quota pars futura eſt? nulla. Theophraſtum ferunt dicere ſolitum: maximam partem eorum quæ ſciret, minimam eſſe eorum quæ neſciret: de philoſophia loquebatur, quæ humanas præcipuè res perſcrutatur ac perueſtigat. Aſſentiemur itaq́; hoc fieri poſſe in humanis, non aſſentiemur poſſe in diuinis? ad quas intellectus ſic quodammodo affectus eſt, vt ad iubar ſolis oculus noctuæ. P. Euelle, amabo, hunc mihi ſcrupulum. Si tam pauca de DEO cognoſcuntur, cur adhuc tanta inter doctos diſſenſione certatum eſt? vnde tot librorum volumina? T. Vnde? Inde videlicet, vnde tanta ſcriptorum copia, vnde tot opiniones: opinari autem & ſcire immane quantum diſtant. De qua porrò arte ſiue ſcientia non extant, non extabunt

libri innumeri? hoc ipſum, indicium, vel firmiſſi
mum potius argumentum eſt, in ſingulis doctrina
rum multa nec dum probè cognita, nec dum ſa
enodatè & ſubtiliter explicata eſſe: easq; ingenio-
ſorum & induſtriorum hominum labore ac dili
gentia maiorem ſemper abſolutionem perfectio
nemq; adipiſci. Veruntamen cum illæ capacita
tem humanam amplitudine ſua non excedant, no
lim te mirari, adeo multa dici mandariq; literis d
eo, quem, ſi vnum in locum cōferantur, quotquo
ingeniis & ſapientia poſt hominum memoriam
excelluerunt, non poſsint capere, quid dicam ver
bis exprimere? & de quo ſi omnia ſcribenda ſint
quæ in eo magna & admirabilia ſunt (omnia au
tem ſunt) nec mundus vniuerſus tot libros conti
nuerit. P. Nec ipſe mundus? T. Etiam. Cogit
pauliſper. Vtrum maius eſt, DEVS, an DEI oper
ſupra naturæ morem atque vim perpetrata, ſi
miracula? P. DEVS vtique. T. Et tamen Euang
liſtes ad multitudinem miraculorum à Filio DEI e
ditorum capiendam nec innumerabiles libros fo
re ſatis affirmat: vniuerſa ergo DEI virtus atqu
præſtantia paucis libris includetur? P. O abyſſum
ô pelagus. D. Platoni quidem ita viſum, DEVM
inueſtigare difficillimum eſſe: vbi autem inueſti
gaueris, in vulgus enunciare, vt ſic dicam, impoſ
ſibile. T. Perſimile, quin plenius quiddam Augu
ſtinum meum ego docui. D. Legi, illud fort
*Excedit ſupereminentia Deitatis non ſolum vſitati eloqu*
*noſtri, ſed etiam intelligentiæ facultatem. Verius enim co*
*gitatur* DEVS, *quam dicitur, & verius eſt, quàm cogitetu*
T. Quæ ab his apta ſunt quare omittis? D. Iſta ſunt

*No*

*Non parua autem notitia pars eſt, ſi, antequam ſcire poſſimus quid ſit* D*EVS*, *poſſimus ſcire quid non ſit.* P. Ita equidem & ſenſi iam pridem, & ſentio, deſiderari ac ſuſpirari DEVM poſſe, pro dignitate autem cogitari, & explicari nunquam. Quocirca ſumma cum reuerentia & caſtimonia, ac perparcè de illius natura & admirabilitate, oratio ſuſcipienda eſt, non audacter & copioſè. Quamquam vbi tanta materiæ vbertas ad dicendum, etiam multa ſatis, pauca nimis videri poterunt. T. Eſt ita, & hoc ſacerdotes Ægyptij, qui notis hieroglyphicis tam recondita, tam ſapienter demonſtrarunt, ciconia & crocodilo monuerunt, qui lingua carent. Significarunt, inquam, illi per iſthæc animalia, non ſolum in altiſsimo quietiſsimoq́; ſilentio DEVM facta mortalium ponderare & diſcutere, merita inſpicere, pro re, loco, tempore ſingula conſtituere, ac moderari: ſed etiam nos ſuper eo prodigos ſermonibus eſſe non debere, quem nulla vis humani ingenij quantum fas admirari queat. Similiter eiuſdem conſilium, quo ab ipſis mundi primordiis vniuerſa pariter & ſingularia adminiſtrantur, fide potius ac taciturnitate venerandum, quam concluſionibus, & diſputationibus indagandum ſapiẽtes pręcipiunt. D. Vnicáne imbecillitas & hebetudo mentis impedimento eſt, vt de æterno illo bonorum omnium fonte tam pauca diſcamus, plurima ignoremus? T. Haud vnica. D. Quid aliud? T. Ipſe DEVS ſua quaſi tenebris circumfundit atque operit. Præterea cum ſit puritas puriſsima, animus ſcelere corruptus, & ſuſceptis flagitiorum impuritatibus fœdè contaminatus, eam recipere nequit:

in maleuolam enim animam ſapientia non intro ibit. Deniq; corpus humanum terreno principio rum genere coagmentatum , craſſum & fæculen tum, ipſi quoque menti caliginem offundit, & aci em eiuſdem retundit. D. Sic memini M. Tullium autumare. E corpore, inquit, multa exiſtunt qu acuant mentem, multa quæ obtundant. P. No fugit hoc idem P. Virgilium, cuius pronunciati verſus è ſexto, de animis.

*Igneus eſt ollis vigor, & cæleſtis origo*
*Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,*
*Terreniq; hebetant artus, moribundaq; membra.*
*Hinc metuunt, cupiuntq;, dolent, gaudentq;, nec au*
*Reſpiciunt clauſæ tenebris, & carcere cæco.*

T. Cum ergo intellectus propter eam velu nebulam caliginemq; ne in caducis quidem lum veritatis poſsit intueri, in diuinis quomodo intu bitur? Deprimit vtiq; terrena inhabitatio ſenſu multa cogitantem. Iam vt ad priora redeamu mens de ſanctiſsimi numinis maieſtate cogita deficit, qui comprehendi niſi à ſemetipſo nequi Senſus eo nullus aſpirat, quia corpore vacat. Li gua non effatur, quia quod non capitur, qui na efferatur? P. Nihilominus ipſa cogitatio & orati quæ de vi & natura Dei habetur, non ſolum p iucunda eſt, verum etiam eius imitandæ ſtudiu incendit, & ad diuinam concupiſcendam aucup damq; ſimilitudinẽ animos mirabiliter exſuſcita Mihi quidem vſque adeo dulcis eſt diuinitatis m ditatio, & ita me inebriat, quãtulumcunq; eſt qu aſſequor, vt in hac voluptate libenter animam e tremam editura ſim. Ingenerat autem mihi miri

cu

ficum amorem erga DEVM hæc, licet manca, & inchoata ſolùm cognitio: nec dubito quin amarem impenſius, meq́ue ad eius exemplar (quatenus id cōceditur) magis conformarem, ſi plura & clarius ſuper eo cognoſcerem. T. Poteſt amorem progignere iſta cognitio: ſed non idem valet apud omnes. Quidam etenim cum cognouiſſent DEVM, non ſicut DEVM glorificauerunt, & in cogitationibus ſuis euanuerunt. Tum valet egregiè, cum is qui amatur DEVS, ipſemet ad ſe amandum mentes inflammat. P. Optimè verò. Da quod iubes Domine, & iube quod vis: memini dicere Theologum illum tuum auguſtiſsimum Auguſtinum. D. Profectò illi, de quibus dicebas, philoſophi natura tantum duce, ab effectis, & iis duntaxat rebus, quæ ſenſibus percipiuntur pedetentim progreſsi, aſsiduitate commentandi eò penetrauerunt, vt ſi minus omnia, multa profectò eximia ac ſingularia de eo diuulgarét, quidquid admixtum, copulatum atque diuiduum eſſet, procul remouerent, omnium bonorum ampliſsimam ei copiam tribuerét, quidquid reperiretur in conditis naturis boni, ab eo dimanare decernerent. Eundem vt ſapientiſsimum, iuſtiſsimum, mundi opificem, aliis demùm nominibus honorarunt, quibus ſupremarum perfectionum excellentia declaratur. Eius inſuper immenſam infinitamq́ue poteſtatem quemcunque implentem locum, & per omnium rerum naturam pertinentem, vitalemq́ue ſenſum animantibus impertientem celebrarunt. Egeſtatem ſermonis humani eam eſſe dixerunt, vt nulla ex parte vim diuinam verba conſequantur. Vix etiam ſapientiſsimos,

cum à ſenſibus animum auocauerint, ſeq; totos
inquiſitionem beatiſsimæ omniumq; procreat
cis naturæ tranſtulerint, tanquam per denſiſsim
tenebras radium quendam aſpicere. Eſſe mente
ſolutam & liberam, ſeiunctam ab omni concret
ne mortali, omnia ſentientem & mouētem, ipſa
qúe præditam motu ſempiterno. Eius prouide
tia mundum temperari, eam conſulere rebus h
manis, etiam ſingulis. Commoda quibus vtimu
lucemq; qua fruimur, ſpiritumq; quem ducim
ab ipſa nobis dari atq; impertiri. Nihil ipſam a
re, nullis occupationibus diſtineri, nulla moliri
pera: nec cogitatione complecti quenquam, n
verbis effari poſſe, quanta ſint gaudia, quanta b
titudo illius, ſe ipſa fruentis, ſuumq; numen in o
ni æternitate contemplantis. Hæc & alia magn
centiæ plena de DEO illi diſſerunt, quibus non m
dò plura, verum etiam maiora doceri abs te ſol
non ſum neſcia: ſiquidem non res effectas, ſed
fectorem ipſum: neq; naturam, ſed naturæ ip
parētem ac dominum, inſtitutorem ac magiſtr
nacta es. T. Et ea ipſa, ſoror, quæ illi dicunt, ex
uinorum librorum monumentis, quos ego int
pretor, quique inſtinctu inflatuq; cæleſti conſcr
ſunt, manifeſtius & cumulatius diſcuntur: ac p
ſtantior omnino ſempiterni numinis eſt iudica
intelligentia, ad quam non communiter quib
cunque rerum procreatarum perueſtigatio:
Chriſtianæ diſciplinæ inſtituta profeſsis, fidei c
riſsimum lumen clara præpandit lumina. P.
nobis ergo, vt enucleatius pertractes quæ Dia
erudiant, animum autem meum admiratio

gaudio, ſtupore, veneratione, deſiderio, amore cõ-
pleant. Hæc namque mihi proponere conſueui,
cum de Deo meo attentius cogitare aggredior. T.
Chriſtianum factum. Ego verò eadem oratione
vtrique veſtrûm conabor ſatisfacere, & de eadem
fidelia duos parietes: quamquam huius orationis
principium vnde petam neſcio, nec vbi deſinam
video. Veruntamen ne vobis admirationem det,
ſi ego initium finemq́; nullum reperio, quando is
de quo dicere rogata molior, initio & fine caret,
qui nunquam non fuit, nunquam non erit: atque
ita probè per circulum eius ab Ægyptiis expreſſa
eſt æternitas. D. A definitione proficiſci iubent,
omnem quæ à ratione ſuſcipitur aliqua de re inſti-
tutio. T. Hem, à definitione? non definitur DEVS.
Quamobrem? T. Quia nihil illi commune cum
vlla re: nec eſt quidquam compoſitum DEVS, ſed
ſincerum omnino atque ſimplex. Cum igitur de-
ſit genus, deſit differentia, quam tu definitionem
expectas? Poteſt quidem intellectus humanus lu-
mine naturali colluſtratus perſpicere quòd DEVS
ſit, & quid non ſit, & quemadmodum, & quid effi-
ciat, & quomodo quæq; regat: poſtremò qua con-
ditione res omnes ad DEVM ſe habeant: ſcire quid
propriè ſit ipſa diuinitas, nec homo poteſt, nec an-
gelus. D. At illæ definitiones mihi videntur: DEVS
eſt mens vniuerſi. DEVS eſt præſtans quædam na-
tura, qua nil melius. Et illa Pythagoræ, Animus
per vniuerſas mundi partes, omnemq́ue naturam
commeans, atque diffuſus, ex quo omnia quæ na-
ſcuntur animalia vitam capiunt. Et Anaxagoræ,
Infinita mens, quæ per ſe ipſam mouetur: & ſimi-

les, quas quidam collegerunt. T. Speciem def
tionis præ ſe ferunt, propriè vereq́; id quod de
tur non explanant. Pergam dicere vt inſtitui.
hil eſt DEVS eorum quæ ſub ſenſus veniunt, n
terreſtre, humidum, flabile, igneum. Non lux,
ſonus, non odor, non dulcedo, non aliquid de
quod ſub tactionem cadat. Rurſum DEVS eſt q
dam lux, omnem cuiuſcunq; lucis claritatem
perans, quam contra tollere ſe mortales oculi
ſuſtinent. Quare eius nota ſol, nō ſolùm quia D
vnus vt ſol, quia bonus vt ſol, verum etiam quia
cidus vt ſol: quanquam luce longè alia, & inac
ſa. Et quod ſol eſt inter res creatas atq; ſenſiles,
cherrimus videlicet, hoc DEVS inter naturas in
ligentes, multoq́; excellentius. Eſt vox quæ
quæ humanis auribus non inſonat. Eſt odor o
nium vnguentorum & aromatum odore frag
tior, dulcedo omni dulcedine dulcior, & am
xus quidam, & oſculum quouis amplexu oſcu
deſiderabilius. Aſt illo odore non imbuuntur
res, illam dulcedinem non experitur guſtatus
lum complexum non excipit corpus. Millies
le partibus rebus quas architectatus eſt omni
quiddam nobilius eſt DEVS, eoq́; nihil poteſt
mo concipi vllo modo præclarius: bonum vid
cet & pulchrum, à quo, & in quo bona, & pul
quæcunq; tandem. Nullius eſt aut erit tanta i
tia, tanta clementia, tanta in omni genere vir
potentia, ſapientia: quid multa? nihil eximium
uenietur vnquam, quod non ſit centies millie
DEO magis eximium: cuius potentiſsimo imp
natura tota obtemperat: cuius nutu cæleſtium

bon

orum amplitudo incitatiſsima conuerſione ab ortu ad occaſum aſsiduò fertur, ſidera peragunt curſus ſuos, ſol creat diem, luna præſidet nocti, cōficit annum quadripartita temporum varietas. D. Credo equidem, cum tanta ſit operum magnitudo atque nobilitas, & cum in rebus productis tanta cernatur elegantia, magnum vtique & pulchrum principem harum, & conditorem eſſe. T. Quod in triremi gubernator, dux in vrbe, in exercitu imperator, hoc in mundo DEVS, cui nomen nullum, quia ſolus: nec opus eſt proprio vocabulo, niſi vbi diſcrimen exigit multitudo. Sed iſtuc ipſum explicemus diſertius. Humani ingenij ſolertia quadam, & vi rationis nomina imponuntur, per quæ res vna ab alia ſecludatur. Vbi autem omnia ſunt vnum, quî nam ibi nomen locum habeat? Rerum vniuerſitatem complectitur DEVS, & eſt omnia in omnibus: non igitur proprium aliquod nomen in eum conuenit: ſiquidem aut omni nomine DEVS, aut omnia eius nuncupari nomine debebunt. D. Admoneor verborum Senecæ. Natura, inquis, hæc mihi præſtat. Non intelligis te cum hoc dicis, mutare nomen DEO? Quid enim aliud eſt natura, quã DEVS & diuina ratio, toti mundo & partibus eius inſerta? quoties voles, tibi licet aliter hunc auctorem rerum noſtrarum compellare. Et paucis interiectis. Quæcunque voles illi nomina propriè aptabis, vim aliquam, effectumq́ cæleſtem continentia. Tot appellationes eius poſſunt eſſe, quot munera. Num tibi hæc cum dictis tuis videntur congruere? T. Videntur: non enim nego multis nominibus appellari poſſe DEVM, nec falsò, cum &

ſanctarum literarum oracula multimodis cum
minent: ſed vno quodam rem tátam indicari
ſe totam, id conſtantiſsimè nego. P. Te auſc
re, & paſcere animum, talibuſque tanquam fa
ſubiectis exardeſcere iuuat. Quare benign
prome, quæcunque habes repoſita, nec vllum
time faſtidium. T. Ille, cum vbique præſen
nuſquam eſt, in locis omnibus ſine loco, ſine m
ſine ſitu. Continet omnia & non ambit, port
mnia, & onus non ſentit, ſemper agit, & non
ſcit, ſemper quieſcit, & continenter agit: nec in
quiete vlla deſidia, nec in labore vlla laſsit
Pænitet & non dolet, iraſcitur & non comm
tur, amat & non eſt ſollicitus, reddit & non d
donat plurima & nihil perdit, colligit & non
recipit quod non amittit, venit vbi erat, abit
non recedit, nuſquam deeſt & ſe abſcondit, m
nit & admonetur. Primus ingenitus, nunquam
ſiturus, partium expers, ſibi ſimillimus, cui n
præteritum aut futurum, omnia præſentia, qui
ſingula cogitando intuetur, verùm vna æter
inexplicabili vi ac poteſtate ſua quæ nouit cu
complectitur. Apud quem omnium rerum ſ
lium cauſæ, & omnium mutabilium origines
mutabiles, & eorum quæ cum tempore labu
rationes ſempiternæ. Nihil eum latet, à quo ſ
mo poteſt abſcondere. Nec mirum, quando
dem creaturarum maximas haud quiſquam
gerit. Quis enim effugiat, terram, aquam, aë
cælum, mundum denique vniuerſum? His c
neri, in his fugientes manere nos imperat ine
gnabilis & inuicta neceſsitas: niſi quiſpiam

mundum exulare velit. Nemo ergo ſe DEO occul-auerit, cum nec à mundo, nec à mundi partibus ſe queat ſubducere. DEVS anteponendus eſt om-ibus: ſiquidem hoc communis gentium conſen-io iudicat, id eſſe DEVM, quod vniuerſis antepo-unt. Quod quanquam nec lingua narrari, nec mente poſsit attingi, attamen natura vnaquæque e eo pro copia & facultate ſua coniicit & ſuſpica-ur: vt proinde quantum vna differt ab alia, ange-ica ab humana, ipſorumq; angelorum inter ſe, & ominis vnius ab alterius, tantum ſententiam de iuinitatis amplitudine à ſententia diſtare conue-iat: ſupra quam nihil, extra quā nihil, infra quam ihil. P. Pace tua interpellabo te, addamq; iſtis, uæ ſæpius mecum pertractare conſueui. Hanc ummam rerum infinitamq; poteſtatem, hunc cō-munem vniuerſorum auctorem neſcire, mortis in-tar putandum eſt: hunc noſſe viuere eſt: huic ſer-ire regnare eſt: cuius nec miſericordia iuſtitiam inuit, nec iuſtitia miſericordiam excludit. Cuius a manſuetudo, vt iniuriis affectus ab iis quos pro-reauit, ſufferat, & prior ad pacem amicitiamq; vo-et. Quem totis medullis diligere & venerari tam ecet, vt perinde nihil deceat. T. Satis omnino ſt DEVM noſſe, vt aliud nihil noueris: & qui in EO cognoſcēdo occupatus eſt, penituſq; defixus, aliarum ſcientiarum iacturam non magni pen-et. Nulla eum neceſsitudo, ſed ſua ipſius dunta-at voluntas ac bonitas ad mundum conſtruen-um adduxit: qui ad fælicitatem ſe ſolo conten-us, ſibiq; ſufficiens, nullius rei, quæ extra ipſum ſit, dminiculo aut ſocietate indiget. Condidit ille

quidem

quidem cælum & terram, quæq; horum am coërcentur: hoc, inquam, ſingulare opus ipſe litus eſt, vt bonus quod vtiliſsimū, vt ſapiens q pulcherrimum, vt potens quod maximum: po tiam tamen ſuam non exhauſit, qua innumer les mundos alios fabricare, & iſtum ipſum in n lum redigere poteſt. Nec verò poſteaquam fa cauit, continuò deſeruit, aliiſq; conſeruandu regendum permiſit: ſed eundem paternè tu moderaturq;. Hic terminum figamus ſermon ſtro, & ad littus maturè proram aduertamus cum ipſa loquendi iucunditas in altum mare c bam prouexerit, ægrè vbi voluerimus, in portū ueniamus. D. Non id concederemus tibi, niſi ſapientiæ fideremus, quæ ſcis exploratiſsimè, tenus, & quando, & vbi de DEO diſſerendum Hæc autem ipſa quæ diſputauiſti, tuo nomin expectatione noſtra prorſus digniſsima fuer P. O ſanctiſsime vniuerſi huius gubernator rens, qui idcirco hominibus animum intellige conſiliiq; participem donauiſti, vt immenſæ p ſtatis, bonitatis, ſapientiæ tuæ aliquod in terr mulachrum extaret, & cum reliquæ animant pabulum abiectæ ventri ſeruirent, illi in te con plando, colendo, & collaudando omnem ſuam tam, voluptatem, operam & cogitationem p rent, da, vt quādo mortalium nemo maieſtati præſtantiam animo & ratione comprehender dum ſermone diſſerere poteſt, ſaltē nihil de te num, abſurdum, impium, aut meditemur, au quamur: noſq; tuarum legum præceptis ſtudi ſimè parentes, à contagione corporum caſtos

gr

roſq; præſtemus: quò vitam cæleſtium in hoc exi-io imitati, & olim membrorum nexibus exſoluti tq; ex iſta cuſtodia dimiſsi, ad beatorum cætum onciliumq; peruolemus: vbi te coram, & ſicu-i es contemplantes, ſperata voluptatis magni-udine ad innumerabilium ſeculorum ætates po-iamur.

---

## ANNOTATIONES.

DEVS OPT. MAX.) *Vox, DEVS, à græca θεὸς, commutatione vnius elementi, vt ſæpe aliâs, vide-ur deducta. Θεὸς autem eſſe vel ab αἴθειν, quo eſt vre-e, accendere, ardere, : vel à θεῖν, quod eſt currere: vel ab θεᾶσθαι, quod interpretantur ſpeculari, contemplari, radit Damaſcen. de fid. orthod. lib. 1. cap. 12. quod po-remum amplectitur item Nyſſenus libro, Tres deos dici on oportere. Quocirca vocabulum iſtuc vi & origine a naturam quandam ſubiicit nobis, vel illuſtrantem plendore ſuo vniuerſa: vel meantem, & quaſi fuſam per mnia: vel intuentem ſingula: quanquam hæc tria ſimul ermaniſſimè in DEVM quadrant: quando ipſe ignis con-amens eſt: & cælum ei ſedes, terra autem ſcabellum pe-um eius: & non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu us: cuius oculis omnia nuda & aperta. Plato à θεῖν Dei omen fluxiſſe vult, apud quem in Cratylo Socrates lo-uens eſt hunc in modum.* φαίνονται μοὶ οἱ πρῶτοι τῶν νθρώπων &c. *Primi nimirum homines, qui Græciam coluerunt, videntur eoſdem tantum agnouiſſe deos, quos iamnum barbarorum cõplures, ſolem dico, lunam, terram,*

*aſtra,cælum. Cum igitur illa omnia perpetuo quodam*
*meantia, & currentia homines conſpicarentur, ab illis*
*cura ratione* θεοὺς *cognominarunt, à* θέω, *quod eſt curr*
*inde alios quoq; hoc vocabulo nuncupauerunt.* Idem
firmat Clemens Alexand. Adhortatoria ad gente
ſeptuplicem deorum originem commemorat. Plut
de placit. philoſoph. lib. 1. cap. 6. à θεᾶσθαι, & θεῖ
appellatos inſinuat: ſic enim ait: Βλέποντες δὲ ἀεὶ τ
στέρας θέοντας, αἰτίους δὲ τοῦ θεωρεῖν ἡμᾶς ἥλιόν τε καὶ
νην, θεοὺς προσηγόρευσαν. Cum aſpicerent ſtellas p
ni motu cieri, ſolemq; & lunam lucis (per quam vi
ſcilicet) nobis auctores eſſe, à θεᾶσθαι videlicet his,
illis appellationem indiderunt θεούς. QVOQVO M
ADVMBRATA) Si nos diuinum numen explicare,
bere, definire profiteremur, haud iniurià prudentes
ruditi, tanquam à mente deſertos an miſerarentu
irriderent? Nunc quidquid hoc eſt, & qualequal
dem eſt, quod ſuper natura Dei pudenter & religio
puto, diſſerimus, adumbrationem, & eam qualem
vocauimus: vt in negotio ſacratiſſimo quantam
cautionem & verecundiam haberet noſtra prom
Grauiſſimè, & ad noſtrum hoc inſtitutum appo
mè Arnobius, antiquarum & reconditarum reru
ctrina ſcriptor refertiſſimus, & Chriſtianus quidam
ro, lib 3. aduerſus gentes. *Quidquid de* DEO *dixeris*
*quid tacita mentis cogitatione conceperis, in humanu*
*ibit & corrumpetur ſenſum: nec habet propria ſignific*
*notam, quod noſtris dicitur verbis, atque ad negotia*
*na compoſitis. Vnus eſt hominis intellectus de Dei*

*certiſsimus, ſi ſcias & ſentias, nihil poſſe de illo mortali oratione depromi.* TAM NON PAVCA STVLTE) *Protagoras dubitare ſe ſcripſit, an dij eſſent propter quam impietatem ipſe ab Athenienſibus ciuitate pulſus, libri eius in concione cõbuſti ſunt, interdictumq́; præconis voce, ne quis eos apud ſe deſcriptos retineret. Diagoras Melius ob id cognominatus* ἄθεος, *nullos eſſe Deos aſſeruit: quemadmodum & Theodorus Cyrenaicus, & Euemerus Tegeates. Nihil tetrius, immanius, execrabilius, magisq́; contra naturam, quam funditus omnem vim diuinam tollere, & Deum nihil eſſe præter nomen exiſtimare: quod etiam gentes barbaræ omni ſupplicio vindicandum ſtatuerunt. Meminerunt Cic. 1. nat. deor. Plutarch. de placit. philoſoph. lib. 1. cap. 7. Laërt. lib. 9. Lactant. lib. 1. cap. 2. & de Ira Dei cap. 9. Cleanthes & Anaximenes aërem eſſe Deum ſomniarunt. Antiſthenes multos deos inferiores ac plebeios, vnum principem, ac totius mundi architectum introduxit. Anaximander ſideribus diuinitatem largitus eſt. Sed omnium perſequi abſurditates quid attinet?* THEOPHRASTVM FERVNT DICERE SOLITVM) *Huc ſuſpicor reſpexiſſe Philonem Commentario de plantat. Noë, in quo eſt his ipſis verbis. Qui rerum naturas ſcrutantur, & ſingulas in diſquiſitionem vocant, magna cum diligentia, ſimiles ſunt puteos fodientibus. Nam & illi aquas latentes inquirunt. Vtriſque commune deſiderium eſt potius inueniendi: Sed alteris quo corpus, alteris quo animus reficitur. Vt igitur nonnulli puteorum foſſores aquam ſæpe non inueniunt: ita qui in ſcientiis vlterius progrediuntur, & diutius in iis ambulant, non poſſunt ad finem accedere. Certè admodum doctos aiunt ac-*

*cuſare ſuam magnam ignorantiam. Hoc enim tantum*
*tiunt, quam longè abſint à veritate.* Idem lib. de Som
in eadem ſimilitudine eleganter, & eruditè verſa
*Mihi videtur, inquit, hic puteus* (puteus iuramenti,
quo in hiſtoria Iacob Patriarchæ) *ſignificare ſcien*
*quæ ſuapte natura in profundo ſita eſt non in ſuperficie:*
*in propatulo ſolet eſſe, ſed in abdito: nec facile, ſed vix*
*to labore inuenitur: id quod videmus non ſolum in ma*
*obſcuraſq; contemplationes habentibus, verumetiam u*
*liſsimis. Elige quacunq; libet artem, nõ eximiam inqui*
*omnium obſcuriſsimam, quam nemo liber in vrbe edu*
*ſpõte exerceret, ruri verò vix ſeruus coactus à duro mor*
*domino multa facere præter ſententiam: inuenies hanc*
*que multiplicem, variam, querulam, difficilem, adue*
*pigritiæ, ſocordiæ, negligentiæ plenam ſtudio, curaq; &*
*ribus ac ſudoribus.* TANTA SCRIPTORVM COPIA,
DE TOT OPINIONES) *Apud Græcos quoque inſin*
*librorum multitudinem extare dicit* M. Tullius 2.
*cul. propter multitudinem eorum qui ſcripſerunt. E*
*enim, inquit, dicuntur à multis, ex quo libris omni*
*ferſerunt.* Et in Theologia *Chriſtiana eadem dicun*
*multis. Verùm quod idem paulò ante aſſirmârat: i*
*Græcia philoſophiam tanto in honore nunquam fut*
*fuiſſe, niſi doctiſsimorum contentionibus, diſſenſioni*
*viguiſſet, hoc æquè de ſacro* Theologiæ *ſtudio rectè*
*tur, quam tot excellentiſsima ingenia ſcriptionum*
*ſputationum varietate honoratiſsimam effecerunt.*
*hilominus in rebus diuinis valere magis fidem, quam*
*nionem & ſcientiam, nemo, vel* θεολογώτατος *in*
*bitur.* DEVM INVESTIGARE) *Platonis ex opifi*

mirabilitate ipſum opificem admirantis verba in Timæo hæc ſunt. Τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. Cicero Latinè. Atque illum quidem quaſi parentem huius vniuerſitatis inuenire difficile: & cum iam inueneris, indicare in vulgus nefas. Eundem locum quaſi conuertens Lactant. lib. 1. cap. 8. Cuius vim, inquit, maieſtatemq́; tantam eſſe dicit in Timæo Plato, vt eam neq; mente concipere, neq; verbis enarrare quiſquam poſsit, ob nimiam eius, & inæſtimabilem poteſtatem. Adducit hunc ipſum de Ira Dei, cap. 11. ET CROCODILVM) Crocodilus Sophiſmatis, ſeu captionis quoq; genus, ex eiuſmodi fabula nomen traxit. Mulier Ægyptia ſecus Nili ripas puerum vagantem à crocodilo abreptum ſenſit: rogat crocodilum, vt filium ſibi reddere velit. Reſpondet ille, ſe redditurum, ſi verũ diceret. Tum illa: non reddes. Ex quo ſequebatur, eum nec reddere poſſe puerũ, nec non reddere. Redderet? atqui tum mulier verum nõ dixerat. Non redderet? atq; tum verũ dixerat. Quintil. lib. 1. Ceratinas & crocodilinas ambiguitates nominat. Mentio eſt huius argutiæ non rara apud Lucianum. QVIA CORPORE VACAT) Ab Epicuri inſtitutionibus profecti, deos corporatos & aſpectabiles faciebant, ſpecie & figura humana, quia nulla decentior ac pulchrior. Nec tamen eam ſpeciem volebant corpus eſſe, hoc eſt, vt ego interpretor, ex elementis commiſtum, Sed quaſi corpus: nec habere ſanguinem, ſed quaſi ſanguinem. Vide 1. de nat. deor. Poëtæ multò audaciores, deos inſuper omni genere perturbationum

*mortalibus ſimiles cecinerunt.* Etiam *hæretici exti*
*runt, qui quod* DEO *corpus tribuerent, anthropomor*
*tæ nominabantur. Sanctæ litteræ deum eſſe ſpiritum*
*ſtantur: & priſci philoſophi eum vt naturam ab omni*
*pulatione liberam atque puram deſcribunt. Quod au*
*in ſacris illis monumentis humana membra, oculi, au*
*manus, pedes illi affinguntur, hoc ideo, vt homines qu*
*gnitionem primam rerum à ſenſibus tanquam mini*
*accipiunt, corporeis rebus erudiantur, & his quaſi d*
*bus ad diuinorum myſteriorum notitiam gradiantur.*
*ſputat eruditè* Philo *de ſimilitudine humani corpor*
*affectuum qui de* DEO *affirmantur, lib. de ſomniis in*
*tremo. Sunt item pij & docti viri, qui quo pact*
μεταφορικῶς *accipienda ſint, docent.* Conſule Dama
*de fid.* Orthod. *lib. 1. cap. 14.* EX DIVINIS LIB
Sacrarum *ſcripturarum auctoritate, & teſtimonii*
*rumuis argumenta philoſophorum præponderantur*
*plurimùm inter ſe diſſederunt: id quod non tacuit* C
*in exorſu 1. de nat. deor. Verſati ſunt autem phil*
*in multis magniſq́ erroribus, quod cum noſtra co*
*initium ducat à ſenſibus, quos intelligentiæ tanquam*
*curſores & anteambulones habet, nulla porrò res i*
*ſus incurrat, quæ* Dei *vim naturamq́ totam expri*
*neceſſe fuit,* Dei *notionem, quam illi ex procreatis*
*ſcebantur, imperfectam, obſcuram, ſæpenumerò ſ*
*eſſe. At verò quæ* Prophetarũ, *Apoſtolorum, atq́ im*
IESV *Chriſti loquela de arcanis cæleſtibus prom*
*ſunt, ea ſenſibus nihil debent, & eorũ veritatem pr*

tot millium ſanguis abundè confirmauit. CONABOR SATISFACERE) Sub hoc verbum eadem aliquando ſubiecta eſt ſignificatio, quæ ſub vocem, excuſare. Reconditiore vi in eo ponebatur, cum quis affirmabat, pœnitere ſe iniurioſum in quempiam fuiſſe verbo aut facto, & indignum eſſe illa iniuria, ac nolle factum, & malam ſe mẽtem habuiſſe: quod nonnunquam fiebat teſtibus præſentibus. Interdum etiam interpoſito ſacramento reddebant credibilius. Locus apertiſſimus eſt in Amphit. vbi Alcmena irata viro, à quo fuerat adulterij inſimulata, ſic ait:

*Non ædepòl faciam, neq; me perpetiar probri*
*Falsò inſimulatam, quin ego illum aut deſeram,*
*Aut ſatisfaciat mihi, atq; adiuret inſuper*
*Nolle eſſe dicta, quæ in me inſontem protulit.*

Et apud Terent. Adelph.

*Tu quod te poſterius purges, hanc iniuriam mihi nolle*
*Factam eſſe, huius non faciam, crede hoc, ego meum ius perſequar.*
*Neq; tu verbis ſolues vnquam, quod mihi re maleféceris.*
*Noui ego veſtra hæc, nollem factum, iuſiurandum dabitur, te eſſe*
*Indignum iniuria hac, indignis cum egomet ſim acceptus modis.*

Tibull. Eleg. 6. lib. 2.

*Ingeret hic potus iuuenis maledicta puellæ,*
*Poſtmodo quæ votis irrita facta velet.*
*Nam ferus ille ſuæ plorabit ſobrius idem,*
*Et ſe iurabit mente fuiſſe mala.*

Sic fortaſſe accipiendum hoc idem verbum apud Cælium. ep. 13. ad Ciceronem. Conqueritur de iniuriis Appij. Poſteaquam, inquit, illum ne cui ſatisfaceret quidem

*me dignum habere ſenſi: malui collegæ eius &c.* & qu… Ciceronem pro Roſcio Comœdo. *Manutius apud* Cæli… & Ciceronem exponit *ſatisfacere, verbis ſe excuſare,* &… *eam explicationem exempla plura adducit.* A DEFI-NITIONE PROFICISCI) Cicero 1. Offic. *quod nom… eſt ſatis, Sed idem fuſius hoc præceptum tradidit in* Or… *perſ. in hæc verba. Et quoniam in omnibus quæ rati… docentur & via, primùm conſtituendum eſt quid qu… ſit (niſi enim inter eos qui diſceptant conuenit quid ſi… lud de quo ambigitur: nec rectè diſſeri nec vnquam… exitum perueniri poteſt) explicanda eſt ſæpe verbis m… noſtra de quaque re, atque inuolutæ rei notitia definiti… aperienda eſt.* NON DEFINITVR DEVS) *Inter multa… ſcriptiones quas nihil neceſſe eſt annumerare, placet… Baſilij Homil. 1. in hexaëmeron. Deus, id eſt, natura… ata, abundans, infinitaque bonitas, quæ cunctis ratione pr… tis eſt chariſſima, pulchritudo ſummè deſiderabilis, pri… pium eorum quæ ſunt omnium, fons origoque vitæ, ſpiritu… illa lux, immenſa ſapientia.* IN TRIREMI GVBERN… TOR) *Theodoret. ſerm. 1. de prouid. vnamquamque… à Deo effectam nauim, ipſum Deum eius gubernator… eſſe dicit.* QVID ENIM ALIVD EST NATVR… *Qui mundum adminiſtrari putauerunt à natura, ea… intellexerunt communem quandam vim, quæ nullo c… ſilio & ratione neceſſarios ex ſe motus cieret in corp… bus, omnis ſenſus & figuræ expertem, in qua gignendi, … gendi mouendique cauſſæ ineſſent, & hanc ipſam vim … um vocare non dubitarunt, in quibus numerantur* St… *Phyſicus, diſcipulus Theophraſti, & Plinius, contumeli…*

in Deum grauiſſimam intorſerunt. Nam quid hoc indignius, quam in ſumma ac perfectiſſima prouidentia temeritatem ponere? Qui autem naturam deſinierunt, vim participem rationis atque ordinis, meantem per omnia, legesq́ rebus omnibus præſcribentem, nullius imperio ſubiectam, ſed ipſam ſingularum rerum naturis imperantem, eius nomine diuinum numen ſignificarunt, vt Seneca de Beneſ. lib. 4. cap. 7. & 8. qui deum & naturam idem eſſe cenſet, atq; ex diuerſis rebus quas gignit, diuerſisq; beneficiis quæ humano generi impertit diuerſas appellationes ſortiri. Hanc ſententiam commendat Lactant. lib. 2. cap. 9. Melius igitur, inquit, Seneca omnium Stoicorum acutiſſimus, qui vidit nihil aliud eſſe naturam quam Deum. Vide eundem lib. 3. cap. 28. VBIQVE PRÆSENS, NVSQVAM EST) Philo lib. de conſuſ. ling. in illud Geneſ. Deſcendit dominus vt videret ciuitatem & turrim. Iſta, inquit, humano more de Deo legislator, quamuis haud quaquam humana forma prædito, ad vtilitatem diſcentium, &c. Sic veteres Philoſophi, ac Theologi Deum vbique docuerunt eſſe. Triſmegiſtus mundum vocat vas diuino numine repletum, aitq; Deum cerni in ſingulis. Pithagoram, Platonem cum Cicerone, Empedoclem, Thalem omitto. Laudatur Heraclitus ab Ariſtotele, quod cum in cella quadam furnaria cōmoraretur, his qui ad ſe viſendum acceſſerant, dixerit: ne locum illum intrare erubeſcerent, in quo etiam Deus ineſſet. Idem fuit poëtarum iudicium. Homerus ſolem, cuius vocabulo ſummum Deum nominat, ait omnia cer-



nere,

nere, & audire. Virgil. in Eclog. ex Arato: *Iouis om plena:* & Georg. 4. *deum namq; ire per omnes Terr tractusq; maris cælumq; profundum.* Plaut. Capt. *profectò Deus, qui quæ nos gerimus auditq; & videt.* L canus. *Iupiter eſt quodcunq; vides, quodcunq; moue* Verùm in literis noſtris ſæpiſſimè & apertiſſimè le Deum nuſquam non eſſe. Arnobius quoq; lib. 6. non l gè ab initio, Deum vbiq; eſſe oportere demonſtrat. I SCITVR ET NON COMMOVETVR) De ira Dei ad ſum Epicureos & Stoicos diſertiſſimè diſputauit diſer ſimus Lactant. lib. cui hanc inſcriptionem dedit, ca 5. & 6. Damaſcen. de fid. orthod. iram & indigna nem Dei, eſſe voluntatem eius, odio vitij flagrantem, ludq; auerſantem monet. Nam & nos, inquit, ea cum voluntate ac ſententia noſtra pugnant, odio ha tes in iram prorumpimus. NEC MENTE POS ATTINGI) Quoniã hoc Dialogo plures Dei proprieta pluráue adiuncta aceruauimus, libet velut vnũ adhu ronæ noſtræ torum addere ex Arnobio, locum eximiũ ſtrem, quo ille Deum piè affatus, complura congeſſit. autem eo fine, vt Deum manifeſtius intelligentes, ſe lius quid qualisq; ſit Deus ſuſpicantes, maiore eum h ris reuerentia, charitateq; proſequamur: quem qui nos finem hoc primo dialogorum ordine ſecundùm nobis propoſitos valde vehementerq; intuemur. Si tur ille lib. 3. *O maxime, ô ſumme rerum inuiſib procreator. O ipſe inuiſe, & nullis vnquam compre naturis, dignus, dignus es verè (ſi modo dignum morta cendum eſt ore) cui ſpirans omnis intelligensq; natu*

ha

*habere, & agere nunquam deſinat gratias: cui tota conueniat vita genu nixo procumbere, & continuatis precibus ſupplicare. Prima enim tu cauſſa es, locus rerum & ſpatium, fundamentum cunctorum quæcunque ſunt, infinitus, ingenitus, immortalis, perpetuus, ſolus, quem nulla delineat forma corporalis, nulla determinat circumſcriptio qualitatis, expers quantitatis, ſine ſitu, motu, & habitu, de quo nihil dici & exprimi mortalium poteſt ſignificatione verborum: qui vt intelligaris tacendum eſt, atq; vt per vmbram te poſſit errans inueſtigare ſuſpitio, nihil eſt omnino mutiendum. Da veniam Rex ſumme tuos perſequentibus famulos, (& quod tuæ benignitatis eſt proprium) fugientibus tui nominis & religionis cultum ignoſce. Non eſt mirum ſi ignoraris: maioris eſt admirationis ſi ſciaris. Fons rerum, ſator ſæculorum ac temporum, Pater rerum ac Dominus, conſtitutor moderatorq; cunctorum.* Hæc poſtrema apud eundem, quamquam non eodem loco quo priora, leguntur.

ISTVM IPSVM IN NIHILVM) Qua libertate voluntatis, & immenſitate pietatis ex nihilo tanti operis fabricam effecit Deus, eadem deſtruere, & ad nihilum reuocare poteſt. Hoc ex libris diuinis patet, quibus nos potius credimus, quam Peripateticis, qui vel negant Deum effectorem mundi huius, vel eum non plena libertate voluntatis, ſed ea naturæ neceſſitate obſtrictum condidiſſe mundum opinantur, vt opus ſuum retexere, ac diſſoluere nequeat.

# PROGYMNASM

## SECVNDVM.

## *Dei nomina.*

*EAEDEM.*

DIANOEA. Permirum tamen, ô Magiſ quod DEVS carere dicitur nomine, id, qu tu etiam nos docuiſti, tametſi breuius, vt derere annum in menſem contrahere: idem ni lominus (vt tu melius noſti) quamplurimis nom nibus afficitur. Nominatur ergo, vereq́; nomi tur, qui verè nullum nomen habet, & in quem men nullum cadit. Hoc ipſum quo pacto ver ſit, (& verum eſſe veriſsimum eſt) ego nond ſat manifeſtè perſpicueq́; intelligo. P. Et mihi ceſsit huius rei ſcitandæ cupiditas. T. Conſtat tè ipſum in perſona angeli negaſſe ſibi nomen Nam cum illud Iacob Patriarcha quæſiſſet. Q inquit, quæris nomen meum, quod eſt mirab quibus verbis item Manue patri Sampſonis in roganti alius cæleſtis internuncius reſpondit DEI, cuius perſonam gerebat. Prorſus nomen mirabile, quod veluti ſpatiis immenſis ſupergr tur omne nomen, vel in terris, vel in cælis, aut minatum vnquam, aut nominandum: quod poſsis dicere nomen nullum eſſe. Patet præte Prophetas, Apoſtolos, & ſanctos demum viro eundem plurifariam appellaſſe, quibus appella nibus proinde vt ſua maieſtate indignis haud

quam nobis interdixit. Et quomodo non vetat nos de ſe verba facere, de ſe diſputare, ſe laudare, cum nihil ſatis idoneum aptumq́ proferre poſsimus: ſic neque hoc aut illo nomine ſalutari ſe recuſat, quantumuis nec quotamcunq; nobilitatis eius, dignitatisq; partem complectatur. P. Quoniam igitur ſcimus, nec nominari poſſe DEVM, & rurſum nominari poſſe nominibus multiplicibus, quæ poſtea ex ore tuo percupidè arripiemus, cauſſam nobis aperito, ſi lubet. T. Nominari ſeu nomine indicari haud quaquam poteſt, quod intelligentia non eſt comprehenſum. Ac ſi ea demum intelliguntur & cognoſcuntur quę ſunt, quomodo quod omnem, & omnium eſſentiam interuallis incredibilibus antegreditur, & inexplicabili, imo verò, vt ita loquar, non intelligibili modo eſt, cognoſcetur? Nihilominus ne cognitione iſta penitus priuemur, & vt aliquantillam diuinitatis notitiam habeamus, ex hiſce rebus, quæ naturæ noſtræ conueniunt, ſe patitur DEVS nominari. Vacat ergo nomine quà intellectum effugit: quà verò omnium rerum cauſſa eſt, & omnium quæ ſunt, rationes & cauſſas prius ipſe complectitur, ab omnibus rebus, etiam inter ſe pugnantibus, nuncupatur. Vt à luce & tenebris, ab igne & aqua, ab effectibus demũ omnibus, vt effectorum omnium prima præcipuaq́ue cauſſa. Hinc nomina quædã inficiantia illi ponuntur, nihil videlicet aliud ſignificantia, quã eum omnem ſuperare eſſentiã: ἀνούσιος, ἄχρονος, ἄναρχος, ἀόρατος, eſſentiæ, temporis, principij expers, oculorum obtutum effugiens. Alia affirmantia tanquam de rerum vniuerſarum auctore, vt eſſentia, ſapientia, ſapiens, mens, ratio, potentia,

parens

parens,&c. Ex præſtantioribus autem, & ad
cum propius accedentibus rebus, & quæ,cor
tæ non ſunt, quæque abundantius eo fruuntu
ctius appellationem accipit. A puris,inquam,c
modius quam à ſpurcis, à ſanctis quam à prof
ac ſceleſtis. Sol & lumen melius dicitur quàm
nebræ, dies quàm nox, vita quàm mors, bo
quàm vitiũ,ignis,aqua,quàm terra. P. Percepi
rem,& recenſeri deſideramus, non omnia qu
illa, aliqua tamen nomina, deq; ſacris volum
bus deſumpta potiſsimùm quibus ſi aliunde
quiſita aut immiſcueris, aut ſubdideris, tantò
gis ſitim noſtram explebis. Cum enim ſtude
Deum penitius noſcere, non puſillam cognit
huius ſcientięq; partem in ipſis nominibus eſſ
ſtitutam arbitramur. T. Rectè vos quidem,
lud, quod aliqua, id eſt, quorum reminiſcar
ferri petitis: ſcatent enim libri illi diuinis nu
pationibus. P. Age. T. ὁ ὤν, ſiue QVI EST.
primum eſto ex libro Exodi. Erant vtiq; res n
tæ aliæ tum. Erant quatuor primigenia corp
erat mare, cælum, ſingulares illæ ac ſempit
mentes, homines, animantia. Quid ergo ſuu
eſſe, quod habebat commune? Oh nequaq
commune, omnino proprium eſt Dei, ESSE,
ſemper eſt, qui ſuimetipſe Origo eſt, & ali
principium non ducit, cùm reliqua vt ſint, a
ſumant. Deinde hæc vox, eſſe, immutabilitatis
eſt. Quæcunq; mutantur (quid autem non m
tur?) deſinunt eſſe quod erant, & fiunt ſeu inc
eſſe quod non erant. Verum, ſincerum, germa
eſſe non cernitur præterquam penes eum, qui

la cadit mutatio. P. Fuiſſe igitur & fore, heri & cras, quæ à Deo abſunt longiſsimè, in nobis locum habent: eſſe autem non, quia nec immutabilitas. Mutamur verò non ſolum in annos, ſed etiam in dies. Quid in dies? in horas. Inſtabiles ſunt cogitationes noſtræ, cum earundem rerum imaginibus non ſemper iiſdem, ſed interdum contrariis impellantur. Corpus quoque noſtrum inſtabile, quod indicant mutationes ætatum continuæ ab infantia vſque ad præcipitem ſenectutem. Nihilo ſtabiliores ſunt res extraneę, mille videlicet caſibus & fortunæ temeritati ſubiectæ. Nunquam igitur res noſtræ eodem ſtatu abſq; vlla varietate conſiſtunt. Nollem eſſe, vt poſſem eſſe. D. Pugnantia loqueris. P. Vellem exire de vita hac ærumnoſiſsima, & inconſtantiſsima, & intrare in illam aliam bonis perennibus, procul iſta mutatione, affluentiſsimá. T. Vocatur etiam creberrimè VITA, LVX, LVMEN, VERITAS, BONVS, PVLCHER, SAPIENS, AMABILIS, DOMINVS, PATER. D. Cur vtrunque, pater, inquam, & dominus, cùm alteri alterum aduerſetur? T. Non aduerſatur: debet enim diligi Deus, quia ſicut pater non ipſe diligit, & cum indulgentia nos tractat, veriusq; pater eſt noſter, quàm qui nos genuerunt: cui illi ipſi debent tum quod ſunt, tum quod ſobolem progenerant. Debet præterea timeri, quia vt Dominus pœnis coërcere delinquentes nos poteſt. Multa & magna in nos bona & contulit & confert, ideo dicendus eſt Dominus, non ſeruorum modò, verum ipſorum quoque DOMINANTIVM ET DOMINORVM DOMINVS, ET DEVS DEORVM, ET DOMINVS EXERCITVVM. P, Prô quantorum

rum exercituum? Millia millium miniſtrant
decies centena millia aſsiſtunt ei. Vno milit
centum & octoginta quinq; hominum millia
nocte iugulabit. Qualium, quam fortium, gen
ſarumq; copiarum hunc Imperatorem exiſtim
mus? T. AVCTOR, REX SECVLORVM, SANC
SANCTORVM, ÆTERNVS, LARGITOR VITAE,
PIENTIVM DVX, & EMENDATOR, COGNIT
SCRVTATORQVE ANIMORVM. P. Scrutans co
& probans renes, qui nouit omnia antequam f
oculus qui contemplatur bonos & malos, ſem
vigil, qui ſi dormitet, mundus ad nihilum reue
tur. T. THESAVRVS TOTIVS COGNITIONIS. P
nos theſauri totius ignorationis, qui tot labor
tam ſerò ad modicam ſapientiam, erroribus n
tis infuſcatam peruenimus, & aquam ſemper
bidam bibimus. D. Hinc Pythagoras, non ſe σο
ſed φιλόσοφον, amatorem ſapiētiæ nominauit. H
non ſolum in magnis periculis, ſed in magnis q
que tenebris degitur hoc æui quodcunque eſt.
Referet igitur, quo ſit perfectior ſcientia, hom
DEO ſupplices fieri, ab eo iſtuc bonum conten
re, nec ſuo tantum ingenio fidere. In quo illuſt
ſimum exemplum eſt, quem ego Theologor
principem renunciaui Thomas Aquinas, quin
quam ſe ad legendum aut ſcribendum dabat,
Deum ante precatus: quem ſui ſæpicule prædic
tem audierunt: quidquid ſciret, non tam in
ſtria ſua peperiſſe, quàm diuinitus infuſum tra
tumq; accepiſſe. Vnde illa pulcherrima mo
menta poſteris ab eo relicta, quæ ad diuinan
rerum comprehenſionem enitentibus, ſplendi
ſim

ſimum lumen præferunt, atque in illa ſacroſancta penetralia tutiſsimo homines itinere, facillimoqúe perducunt. Tranſibo ad cætera nomina. FORTIS, POTENS, OMNIPOTENS, quo poſtremo nullum legetis frequentius, & diuinitatem ἐναργῶς ponit ante oculos. Illud idem, eſt quando pluribus circuitione quadam effertur. Nam illis: non erit impoſsibile apud DEVM omne verbum: non eſt qui poſsit reſiſtere voluntati tuæ, & ſimilibus dicendi formis, non aliud quàm voce, Omnipotens, certum eſt contineri. Intelligimus autem hoc vocabulo, nihil eſſe, nihil animo & cogitatione aut fingi, aut depingi, aut informari poſſe, quod DEVS efficere non ſit potis: etiam vt plures mundi è nihilo repentè exoriantur, & tota hæc moles operoſa euaneſcat. Maiora quoque iſtis, in quæ ſcilicet humanarum mentium acies, cogitationumqúe ſubtilitas non ſe intendit. D. Non poteſt DEVS falli, mentiri, peccare, neſcire aliquid: quædam ergo non poteſt. T. Puerile eſt quod opponis. Incidunt hæc in naturam infirmam, cuius imperfecta eſt actio, non in eam quæ ſumma infinitaq́ꝫ omnium rerum poteſtate prædita eſt. P. Vtinam vtinam multipotentes non eſſemus. Vtinam illa non poſſemus tam multa, quæ DEVS non poteſt. Quàm diuinum, vt omittam alia, nō poſſe peccare? quid enim peccato fœdius? quid exitioſius? remigio veloqúe quantum poſſumus feſtinemus, peccatumq́ꝫ fugiamus. Sed non peccare, Deo proprium eſto, ſapienti aũt pœnitere. T. REX REGVM, REX SEMPITERNVS,

ANTIQVVS DIERVM, cuius initium, ætas, & non comprehenditur. qui omnium temporu tuſtatem anteceſsit, cuius regnum, regnum o um ſæculorum. P. Puram caſtamq́ mente hil maiore lætitia perfundit, quàm cum cogi cognoſcit, habere ſe Dominum, qui ſit Rex vn ſorum. Etenim ſeruire Deo quiddam eſt no lum libertate, verum etiam opibus, principa vniuerſis quæ homines ſuſpiciunt maius atq́ rioſius: & quorum ille eſt hæreditas, eorum c paratione plebei ſunt, qui vel centum viginti uincias, vel cum Europa Aſiam, & Africam ſu garunt. T. SALVS, IVSTITIA, SANCTIFICA REDEMPTIO, MAGNITVDO, OMNIA EXCED AVRA TENVIS, SOL IVSTITIAE, STELLA MAT NA, IGNIS CONSVMENS, AQVA VIVA. P. O noctesq́ expetendum huius aquæ hauſtum ignis, quã ſuauiter vrunt præcordia flamma O ſtella, ô ſol. Sed quid ego toties te remoror Libenter eiuſmodi vocibus interpellor, quo de quo loquimur, iucundas eſſe comperi. P CTOR, MAGNVS DOMINVS, & LAVDABILIS N ILLVMINATOR, INITIVM & FINIS, PRINCI OMNIS PRINCIPII, CAVSA OMNIVM, ESSEN VITA VNIVERSORVM, RATIO RATIONE VTEN CADENTES ERIGENS, CORRVPTOS INNOV STANTES CORROBORANS, AD SE ACCE TES SVBLEVANS, PERFECTORVM PE CTIO, SIMPLICIVM SIMPLICITAS, QVI DI TATE AFFICIVNTVR EORVM DIVINITATIS CTOR, VNITORVM VNITAS, SENECTVTIS EX

IMMVTABILIS, IMMORTALIS. Hæc & plura ſanctæ literæ de numine: quæ quidem ego Dionyſio illi Areopagitæ, cùm nobiliſsimum de diuinis nominibus commentarium contexeret, libens meritò ſuggeſsi. D. Expone nobis, obſecro, planius quæ ſit harum appellationum ratio: cur, inquam, verè ad ſanctiſsimam maieſtatem accommodentur. T. Ad cauſſæ effectusq́; vim pertinet inprimis, vt hic ab illa aptus ſit, & quidem eo amplius, quo cauſſa magis eſt cauſſa. Hoccine intelligis? D. Liquidiſsimè. T. Cum ergo cauſſa cauſſarum ſit maximè cauſſa, nonne hinc conficitur, vt & omnia, & omnino inde, vehementiſsimeq́;, & maximè pendeant? D. Sic opinor. T. Eſt inſuper illa non ſolum efficiens omnium cauſſa, verum etiam finis, & conſeruans, & mouens, & perficiens, & reficiens cauſſa: ac proinde quęcunq; in re ſunt, ſeu opere, ab illa neceſſe erit dependere. D. Vtique. T. Iam in mundanis iſtis eſt eſſentia, vita, virtus, inclinatio, motus, actio, perſeuerantia, perfectio. Hæc igitur omnia primæ illi cauſſæ oportebit adſcribere. Et quoniam & ab illo pendent omnia, & ille eſt omnibus omnium intimus, non immeritò videtur hæc bona, quæ dixi, ipſemet eſſe. D. Potéſne aliquo exemplo hoc mihi euidentius oſtendere? T. Poſſum. Imago viui hominis, quam ſpeculum reddit, adeo ab illo viuo pendet, vt eſſentia eius, & virtus, & motus, & ſtatus ſit ipſe qui viuit, cuius eſt imago, quiq́; in ſpeculo ſemetipſum intuetur. D. Peridonea declaratio. Qualia nomina Philoſophi DEO impoſuerunt? nam nec iſta neſcis. T. Triſmegiſtus, cui

hoc nomen plurimarum ſcientiarum peritia c
ciliauit, libros varios ad res diuinas pertinente
liquit, in quibus maieſtatem ſummi ac ſingu
DEI aſſerit, iiſdemq́; vocabulis quibus nos co
uimus eum honorat: Dei ſcilicet & Patris. A
quis certum eius propriumq́; nomen poſtular
deret, ἀνώνυμον eſſe dixit: quod nimirum quia
cus eſt, nomine non egeat, quo ab aliis ſecern
Ab eodem dictus eſt ἀμήτωρ, & ἀπάτωρ, quod
go illi nō ſit aliunde, vti nobis à patribus ac ma
eſt. A Chryſippo naturalis vis diuina ratione
dita, & neceſsitas. A Zenone diuina natura
lex. Veruntamen ſiue his nominibus, ſiue ali
ætherem, naturam, mentem, rationem eum a
les, non aliud quam quod nos Deum vocamu
telligitur: nec obſtat appellationū diuerſitas,
ipſa ſignificatione ad vnum omnia reuolua
αὐτοφυὴς, ἀδίδακτος, ἀστυφέλικτος ex ſe ortus, à ne
doctus, inconcuſſus. A Sybilla μόνος, ὑπερμεγ
ἀγέννητος, πανυπέρτατος, ſolus, ſupra quam dic
teſt magnus, ingenitus, eminētiſsimus. Ab Or
πρωτόγονος, quod ante illum nihil ſit genitum. E
dem φάνητα vocat, quod cum adhuc nihil eſſe
mus ex infinito apparuerit & extiterit: cuius c
nem atq; naturam, quia concipere mente no
terat, ex aëre immenſo natum pronunciauit.
perbreuiter à me ſuper diuinis nominibus, q
tiam atque etiam vobiſcum cogitabitis, &
animo frequentabitis. P. Res ipſa
ſuadet, & perſuadet.

ANN

# ANNOTATIONES.

AB OMNIBVS REBVS, &c. NVNCVPATVR) Sen. lib. 2. Quæſt. natural. cap. 45. Eundem quem ...s, Iouem intelligunt cuſtodem, rectoremq́ vniuerſi, a-mum ac ſpiritum, mundani huius operis Dominum & tificem, cui nomen omne conuenit. Vis illum fatum care? non errabis. Hic eſt ex quo ſuſpenſa ſunt omnia, uſa cauſarum. Vis illum prouidentiam dicere? rectè ces. Eſt enim cuius conſilio huic mundo prouidetur, vt concuſſus eat, & actus ſuos explicet. Vis illum natu-m vocare? non peccabis. Eſt enim ex quo nata ſunt o-nia, cuius ſpiritu viuimus. Vis illum vocare mundum? n falleris, Ipſe enim eſt totum quod vides, totus ſuis rtibus inditus, & ſe ſuſtinens vi ſua. DEQVE SACRIS OLVMINIBVS) Dionyſius quidem de rebus diuinis, ni-l aſſeuerandum ſtatuit, niſi quod ſacris literis conſcri-um habemus. Cur autem Prophetæ & Apoſtoli tam ria Deo nomina impoſuerint, & quomodo hæc, iuſti-, ſapientia, potentia, veritas, bonitas, vita, ſalus, &c. o Chriſti nomine includantur, docet Nyſſenus lib. de feſſione Chriſtianorum. Et quoniam in hoc, atque e-m ſuperiore Dialogo crebrius eſſentiæ vocabulum ad-emus, quod res ita poſtulat, vt alia quoque minus tere-, & à delicatis auribus abhorrentiora, ſciant ſtudioſi, ceronis vocem eſſe, falſoq́ primum eius auctorem Fla-m à Quintiliano proferri. Teſtem laudare poſſumus ecam ep. 58. cuius initio magnam latinæ linguæ pau-

pertatem, immo egeſtatem deplorans, mille res ai aſq́; cau
re, quæ nomina deſiderent. Lege Muret. cap. 20. am qui
O ὤν, SIVE QVI EST) In eadem epiſt. grauis illatur.
tator Seneca: magis damnabis, inquit, anguſtias, eóue m
nas, ſi ſcieris vnam ſyllabam eſſe, quam mutare care vob
ſum. Quæ hæc ſit quæris? Τὸ ὄν. Duri tibi vide cælis eſt
genij: in medio poſitum eſſe, poſſe ſic transferri, vt ERCIT
Quod eſt. Sed multum intereſſe video. Cogor e eſt, Do
pro vocabulo ponere. Hæc ille. Idem nobis licet s exercit
virili, quod ille de neutra: melius vtique dicitur tium ag
ὢν græcè quam, Qui eſt, latinè. VERIVSQVE tus num
NOSTER EST) Nobilior noſtri pars, animus ſcilam, mil
hil in ſe concretionis, aut copulationis continens, multi,
lubilis, ſemperq́; victura eſt, cuius auctor & pat numera
cum parentes ſolum dent nobis corpus. Quapro aſi vir
tincto nati corpore, patris nomen haud iurè à q ercituu
vſurpatur: animus cum æternus ſit, Deus eiuſde nacheri
eſſe & vocari nunquam deſinit. Qui nos de ſan riptum
ſemine ſuo progenuerunt, mortis fata ſubire cogu ES MV
cum vita paternitatem maternitatemq́; depon teſtate
morum noſtrorum parens viuit victuruſque eſt uſdem g
ribus infinitis: atque idcirco nomen hoc ſuum tificio h
mittet. Quòd nos pepererunt parentes, idipſu derit.
in beneficiis tulerunt: quandoquidem non fuit br. 1. d
bertatis & arbitrij, prolem cum luberet ſuſcipere ia opin
ſua vi virtuteq́; corpora noſtra effingere, & in Deo ſac
diſtinguere tam admirabili conſilio & prouide m in ſe
tuerunt. Dei opus, Dei hoc quoque munus eſt. rocreetu

res ait asq́; cauſſas verius ſine dubio pater appellabitur Deus, p. 20. am qui alioqui ab vnoquoque noſtrum ſuus pater ap- auis il llatur. Quocirca etiam qui eſt naturâ, non adoptio- guſtia , eóue modo quo nos, Dei filius: patrem, inquit, nolite utare care vobis ſuper terram: vnus eſt enim pater veſter qui ibi vid cælis eſt, omnes autem vos fratres eſtis. DOMINVS ferri, vi ERCITVVM) Vatibus ſanctis perquam frequenter in Cogor e eſt, Dominus Sabaoth, aut, quod idem ſonat, Domi- is licet exercituum. Nec aptiore vocabulo notabitur illa cæ- dicitur tium agminum ſpirituumq́; multitudo: ſiquidem exer- SQVE us numeroſæ cuiuſdam multitudinis, multorum, in- nus ſcil am, millium notionem habet. At in cælis exercitus ſa- tinens, multi, quia multi ordines angelorum, & ſingulorum & pat numeræ chiliades. Ipſe Deus inſuper quodam loco, Quapro aſi vir bellator dicitur. Si bellator, cur non Dominus rè à q ercituum? CENTVM ET OCTOGINTA) Fecit hoc s eiuſd nacherib Aſſyriorum Regi Hieroſolymam obſidenti, vt de ſan riptum eſt Reg. 4. cap. 19. & Eſaiæ cap. 37. VT PLV- e cogu ES MVNDI E NIHILO) Sicut artifex qua arte & epon teſtate vnum quoddam opus confecit: eadem plura qúe eſt uſdem generis conficiet: ita Deus, qua poteſtate, quo ſuum tificio hunc mundum condidit, ea ipſa complures con- idipſ derit. Quod ſentit Baſilius Magnus. Ariſtoteles n fuit e br. 1. de cælo plures mundos eſſe poſſe idcirco negat, ſcipere uia opinatur hunc mundum, & materiam eius non eſſe & in Deo factam, & è nihilo: & cum mundus ipſe vniuer- rouide m in ſe materiam cohibeat, nihil relinqui vnde alius s eſt. rocreetur. Sed deſipit. QVÆDAM. ERGO NON PO-

TEST) *Non iſta ſolum nequit Deus, quæ inſcitiæ*
*firmitatis ſunt: Sed neque atram niuem, ignem gel*
*quod ſedet vt ſtet, quod ſtat vt ſedeat, factum inſe*
*virginem ex muliere, animal ſine anima, & ſimil*
*nimirum ſe ipſa perimunt, & in ſcholis Philoſoph*
*implicare contradictionem dicuntur.* SOL IVSTI
*Non mirum eſt, inquit Philo lib. de Somniis, ſolem*
γοριϰῶς *aſſimilari patri principiq́; rerum omnium*
*doquidem reuera nihil dici poteſt Deo ſimile, opinio*
*tem hominum duo tantum, alterum ſub aſpectum*
*veniens alterum aſpectabile, anima ſcilicet & Sol.*
*plura ſuper comparatione iſta.* DIONYSIO ILLIA
PAGITÆ) *Areopagus à Marte nomen inuenit,*
*Halirrhotium Neptuni filium à ſe interfectum prim*
*cauſam dixit. Fertur etiam Oreſtes ibidem ma*
*reus ſeſe defendiſſe. Pauſan. in Atticis. Senatum*
*pagiticum Solo cõſtituit, qua de re Cicero 1. Offic. q*
*co res vrbanas cum bellicis contendit. Ex his poſtea*
*toribus fuit Dionyſius Epiſcopus Athenienſis, & G*
*rum Apoſtolus. Libros aliquot Theologica, & quidẽ*
*liſſima doctrina ſcatentes cõpoſuit. In his illum de d*
*nominibus, cuius initio nomina Dei è ſacris literis à*
*lecta proponit, quæ repetit Damaſ. de fid. ortho. li. 1.*
TRISMEGISTVS, CVI HOC NOMEN) *Lact. hæc*
*li. 1. c. 6. & de Ira Dei c. 11. Alij ſcripſerunt hoc cogn*
*inſignitũ quod maximus Rex, maximus Sacerdos,*
*mus Philoſophus fuiſſet. Nazianzenus* τρισάριστον,
*neceſſitate forſitan nominat. De eodẽ multa Auguſt.*
*chus lib. 7. de perenni philoſophia.*

PR

# PROGYMNASMA TERTIVM.

## *Dei, Virginiſq́ filius, ſeu vita & mors IESV CHRISTI, Reſtitutoris & Vindicis humanæ libertatis.*

*ECCLESIA, FIDELES ANIMAE.*

ECCLESIA. Nomen dilecti mei, filiæ, nomen eſt ſalutis, ſuauitatis, maieſtatis. Nam quid aliud ſonat præter ſalutem IESVS? præter vnctionem CHRISTVS? præter maieſtatem DEI FILIVS? Hoc neque poteſt aliquid conſiderari mirabilius, neque comprehendi maius. Vnigena, qui eſt in ſinu Patris, quique idem habitauit in vtero, & reqeuit in gremio Virginis matris, nil cogitatur delectabilius, nil amatur dignius, nil deſideratur fructuoſius. A. Patere nos, oramus, de illo quem diligit anima tua pauliſper haurire vocem tuam: vox enim tua dulcis. Sine nos, ô pulcherrima mulierum, ſine nos comedere de fauo tuo cum melle tuo, & bibere de vino tuo cum lacte tuo. E. Quis fuit, antequam eſſet? quis natus erat infinitis ante æuum conditum ſpatiis, & natus antequam naſceretur? cuius ortus geminus, niſi vnius tantum, Saluatoris ſcilicet, ac Domini mei? vterq; plenus

ſanctitudinis, plenus admirationis: ille diui iſte humanus: ille materni officij neſcius, hi terni: ille etiam cæleſtibus naturis incognitu omnibus præcedentium ætatum mortalibus i ditus. Vtramque procreationem *μυστηριωδεστάτην* enarrabit? Et licet bis natus ſit, è Deo & è virg non duo tamen, ſed vnus eſt filius: quia vnica ſona ſeu hypoſtaſis, in qua fœdere ſempiterno cum abiecta & miſera conditione noſtra, ce ma & beatiſsima diuinitas copulauit: vt quem modum animus intelligens & corpus vnum h nem: ita Deus & homo vnum efficiant Chri A. O conſociationem prædicandam, deſper rebus humanis maximè neceſſariam & ſalut Sed de æterna geneſi porrò audiamus. E. Co tutor & repertor omnium Deus, antequam h vniuerſi præclariſsimum ac magnificentiſsi templum moliretur, filium ſibi *ὁμοούσιον*, eade vna ſecum voluntate, omnipotentia, virtute, ſ tia præditum, &, vt verbo complectar, penitu nitusque parem generauit. Ante flumina, & t rum ſola ante moles montium, & ſublimia col fæcundiſsimo Patris conceptu genitus erat. los fabricanti, & ornamentis ſuis diſtinguen quora fluuiosque diffundenti, & illa littoribus ripis ſuis cingenti, orbem terræ in medio m ſuper nihilum fundanti aderat, cum eo cuncta ponebat, & tanquam conſilio manuumque tract ne fabricantem adiuuabat, perfectisque tantis ribus, cum lętante lætabatur. Huic à Patre di filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſe

em tuam terminos terræ. Huic: ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Germaniſsimus lucifer ante luciferum promicuit, candor lucis æternæ, & ſpeculum puriſsimum, imagoq́; abſolutiſsima bonitatis Dei. Pater, numen & lumen, principium, vita, fons: filius ſimiliter, Deus è Deo, lumen de lumine, principium de principio, fons de fonte. O arcanum, ô ſacroſanctum, & adorandum partum, in quo nihil mortale, nihil ex terreſtrium conſuetudine, nihil inæquale aut diſsimile, nihil prius aut poſterius, diuiniſsima & auguſtiſsima omnia: ſed ita ab intelligentia ſemotum & abhorrentem partum, vt eum nulla cuiuſquam inquiſitio & inueſtigatio poſsit attingere. A. Hüius obſtupeſcendæ magis, quam perſcrutandæ procreationis, nonne qualeſcunque ſimilitudines ſe offerunt? Has edito. E. Duæ potiſsimùm, è quibus illa ad rem videtur propius accedere, quæ ab animi cogitatione ducitur. Namq; vt mens noſtra ſeipſam quodammodo intelligens ac percipiens, ſui effingit ſimulacrum ſiue imaginem, à Theologis verbum nuncupatum: ſic Devs (quatenus fas & religio ſinit cum diuinis humana contendere) ſeipſum intelligens, æternum ab omni æternitate verbum progenerat, vnam habens cum progenerante eſſentiam: vt alius quidem ſit pater, alius filius, at non aliud. Etenim vt perſonæ confundendę non ſunt: ſic non eſt ſubſtantia ſeparanda. Alia ſimilitudo ab igne, & luce trahitur. Quomodo lumen ab igne exiſtens ſimul eſt cum eo, vt nec ille prius ſit, nec iſtuc: quomodo item lumen ex igne natum in igne ſemper ineſt, nec ab

eo vlla ratione diſiungitur: ſic filius cuius o
à Patre eſt, ſemper cum eo eſt, & ſeiungi diu
qúe nullo modo poteſt. A. In hoc ſimili v
mur cernere quoddam diſsimile. E. Et magn
quidem. Nam lux, qualitas & virtus tantu
gnis, in eius ſubſtantiæ communitatem non
nit: at filius patri eſt ὁμοούσιος conſubſtanti
quam vocem libenter & ſæpe vſurpo. Qui
confeſſus fuerit, IESVM eſſe filium Dei, D
in eo manet, & ipſe in Deo. A. Noua hæc
gularisq; vtilitas. E. Eius tamen fructum ſt
illius beatiſsimi, in quo principes homines co
munesq; noſtri generis ſatores Deus colloca
rat, in ærumnoſiſsimum miſerabilis, & lacry
proſequenda conuerſio maximè declarat. C
enim cæleſte mandatum rupiſſent, ſanctitati
iuſtitiæ ornamentis ampliſsimis orbati, in va
atque grauiſsimas calamitates præcipitio ab
runt. Quorum peccati pœnarumq; peccato in
gatarum particeps, & hæres facta eſt vniuerſa
ſteritas. Tanquam ex ſemine, cauſſa, & radice
cinus & ſupplicia ad nos quoque permanaru
Nec verò potuiſſet hominum genus Dei recu
rare voluntatem & gratiam, niſi filius hum
indutus corpore, & in maxima innocentia ei
ſo ſanguine interſeptam & interclusam ad cæl
viam aperuiſſet. Hoc myſterium adipiſcendæ
lutis & libertatis per filium hominem ſubituru
rebus mutis adumbrauit, & vatum oraculis
clarè totiesq; prædixit Deus, vt ingentem Salua
ris expectationem commouerit. In ſeruitute
riſsima, in ergaſtulis, in quæſtionibus perpe

iac

iacere videbantur, atque idcirco liberatorem promiſſum ac præmonſtratum nimiopere, incredibiliterq; flagitabant. A. Venit tandem deſideratus cunctis gentibus. Eximia verò Dei charitas in homines, quæ tam gratuita liberalitate tam immenſum donum, quo nihil reperit æſtimabilius, in nos contulit. Demiſit ignorantibus doctorem, ægrotis medicum, captiuis aſſertorem, errantibus ducem, mortuis vitam. E. Atque etiam vti per vnum hominem inuaſit in mundum pernicies: ſic per vnum rurſus hominem ſalus introiuit: & quẽadmodum criminis miſeriarumq; initiũ mulier: ita viciſsim iuſtitiæ felicitatisq; exordium altera mulier attulit. Siquidem exactis temporibus Hebræam virginem delegit ſibi Deus, quam omni virtutis elegantia ſic decorauit, vt inſtar paradiſi efficeret, in quo ſecundum Adamum de cælo cæleſtem conſtitueret. Ad hanc puellam lectioni ſacræ, & concipiendis precibus intentam Gabriel archangelus in cubiculum oſtiolo clauſo ingreditur (nullæ enim ſeræ, nulla ſaxa, nulli parietes arcere angelos ingreſſu poſſunt) reuerenter ei, verbis quanquam nouis & inuſitatis, tamen perhonorificis & glorioſis ſalutem dicit, legationem exponit, filium Dei edituram ſpondet. Tum illa vbi de modo rei quæſiuiſſet, & cognouiſſet, colloquium mellitiſsimum, & diuiniſsimũ ita concluſit, vt ſe ancillam Domini nominaret, & quę audierat, re pfici optaret. Simul ore locuta eſt, & illapſa in eius vterum repente natura diuina humanis ſeſe artubus veſtiuit, non virtute ſeminis, more communi hominum, ſed vi & efficacitate

ſancti

ſancti ſpiritus, ex puriſsimis illius ſanguinibu
corpora noſtra ex materno ſanguine concreſc
& formari conſueuerunt. Hoc autem & nat
vim atque ordinem, & humanum longè exc
ingenium, quod eo ipſo temporis puncto, quo
go angeli promiſsis aſſenſa eſt, corpus Saluato
conformatum, & anima mentis conſiliiq́ꝫ comp
ei copulata eſt, & eodem articulo cum vtroq́ꝫ co
glutinata diuinitas, vt eſſet idẽ Deus & homo p
fectus, ſanctiſsimaq́ꝫ virgo mater Dei & hom
fieri inciperet, quoniam eodem momento Deu
hominemq́ꝫ concepiſſet. Quæ nam facundia e
plicabit admirationem, lætitiam, modeſtiam, p
tatem, inſuetas denique motiones animi, qui
tum agitata eſt Maria? cum agnouit habere ſe
quieſcentem in corpore ſuo procreatorem ſuu
ſuum autem? immo totius mundi. Omnipot
ex omnipotente, corporis expers, cælum & terr
implens verbum, factum verbum corporatũ, qu
& oculi videre, & aures audire, & manus attre
re, & brachia circumferre, & labia diſuauiari p
ſent, inter viſcerum ſuorum latebras, anguſtia
claudebat. Verbum non præteruolans, ſed p
manens: non aërium, ſed carneum: non inani
ſed viuum & viuificum. A.

*Caſtæ parentis viſcera,*
*Cæleſtis intrat gratiæ.*
*Venter puellæ baiulat*
*Secreta quæ non nouerat.*
*Domus pudici pectoris,*
*Templum repente fit Dei:*
*Intacta neſciens virum*
*Verbo concepit filium.*

E. V

E. Verè tum illa ſecum voluebat, quæ poſtea in ædibus Zachariæ, quò cognatam annoſam, vterum geſtantem viſura aduenerat, tam dulci carmine modulata eſt. A. Quid illas voces Elizabeth: Benedicta tu inter mulieres, & quæ ſequuntur, nonné clariſsimum argumentum ex aduentu, cõplexu, affatuq́ꝫ Virginis perceptæ voluptatis cuiuſdam mirandę putabimus? E. Et cognitionis quodam mirandę putabimus? E. Et cognitionis quoque myſterij Euangelici, futuræq́ꝫ hominum liberationis. A. At infantes duo, ſponſus & amicus ſponſi, Chriſtus & Ioannes, quàm ſe admirabiliter adhuc intra maternorum viſcerum clauſtra delitentes conſalutarunt? quibus ſeſe gaudiis & gratulationibus viderunt nec viderunt? allocuti ſunt nec allocuti? E. Propheta fuit altiſsimi necdum progenitus Ioannes, non quidem vocibus, verum motibus. At illi motus, illi ſaltus hoc volebant, hoc clamabant. Dominum aſpicio, qui tempus pariendi nouem menſibus definiuit: mihi verò tam diuturna in vtero mora non eſt neceſſaria: non poſſum de cætero iſto carcere clauſus, & his tanquam catenis alligatus detineri. Exſoluar, egrediar, euolem è tenebris vt præcurram, quia Præcurſor ſum: vt præluceam, quia Lucerna ſum: vt prænuntiem, quia Angelus ſum. Adeſt qui vincula diſrumpit, & ego adhuc irretitus ſedeo. Cur non datur exitus? quando tandem erit, ô Domine, vt clamem in ſolitudine? vt præparem viam tuam ante te? vt digito demonſtrans te, dicam omnibus: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi? Hæc omnia ſaltus illi & gaudia muta loquebantur. Nunc, agite, naſcentem Dei filium in antro contemplemur.

mur. A. Vt cupimus? nihil quippe tam cæleſ
refertum illecebris, & tam caſtis plenum bla
mentis, vt tenerrima infantia prodeuntis ab v
non reſerato Saluatoris. E. Virgo parit, par
DEVS: oſculantur inuicem diuinitas & human
virginitas & fæcunditas. O ſine exemplo matr
ô ſine ſocio filium. Et tamen hic matris ſuę par
eſt, quæ reuera natura mirante genuit ſuum
ctum genitorem, & aluit vbere de cælis plen
quo ipſa alebatur. Immò dum virgineum lac
rilibus labris infundebat hominum, angelorum
cibum cibabat. Nullus in hoc partu aborti
metus, nullus cruciatus, nulla virium defe
nullum interitus periculum: inter meras læti
genethliacon cælicolis cantantibus, ſpecioſiſſi
ille hominum de thalamo ſuo progreditur.
quanquam generatur in male olenti caula, & re
bat ſuper fæno, & verba non format, & vagit
indulget, & linteolis vilibus ac laceris inuolu
& caret turba famulorum, idem nihilominu
ſublimi per agmina volitantûm, & triumphan
maieſtatem ſuam indicat, & ortu fulgentiſſimi
deris reges ab oriente ad ſeſe adorandum, & m
neribus honorandum accerſit. Quàm miron
do ſe in hoc natali contraria miſcent? Læt
mœret, iucunditas plorat, vigilia dormit, fon
tit, ſaturitas eſurit, copia indiget. Qui ſem
eſt, eſſe incipit, & altiſſimus fit infimus, poten
ſimus imbecillimus, Dominus ſeruorum ſ
rum ſeruus numeratur. Cubat in puellæ ſinu pu
qui cum æquęuo patre ſuo mundum inde à prin
pio temperat. Teneræ virginis amplexu conſtr

gi

itur, quem nullæ latitudinem immenſitatis am-
ire queunt, portatur qui portat vniuerſa: & iam
unc potentiam, ſapientiam, iuſtitiam, maieſtatem
ccultans, bonitatem, manſuetudinem, clemen-
iam, benignitatem, miſericordiam, humilitatem
iam iuris noſtri facit. A. Efficit ſuauiloquens, &
n aures noſtras lenißimè influens diſſertatio tua,
t quodammodo in ſtabulo verſari, & quaſi quaſ-
am voces percipere, & è præſepi infantem hunc
acratum, genus humanum his verbis alloquẽtem
udire videamur. O filij hominum acceditote ad
unabula mea, & iam tãdem oculis veſtris aſpicite,
uribus attendite, manibus contingite charitatem
ietatemq́ meam. Peccaſtis, agnoſcite, & ignoſco.
on miſit me pater meus occidere vos: ſed occiſos
i vitã reſtituere: non percutere, ſed percuſſos ſa-
are. Iſti panni mei veſtram cooperient nuditatem:
eſtas mea veſtram locupletabit inopiam: lacry-
ulæ meæ veſtras conſolabuntur lacrymas: nex
ea veſtra erit incolumitas. Accipite & fruimini
e: ſiquidem vobis natus, vobis datus ſum totus:
idcirco IESVS appellabor, vt vel ex ipſa appel-
tione mea officium meum felicitatemq́ veſtram
nimaduertatis. E. Agedum Adame hominum
rime ſeminator & parens, qui in horto deſignati
celeris conſcientia oppreſſus te abſcondebas, & in
onſpectum eius quem violâras, dare te non aude-
as: en, quẽ fugiebas, quẽ horrebas ille te requirit,
ad ſe allectat: non vt pœnam infligat: ſed vt culpã
emittat. Neq; enim iracundia efferri, neq; minis
erreſacere, neq; ſuppliciis multare quemquã po-
eſt, quoniã infãs eſt: tantũ vagire & alludere nouit:
quorum

quorum illud nihil habet formidinis: hoc
rum iucundiſsimæ voluptatis. A. Et tu E
ter huc properare propera,& hanc filiam tu
filiabus omnibus fæcundiſsimam læta intue
& reliquæ cum dolore homines: iſta ſine
Deum peperit. Tu peccatum & exitium: iſt
& gloriam apportauit. Propter te morimur,
quam naſcimur: propter iſtam viuimus æt
piterno. En, hæc eſt mulier illa, de qua olim
radyſo audiebas, futurum, vt ſerpentis cap
tereret. Iuſtiſsimas gratias ſecundum Deu
filiæ tuæ debemus, in cuius puriſsimũ caſtiſ
vterum libertatis ſalutiſq; noſtræ prætium
effuſum eſt. E. O beatiſsimum vterum, qu
pter caſtimoniæ & munditiæ ſuę excellenti
mæ bonum eximium ad ſe attraxit. Etenim
teris omnibus vix etiam mundiſsima anima
tum ſanctum habitatorem accipiat. Hic
corpus ipſum, caro ipſa, ſpiritus omnium ſ
ſimi domicilium facta eſt. A. Quid conſec
E. Die octauo poſt ortum ipſe lator legis ſ
ctoritatem legis ſeſe vltro ſubiecit, & tanqu
nus è multis piaculi cauſſa cultello lapideo d
re ſibi præputio reſecto cruentari, cruciame
qúe perferre acerbiſsimum cæpit. Quanto
re tum etiam Virginis matris animus ſauciab
Impoſitum eſt autem puero nomen IESVS
fortuitò, non humano iudicio: Sed Dei nu
præcepto. Ad hoc referuntur cætera nomin
ſacri vates eidem imponenda prænunciarun
enim cum illa ſalutem, quam ab eo expectaba
aliqua ex parte attingant, hoc omnem ſaluti

træ vim rationemq́ complectitur. A. O nomen.
ſu religioſarum mentium in fame cibus, in ſiti po-
us, in laſsitudine quies, in imbecillitate robur, in
empeſtate tranquillitas, in deſperatione fiducia, in
mœrore ſuauis voluptas. Tu frangis iram: tu
omprimis ſuperbiam: tu repellis inuidiam: tu
xtinguis libidinem. Cum enim te proferimus,
ominem cogitamus manſuetum, modeſtũ, cha-
itate affluentem, pudicum, omni deniq́ morum
ntegritate, & ſanctitate ornatiſsimum, & hunc e-
ndem DEVM, qui & exemplo velut medicina prę-
enti nos ſanet, & auxilio præualenti confirmet: il-
ud vt verus eſt homo: iſtuc, vt verus eſt, & ſolus
eus. Tu dæmonas à corporibus exturbaſti: tu a-
miſſa luce oculos impleuiſti, ægrotantes ad ſoſpi-
tem, mortuos ad vitæ munera reuocaſti, multaq́
pra naturæ curſum & morem effeciſti. Tu cæ-
ſtibus venerabile, terreſtribus amabile, ſubterra-
eis horribile. E. Laudo equidem vos, ô filiæ, cum
cratiſsimum nomẽ gratiſsimis animis proſequi-
mini. Ecce itineribus magnis, multo ſeruorum
omitatu profecti ex orientis ſolis regionibus Ma-
i, regiam vrbem Hieroſolymorum ineunt, regem
udæorum nuper ingreſſum in vitam requirunt.
erodes metu regni amittendi percellitur. Ex
eſpõſo ſacerdotum in oppidulum Bethleem mit-
untur, ibi puerum cum Maria matre in tuguriolo
uenientes cadunt in genua, preces geminant,
ona ditia & myſtica offerunt, per ſomnum cæli-
us moniti, alia via demum diſcedunt. Adeo lon-
um, periculoſum iter emetiri, duriſsimo anni tẽ-
ore, cum laboribus ſummis, nonne admirandæ

 pieta-

pietatis fuit? A. Vtiq; fuit. E. Cernere tr
uolutum pannis, ſordidum ſtabulum, extr
egeſtatem, ſupremam à miniſtris ſolitudine
ribus inhiantem, in fœno iacentem, audire m
biliter vagientem, & tamen ſuppliciter h
DEVM OPT. MAX. regemq; regum omniu
nerari, nonne præſtantis fidei opus fuit? A.
præſtantiſsimæ fidei. E. Quid Herodes?
ſe à Magis deluſum, & non ignarus omne
naſcens facilius opprimi, inueteratum fieri p
que robuſtius, carnificibus in agrum Bethle
cum dimiſsis, iugulat pueros omnes quique
tum agebant, quique ætatulam tantillam n
viderant. Nota eſt Diomedis & Buſyridis
immanis crudelitas: quorum ille equis ſuis
tos hoſpites obiectabat: hic eoſdem ſacrifi
Nota etiam Atrei in fratrem ſæuitia: nota P
dis: nota Mezentij, quos omnes Herodis fur
deliſsimis conſiliis incitatus ſuperauit. Qu
eloquentia illam calamitatem Bethleemitan
lam atrocitatem carnificum, illas complora
genitricum, quibus etiam ſaxa rumperentu
dolores & gemitus patrum, fletus & luctus
torum æquauerit? Puerulos ad ſe latrones
gulandos raptabant: matres per ſacra omn
teſtantes retrahebant, ceruices ſuas ſtrictis m
nibus ſupponebant, vt letalibus plagis tolle
prius è medio, quam dilaniari, & in fruſta
ſua viſcera aſpicere cogerentur: Heu, heu,
ſimul vbera ſugebat, ſimul mortiferum ictu
cipiebat, & cum materno lacte quod iam bi
riuulos ſanguinis permiſtos profundebat.

matres cum parricidis paruulos non dimitterent, vnà interficiebantur, & ita de ipſarum natorumq; cruore vnus torrens efficiebatur. Quomodo pueruli illi, cum micãtes viderent gladios, curſim ad matres aduolabant, & (quod ſolet illa ætas in terrore ac metu) earum ſe veſtibus tanquam ſecuritatem iam adepti inuoluebant? Quo modo per oppidum miſerandæ curſitantes, & in ſinu dulcia portantes onera, ſicubi latere tutò poſſent, ſedulò curioſeq; veſtigabant? Vbiq; tanquam feræ à canibus indagabantur. Quod ſi quem etiam mater occultaſſet in latebra, is ſemetipſum eiulatu ſuo prodebat. In ſingulis, & in omnibus Chriſtus quærebatur: & ne vnicus viueret, tot millia oportebat tam inaudito genere atrocitatis interimi. Interdum miteſcebat ad lamenta materna carnificis animus, vt lachrymas non teneret: incipiebat gladium vaginæ reddere: veruntamen Herodis imperium, minæq;, & promiſſa parcere non ſinebant. In domo qualibet duo tréſue infantes haſtis aut pugionibus confoſsi, enſibus conciſi iacebant: nec propinqui ac familiares inter ſe conſolari poterãt, cum omnes pari in magnitudine & acerbitate doloris verſarentur: magisq; vnuſquiſq; alieno officio indigere, quam vt ipſe ſuum aliis officium præſtare poſſet. A. Dic tyranne, quid hi commeruerunt? qua te iniuria læſerunt? quos tibi theſauros auerterunt? quando, quibus legibus tuis rebellarunt? vbi, cum quibus aduerſum te conſpirarunt? quas inſidias moliti ſunt? Nullam aliam culpam inuenimus, niſi hanc vnicam, quod nati erant: nõ te offendiſſent, ſceleratiſsimè, ſi nati non fuiſſent:

quod vitam adierunt, interitum apud te n
runt. E. O beati paruuli, feliciter orti, feliciu
tui. Nondum loquimini, & pro Dei filio te
ni, & in ipſo naſcendi limine ſempiterna vi
excipit. Finis lucis, æternitatis principium f
eſt vobis. Vixdum egreſsi è cunis, euolatis
ronas. A ſinu & gremiis matrum rapimini qu
ſed angelorum cœtibus inſerimini. In mort
rum martyrum confeſsio Chriſti prædicat
vobis ipſa mors confeſsio eſt, qui in ipſo or
cum gloria, & triumpho occidiſtis. Herode
quam obſequendo tantum profuiſſet qu
perſequendo profuit. O bonitatem Dei:
cum martyrij mortem accepit, quam non v
tas elegit, ſed neceſsitas attulit: vbi non fuit
trium, ſed violentia: non deſiderium pere
ſed immanitas perimentis. At Deus miſeri
remunerationem conuertit: nec maior eſſe
ſæuitia tyranni, quàm munificentia Dei. Pot
lius truculentiſsimæ belluæ inaudita feritas
re ſupplicium vbi non erat culpa, & diuinitas
tra voluit reddere coronam, vbi non extabat
ritum. A. De luſtratione Mariæ quando dice
Nunc dicam. Occurrit tum virginitas vidu
fæcunditas ſterilitati, infantia ſenectuti. Me
micuit in iſta expiatione Mariæ demiſsio, qua
cauſſam nullam haberet, cur ſe diuino man
ſubiiceret, tamen filium imitata, in grege ma
duci non recuſauit. Vidua autem Anna, turt
la octogenaria, quo pacto ſatis laudetur? Erat
pore imbecilla, animo firma ac robuſta, facie
gis ſulcata, mens vegeta, paſſu anili procedeba
i

ieniliter exultabat: canis gerebat aſperſum ca-
t,& iuueneſcebat. Eius ſaturitas erat inedia,ſo-
nus vigiliæ, opes rerum humanarum contem-
us. Cum Deo noctes atque dies colloquebatur:
iò fiebat, vt hominum ſermones nihil deſidera-
t. Beatus ille Simeon longo confectus æuo,à vi-
demigrare, & à natura conceſſum reddere cu-
ebat: cum certior factus eſt, non ante ſe ex his
mpedibus euolaturum, quàm Chriſtum Domi-
conſpexiſſet. Conſpexit,vlnis fouit,& tanquam
gneam cantionem funeri proximus cecinit, læ-
ſq; ad plures abiit. Non eum iam iſtud lumen
iod obſcurari poteſt delectabat: aliud,cuius ma-
r eſt,& æterna claritas conſpexerat. Viuere iam
poena erat,mors pro munere ducebatur. Filium
i infantem complexus & oſculatus, audire eun-
m concionantem, intueri morientem minimè
piebat. A. Quæ in ſalutatione Gabrielis,in gra-
latione Elizabethæ, in cæleſti partu, in aduentu
gum,in acceſſu ad templum euenerunt, omnia
c Genitrici, vt debuerunt, ita immenſo gaudio
erunt. Cæterùm hoc ipſum gaudium noua mox
ritudine, & ærumna longinqua contaminatum
que confuſum eſt: quando ſecundùm quietem
ſepho angeli oblata ſpecies, cum ſomno excuſſo
atrem cum puero accipere, & in Ægyptum fu-
re iuſsit: propterea quod Herodes tyrannus, a-
mam eius extinguere moliretur. E. Siccine?qui
rgitur vitam viuentibus vniuerſis, ei de vita & in
ſo vitæ primordio eripienda cogitabatur? qui
nerat, vt de exilio miſeros exules in germanam
triam reduceret, ipſe ſolum vertere, & in exili-

um proficiſci coactus eſt? Non multo ante
bulo, inter iumenta, in egeſtate genitus, paul
corpuſculum octodiale, ſectionis an lacerati
cruciatui ſæuiſsimo expoſuit, & ſanguinem
vt nos ſeruaret: nunc vt ſe ipſum ſeruet patri
cedere finibus vrgetur, & ex vna terra prof
is, cuius eſt orbis terræ, & plenitudo eius.
ſedulò Maria, etſi impensè dolens, ad hoc ſ
comparare inſiſtebat? quàm ſollicitè dulciſsi
pignus aduerſus frigora & inuoluebat, & obu
bat? Atque vt hunc theſaurum, in quo omne
ſauri, tueretur, in minimis reputabat, quæcun
linquebat, & quæ perpeti inſuper aduerſa
habebat. Deſerebatur ſolum patriũ, deſereb
propinqui, deſerebantur parentes, per ignot
hoſpita loca, tempeſtate perfrigida, maxim
imbribus & ventis, nunquã oculis vſurpata,
monũ ſacris dedita regio, nullo, niſi vnius aſ
adulescẽtula mater prolem paruulã brachiis
plexa inſideret, quiq; ſarcinulas aliquot geſta
ſoli' Ioſephi comitatu petebatur. O diuina p
quò ſuſceptus hic abitus? quò tecũ tollis hun
ſtem puerum tuum? tuúmne, an meum? & t
& meum. Ne quæſo recedas gloria Hieru
lætitia Iſraël, honorificentia populi noſtri?
ſcondas hunc ex te ortum ſolem iuſtitiæ; ne
ricordiam à miſeris, ſalutem à perditis hinc
tes. Hucuſque vixi, inquit, inter gaudia; ha
multa vidi non viſa nec videnda amplius: h
exultandi & amplexandi tempus fuit: nun
guſtanda eſt, quæ me poſt hac excipiet amar
ad laborum tolerantiam me comparo, mer

oſterorum Adam, incõmoda, luctús & ærumnas ſpecto. E barbarie cum redierimus, etiam inter otos quaſi ignoti, inter populares quaſi peregrini itam tranſigemus. O dilecti Deo viatores, vrbes lurimæ ſunt Ægypti; in quam vos habitatum cõ-eretis? Quis tecto ſuo recipiet? Si enim inter ci-es veſtros, inter fratres veſtros nullum diuerſo-ium, niſi ſtabulum, etiam vicina partitudine inue-ire conceſſum eſt, inter feros barbaroſq; quomo-o inuenietis? cuius benignitate vtemini? nam obis pauxillum nummorum eſſe haud ignoro. Quî nam in medio ſuperſtitioſiſsimorum morta-um degere poteritis? Et quî nam illi vos ab im-ietate & idolomania abhorrentiſsimos patientur? acto agmine anteuolate ſancti angeli, & diuerſo-ium Regi veſtro præparate. Annunciate gaudi-m magnum toti Ægypto, quia Saluator aduenit. ed populus hic eum non cognouit. Nihilominus EI numine factum eſt, vt aduenis iſtis de habita-ione attribuerint: vt moleſtiarum illis nihil toto ptennio exhibuerint: vt angeli monitu reditum n Iudæam parantes, cum familiariſsimi doloris ſi-nificatione, & lacrymis dimiſerint. Virgo quidem ana facienda, Ioſephus fabrica materiaria victum n commune quæritabant: & cùm vnà tenui ſalino ccumberent, ſemper in medio amborum puer IE-VS, puer ſuauiſsimus, & amabiliſsimus diſcumbe-bat. Nulla ibi pediſequa, nullus famulus, nulla an-illa: vt neque ante quàm migrarunt, neque poſt-uam remigrarunt. Quæ deinde ad annum æta-is eius duodecimum contigerunt, poſt reuerſio-nem ſcilicet, Herode iam ſedente, æternumq; ſeſ-

ſuro apud inferos, pietati veſtræ commen-
permittuntur. A. Vt quæ poſt eundem ami
& in templo inter doctores, audientem illos
terrogantem repertum, vſque ad annum tr
mum geſta ſunt. E. Tres vltimos populum
tariter inſtituiſſe certum eſt, totos præceden
cuiſſe: quamquam eſſet à prima origine æqu
cruce ſapientiſsimus. A. Quorſum hoc. E. V
ante diſcendum putemus, quod alios doce
Nos celare ſcientiam noſtram inſcientem n
mus, & ſilentij prudentiam, noſtram ignom
interpretamur. Ante effundimus quàm inf
mus, duasq; aures, vnam linguam nobis data
plus audiamus, minus loquamur, nõ intelligi
Ad exemplum quoque Chriſtianorum fecit,
ſet ſubditus vtrique, & nunc matrem in iis qu
peraret, nunc nutricium in re fabrili adiu
Credimus quoque ſolidas propemodum noc
liquando in votis poſuiſſe, & humano generi
clementiam popoſciſſe: cuius liberandi, &
moriendi amore ita exarſerat, vt tempore ill
vitam poneret, nihil illi lõgius videretur. Ne
cia ſolùm & diuina cum parentibus, verùm
cum ſuperis colloquia miſcebat, qui Dom
ſuum frequenter viſentes, cum eo iucund
commorabantur. A. Nec dubitamus, quin
libros in manus ſumpſerit, quæq; ad ſe pertin
in Prophetis & pſalmis matri explanauerit. N
nim erat filius fabri, vt neſciret literas, quod
riſæi garriebant. E. Iſta & iſtis affinia quin
doleſcentia & pueritia Chriſti cogitetis, nihi
hibeo: ſunt enim pia, & amorem caſtiſsimu

n

antia. Quis autem tam ingratus & ferreus repe-
rietur, qui IESVM amare nolit? immò redamare. Si
quis non amat Dominum noſtrum IESVM CHRI-
STVM, ſit anathema maranatha. A. Agnoſcimus
Pauli magiſtri tui vocem, prorſus apoſtolico pecto-
re dignißimam. E. In poſtremis annis tribus (tres
enim ſupra triginta natum aſcendiſſe cælum, eſt o-
mnium conſenſu populorum firmata opinio) qui
ſunt myſteriorum, & rerum mirabiliter ab eo con-
fectarum pleni, baptiſmus ſe primo loco offert, quo
ſanè humilitatem nos colere docuit, & hoc facto-
rum ſuorum procemium eſſe voluit. E Galilæa in-
comitatus ad Iordanem, cum diſcipulos nondum
legiſſet, adhuc nemini not° ſe apportauit, vbi Ioan-
nes publicanos & peccatores myſtica lympha per-
fundebat: vt inter eos velut vnus ex eis ipſe quo-
que lauaretur. Quos ipſum cognoſcens ille inter
natos mulierum ſanctißimus atq; maximus, cum
agnum Dei circumſtantibus venire dixiſſet, ſum-
miſſo animo: ego, inquit, à te ablui debeo, & tu
venis ad me? Ego dignus non ſum vt ſoluam cor-
rigiam calceamenti tui, & tu ſupponis mihi ter ſan-
ctum, & ſpiritibus almis honorandum caput? Ego
ſeruus, tu Dominus: ego homo, tu Deus. Quò ti-
bi lauatio, qui mundißimus, qui ipſa munditia es?
Tu planè agnus es, quia te nihil manſuetius, nihil
mitius: ſed cæleſtis agnus, ſuper quo cæli aperiun-
tur, Spiritus ſanctus forma columbæ demittitur,
vox patris magnifica exauditur. Succeſsit mox in
loco deſerto per dies quadraginta cũ abſtinentia à
cibo & potione permanſio, & ſecundùm eos dies
cum diabolo dimicatio, quia eſurientem animad-

uerterat. Vt ſe Deum approbaret, cibo tant
teruallo caruit: vt hominẽ, cibum appetiuit. T
plex autem telum iecit in eum aduerſarius c
inſtructiſsimus, quorum primum fuit ventris, a
rum ambitionis, poſtremum auariſsimæ cupid
tis. Audes adhuc (quid eſt autem quod tu non
deas?) vendicare tibi quæ tua non ſunt, & prom
tere illi, quæ illius ſunt? hæc omnia tibi dabo, ſi
dens adoraueris me? O execrande, tu vt ador
vt ad pedes tibi accidat ſupplex Dominus ac D
tuus? Dignus eras, qui in nihilum reuerterêre
Quem hic leo immanis non quærit vt deuo
cuius ille ſaluti non ſtruit inſidias? E. Si reſi
mus fortes in fide, turpiter aufugiet: non vi
niſi volentem: ſuperuenit fortior, à quo perdo
tus eſt. A. Armatura, vti remur, optima aduc
impreſsiones eius, & ad vniuerſas vitæ Chriſti
rationes inſtituendas doctrina perfectiſsima
vberrimi ſalutarium præceptorum fontes Eu
geliorum libri. E. Summa Euangeliorum auc
ritas. A. Quomodo? E. Cum Deus olim qu
maioribus noſtris vellet, Prophetarum lingu
ſus declaraſſet, nouiſsimè per filium nobis locu
eſt, qui hæc Euangelia, id eſt, nuntios expectati
mos apportauit. Filij Dei oratio quanta cum
neratione excipienda eſt? Nihil hac diſciplina p
ſtantius, vtilius, conſummatius, atq; omnibus n
dis diuinius. A. Eandem factis quoque ex
confirmauit, vt non doceret tantum, ſed facer
quin immo prius faceret, quam doceret. E.
nimirum ita vt dicitis. Laudat paupertatem, ſu
miſsionem, manſuetudinem, iuſtitiam, miſeric

di

diam, & virtutes alias: at nemo eas tam abſolutè præſtitit. Cuius paupertas inſignior, quam qui in bouili natus, cuiq; non ſuppeditauit vbi caput reclinaret? cum tamen vulpeculæ luſtra ſua, & auiculæ colant nidulos ſuos. Quid eius humilitate præclarius, qui effectus eſt vermis, non homo, & ludibrium hominum? Quid eo manſuetius, qui vt agnus coram ſe tondente; ſic ille coram ſe occidente obmutuit? Quis quotidiana generis humani piacula, & doluit vehementius, & defleuit impenſius? Quis eo magis miſericors, qui tot miſeris tam volens ſubuenit? Fame afflictos pauit, claudos, mutos, ſurdos ſanauit, cæcis aſpiciendi facultatem, paralyticis priſtinum corporis nitorem habitumq; donauit, notas albicantium vitiliginum manu admota deterſit, vliginoſa & turgentia hydropicorum viſcera ſanitatem natiuam recipere iuſsit, energumenos à dæmonibus expediuit, luce perfunctos in lucem reſtituit. Nemo adeo purus macularum, quàm qui extra omnem culpam ſemper vixit, & humanorum delictorum nulla contagione fœdari potuit. Nemo ita pacis ſtudioſus, vt qui princeps pacis eſt appellatus, quiq; inter cælum & terram, inter Iudæos & gentes, inter Deũ & hominem placidiſsimam firmiſsimamq; pacem compoſuit. Nemo in tanta morum innocentia tam probroſa tam æquo animo paſſus eſt. Dilexit inimicos, iniurias vltus eſt benefactis, per noctes quàm longæ pro nobis patrem ſæpenumero precatus eſt, quorũ ſalutis quàm cupiens fuerit, labores & moleſtiæ quas exhauſit innumerabiles teſtãtur. Quanto negotio, quàm amanter ac diligenter per mon-

tes, per valles, per auia & inuia, per terras, pe
das ouem perditam requiſiuit? Ob hanc à ca
lo in caſtellum, à ciuitate in ciuitatem, à prou
in prouinciam pedibus ambulauit, tot deniq; l
nullo equo aut mulo, nullo curru aut lectica
cum fame, ſiti, æſtu, algore peragrauit. Vide
quæ illi gratiæ relatæ ſint. Curabantur à me
& deterius ſe habebant. Illuſtrabantur à ſo
tenebras malebant. Supra naturalem poteſt
res ſtupendas perpetrabat, & magus audiebat
lebat ab obſeſsis dæmones, & aiebant, dæmo
habet. Peccantes increpabat, iter in cælum de
ſtrabat, & planum impoſtoremq; dictitabant.
minem flagitioſum auerſabatur, & vnus de eo
grege numerabatur. Edebat, bibebat inuitat
comedonem ac potorem vocabant. Vehem
ſima contentione animi ad populum concion
tur, & eum pro fanatico per ora traducebant.
plura? aliâs eum moliti ſunt comprehendere,
cuſtodiam dare: aliâs lapidatione facta cogita
eum vita eiicere: aliâs de monte præcipitem a
aliâs vt furioſum vinculis conſtringere: aliâs
nagoga conuentuq; publico exterminare: nec
quierunt, donec tormentis laniatum, patibulo
fixerunt. A. Quid retribuemus Domino pro
omnibus? Non fuimus tanti. E. Hæc faxo m
dicatis, ſi mortem inhoneſtiſsimam, & crude
mam, quæque eandem proximè anteceſſerunt
dioſius conſideraueritis. A. Fiat id adeo te c
& magiſtra. E. Progredientem me ecce rem
tur, & attonitã in veſtigio conſiſtere cogit in m
te ſancto inſuetum, nec vlli præteritis ſæculis

um ſpectaculum: candidiſsimum, lucidiſsimum, mnino formoſiſsimum, diuiniſsimumq́ ſpectaulum, quo Apoſtolis, & eorum poſteritati ad apetendam comparandamq́ futuram æthereis in edibus beatitudinem mirificè additi ſunt animi. 'ulchritudo & ſplendor rediuiuorum corporum ars quædam parua erit quæſitæ & exſpectatæ fæcitatis, hanc deguſtandam tribus diſcipulis in nonte Thabor, propoſuit. Quæ illis vſque adeo lelectabilis fuit, vt ſe in terris verſari amplius non utarent, & continenter in illa voluptate ædificatis lomunculis manere magnopere optarent. Quid utem, dicemus, cum olim cæleſti ciuitate donati orrente voluptatum inundabimur? nonne altiſmis clamoribus ingeminabimus: Bonum eſt hîc os eſſe? Vna ſtilla Petrum inebriabat, ô quid ipſa umina tunc facient? buccella de conuiuio tuo, one IESV, quod apparaſti diligentibus te, ita ſaurabat animam apoſtolicam, quid epularum illa arietas, ferculorumq́ cæleſtium magnificentiſsia multitudo? Huius beatitatis dediſti mihi pinus, harum epularum imaginem & vmbram teeo te ipſum, quanquam velatum: corpus tuum, uod mihi ad ſupera proficiſcens comedendum eliquiſti. Saluator mi, caro tua verè eſt cibus, & nguis tuus verè eſt potus. Hoc meum vnicum delíſsimumq́ ſolatium: hæc interim menſa mea duerſus eos qui tribulant me. Totus à me diſceſſti, & totus mecum remanſiſti. Hic panis meus uotidianus, quem vt quotidie proſit, quotidie ccipio: & ſic tuo beneficio mores fingo meos, vt uotidie merear accipere. Iudæi deſiderent ollas

car-

carnium Ægypti: illi poſtulent ſibi pepones & allium: ego hanc alimoniam volo mihi e… petuam, quæ peccata dimittit, quæ auerſa… ratione cupiditates conſopit, vires ad reſiſt… flagitiis miniſtrat, ad ardua & difficilia ſub… exſuſcitat, virtutes auget, mentem facibus n… bus ergaDeum inflammat, ad regiones imm… tatis poſt obitum euehit. A. Quàm piè in c… ſuo Theologus?

*In mortem à diſcipulo*
*Suis tradendus æmulis,*
*Prius in vitæ ferculo*
*Se tradidit diſcipulis.*
*Quibus ſub bina ſpecie*
*Carnem dedit & ſanguinem:*
*Vt duplicis ſubſtantiæ*
*Totum cibaret hominem.*
*Se naſcens dedit ſocium,*
*Conueſcens in edulium,*
*Se moriens in pretium,*
*Se regnans dat in præmium.*
*O ſalutaris hoſtia*
*Quæ cæli pandis oſtium:*
*Bella premunt hoſtilia,*
*Da robur, fer auxilium.*

E. In triumphali introitu in vrbem Hieroſo… rum, die quem Palmarum vocitamus, in c… paſchalis, in lotione pedum, in ſermone ſu… nam, atque in via ad hortum trans torrent… dronem habito, digna animaduerſione i… qui ſcrutabitur: ad extremum perfectiſſi… actum, ad Saluatoris irriſiones, contumeli… bera, tormenta, ad teterrimam denique nec…

epulturã animo & cogitatione tota,cum acerrimo
niſerationis, & pietatis ſenſu nos intendamus. A.
Quid faciamus aut libentius,aut ſalutarius? In vul-
neribus & morte Domini IESV vertitur ſpes noſtra
omnis. In his requies,ſecuritas,virtus,perfugium,
vita & ſalus noſtra. E. Expandit in cruce brachia
ponſus meus: vt amplexetur me: inclinat caput,
vt oſculetur me. Reficior & permulceor amore
gratuito & inexplicabili,qui tam multa,tam infan-
da tam ſedatè tolerauit: crucior cauſsis, ob quas
a omnia tolerata ſunt, & doloribus συμπάσχω.
Hæc in turbidis & ad voluntatem procedentibus
ebus moderamina mea: in illis,ne preſſa ſuccum-
bam: in iſtis,ne eleuata altius aſcendã, & caſu gra-
uiore decidam. Hæc cum aſsiduò volutem in cor-
de, ſæpe etiam ore canto, chartis illino. Non re-
quiro vbi paſcat dilectus,vbi cubet in meridie,quã-
do in penetralibus meis,in intimo pectore meo cu-
antem paſcentemq́ complector. Ibi contemplor
udorem ſanguineum per corpus vndique pro-
umpentem,& in humum defluentem,Iudam ma-
gniſsimè oſculantem,cohortem perbacchantem,
aluatorem funibus & catenis arctè conſtringen-
tem, validè percutientem, furenter huc illuc ra-
ptantem, trahentem, protrudentem. Subſequor
mœſta in ædes Annæ Pontificis, inde ad Caypham,
ab eo ad Pilatum, à Pilato ad Herodem,ab Herode
urſus ad Pilatum. Audio accuſationes menda-
ciſsimas, riſus effuſiſsimos, clamores inconditiſ-
ſimos,caput innocentiſsimum ad mortem flagitã-
tium. Aſpicio iſtos velantes eius oculos, illum in
faciem pugnos impingentem, alios eandem con-
ſup-

ſputantes, aliaque in Regem meum contu
ſiſsimè per ſummam petulantiã deſignante
tueor virgis & flagellis conciſum, & purpu
membra decurrẽtes riuulos: cerno coccin
myde circumdari, ſpinis coronari, per ric
adorari, ſceptri loco tenentem arundinem
dem rapta de manibus verticem reuerend
maniter contundi. In hiſce tam atrocibus
tam exquiſitis pœnis nulla vel leuis quer
nullum irritati & impatientis animi argum
Circumdederunt eum canes & vituli mult
pingues obſederunt, quid non dicentes? qu
incæptantes? quid nõ facinoroſiſsimè mo
& placatiſsimè fert omnia: quæque præce
tutum dedit tot concionibus, eas virtutes
in ſe vno die quàm perfectiſsimè exprimit
dem homicida illi anteponitur, ab iniuſto
condemnatur, cum latronibus ducitur, ferr
uis cruci affigitur, pro interfectoribus ſuis n
lis precatur à Patre veniam, à quibus adhu
pit iniuriam, matrem diſcipulo, diſcipulum
tradit, fel & acetum guſtat, cum clamore v
lacrymis excedit, militis haſta perfoditur,
num monumentum infertur. O quis m
cogitanti ſenſus? immo potius quis conſen
inſontiſsime agne, ô dulciſsime iuuenis, qu
& quantum ſceleris conſciuiſti, vt ſic od
execrabilis fieres, vt excarnificatus interſec
nudus penderes? Nos peccauimus, tu pœ
immeritas. Propter ſananda vulnera noſtra
neraris: vt nos viuamus, tu moreris. A. S
bel iuſtus ab inuido fratre necatus: ſic Iſaa

um faſcem, quibus ipſe victima cremaretur, hu-
neris baiulans ſacrificatus eſt: ſic agnus Ægypti⁹,
gnus ſine macula iugulatus eſt: ſic ſerpens æneus
xaltatus eſt. Iam Dauidis ſub perſona in crucem
ublati lamentabiles voces exaudimus, & nimium
era ceciniſſe cognoſcimus. Omnes videntes me
eriſerunt me: locuti ſunt labiis, & mouerunt ca-
ut. Foderunt manus meas & pedes meos: dinu-
ierauerunt omnia oſſa mea. Iam euentus tuam,
ſaia, vaticinationem confirmat. Ecce tibi illum
e quo dixeras: non eſt ei ſpecies neque decor.
ım nunc ô Hieremia accede ad montem Calua-
æ, & iterum iterumq́; illud tuum flebili clamore
erſona. O vos omnes qui tranſitis per viam, at-
ndite & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus. San-
i Prophetæ, qui tot ante ſæculis hæc vidiſtis &
ænunciaſtis, adeſte quæſumus, & quæ aguntur
onſiderate, & præſentes oculis auribusq́; diſcite,
ec minimum quippiam omiſſum de oraculis ve-
ris ad rem conferendis. E. Meritò hunc in mo-
um Hieremias. Si enim Saluatori ſola imminen-
um tormentorum cogitatio tantam acerbitatem
eauit, vt grumos ſanguinis per artus extorque-
t, qualem & quantam ipſam tot immaniſsimo-
ım cruciatuum perpeſsioné fuiſſe opinabimur?
h, nulla pars corporis, à dolore relicta eſt libera.
. Intelligimus. Nam pedes manusq́; clauis tere-
ratæ, caput ſpinis aculeatiſsimis indutum, & arū-
nis ictibus conquaſſatum, facies ſputorum ſordi-
e deformata, etiam lingua fellis hauſtu cruciata,
tum corpus flagris dilaceratum eſt. E. Ipſa por-
corporis cōſtitutio & habitus longè quàm alio-

E rum

rum perfectior & temperatior, ideoq́; ma
ſentiendi præditus, ad exaggerandam tor
rum magnitudinem momentum addebat
dicum. Animus quanta mœſtitudine cum
tur, quo cruciaméto lacerabatur ex eo, quo
nium generum ordinumq́; mortales contra
ſpiraſſe videbat? Crux cũ ea non niſi nocen
& ſacrilegiſsimi afficerentur, præter acerbi
tremi dedecoris erat ignominiæq́; pleniſsim
runtamen Deo ita viſum, vt inde vita exiſte
de mors prodierat: & quo telo perempti
mus, eodem perimeretur, qui peremerat.
rea non defuerunt cæleſtia ſolatia iis, qui D
ſa dati ſunt aliquando in ſupplicium, & q
diro genere mortis conſumpti: at Chriſti p
meriſsimæ fuerunt amaritudines. Atque
velut procella intolerandorum dolorum
fuit indignius, quod non ſolum non me
neque coactus, volens autem hæc ſuſtinu
locum & tempus his rebus elegit: quo q
permouendos animos humanos nihil æq
Neque enim illuſtre beneficium eius nu
eſt, qui pro alio dura patitur, non quia vo
quia effugere non potuerit. At verò qui
ma quæque, ipſamq́; necem, quam vitar
ſolo alterius nomine perfert, hic omne
gratiſsimo habendæ, quid dicam referend
tiæ facultatem eripit. Deinde quod con
natura condita, Dominus pro mancipiis,
impiis, Deus pro hominibus morti ſe obt
minus mirandum eſt, ſi mutæ quoque re
ſibus orbatæ interitum procreatoris ſui

Expalluerunt aſtra, fugit hoc ſpectaculum ſol aureus, & vultum ferrugineo amictu contexit. Dies in noctem conceſsit, terribili fremitu totius terræ concuſſum eſt ædificium, elementa turbauerunt, ſaxa quaſi doloris vim non ferentia crepuerunt, tumulis apertis cadauera redeuntibus animis iam olim efflatis prodierunt. Quę maiora cõmiſerantis naturæ indicia requirimus? A.

*Arbor decora, & fulgida,*
*Ornata Regis purpura,*
*Electa digno ſtipite,*
*Tam ſancta membra tangere.*
*Beata cuius brachiis*
*Pretium pependit ſæculi,*
*Statera facta eſt corporis,*
*Tulitq; prædam tartari.*

Aue ô crux, cui tam inſigne decus tantamq; gloriam membra Domini contulerunt. Tu platano vmbroſior, cedris celſior, cypreſſo odoratior auro ſemper virentior. Omnibus lignis paradiſi lignum pulchrius & fructuoſius. Tu reuera arbor vitæ: tu arbor ſcientiæ boni & mali, viſu ſpecioſiſsima, guſtatu longè ſuauiſsima, quæ per orbem vniuerſum aſtris micas ſplendidius, celebrarisq; à cœlitibus & hominibus. In te vita moriens omnium mortem morti dedit. Tu ſublimis conſpiciere, & gemmis rutilantior, cum ſupremo die ad iudicium gentes humanæ conuocabuntur, atq; ut ouibus incredibilem lætitiam: ſic hædis triſtitiam & lamentationem afferes. A. Adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi, quia per ſanctam crucem tuam redemiſti mundum.

*E. Crux fidelis inter omnes,*
*Arbor vna nobilis.*
*Nulla talem ſylua profert*
*Fronde, flore, germine.*
*Dulce lignum, dulces clauos,*
*Dulce pondus ſuſtinens.*

A. Fuit ſanè mœſtiſsimus ille dies, quo ſol occubuit, & debet Chriſtianis eius anniuerſa ditio renouare ſacratiſsimæ mortis huius tor torũq; memoriam. E. Verùm tertius ab e inferis ſpoliatis, anima denuo coniuncta cum pore, triumphator exurrexit, & ad ſuperas uenit, impatibilis ac immortalis, plauſu m gratulatione ſemper excipiendus eſt. Strauit pſon plures occidens quàm viuus. Emiſſ vinculis Ioſeph. De ventre ceti emerſit Ion mare populus excuſſo iugo ſeruitutis ſicco Moyſis ductu tranſiuit. Heliſæus puerum mitidis exanimatum denuo (vt ſic dixerim mauit: eius mortui corpus aliud mortuum tuis excitauit. A. Quid Iudæa profeciſti, cu ctorem & magiſtrum tuum perdidiſti? E Pontifices, cur eius ſepulchro cuſtodes app qui clauſo materno vtero exiuit, hunc vos inter ſaxa poſſe exiſtimatis? & qui aliis ad reditum indulſit, ſemet in vitam reducere n terit? Da Caypha pecuniam militi, iube m licet tibi quod libet: fas tibi omne nefas. verò ſi in terris Chriſtus reſtitiſſet, in ipſo h aſpectu omnis hæſiſſet noſtra cogitatio, & h quadam beneuolentia eum coluiſſemus. I lum aſcendit, effecitq;, vt quem ante ocul

ſius non habemus, hunc vt Deum quoque dili-
amus & veneremur. Aſcendit autem ſua vi &
oteſtate: non curru vectatus, vt Elias: & à Deo
atre ſumma eſt affectus dignitate, quam vt expli-
emus, ad eius dexteram Filium ſedere dicimus.
Maxima verò bona hinc ad genus hominum con-
uxerunt. Donis donati ſumus plurimis & maxi-
is, Patronum ac deprecatorem apud Patrem ha-
ere cœpimus; qui & locum ſuis domiciliaq; parat.
æc ſumma quædam & ſpicilegium eſt vitæ mor-
ſq; Iesv Chriſti, ô fideliſsimæ animæ, cuius me-
itationem multis rationibus mihi vtiliſsimam,
cũdiſsimamq; experior, eamq; vnicuiq; veſtrûm
amoribus eſſe quàm maximè vos diligo, tam
axime concupiſco.

## ANNOTATIONES.

Ideles animae) *Doctoribus rei Chriſtianæ fideles ſunt, qui Chriſtum induerunt, vt loquitur A-ſtolus: qui Chriſtum profitentur, cuius fidei ſe ſuaq; o-ia commiſerunt: dicti à fide, quæ vox rurſum aliud iiſdem, quam literis ciuilibus, quibus eſt dictorum con-torumq; conſtantia & veritas, appellata ex eo, quod t quod dictum eſt. Sic Cicero 1. Off. Hinc fidelis & in-elis aliam vim habent his aliam illis. Turca aut In-s non eſt illis fidelis, quia non eſt Chriſto initiatus, non ſacris Chriſtianis imbutus, & ita infidelis. Iſtis au-m hoc ipſo dicitur fidelis, ſi fidem præſtat ac ſeruat: in-elis ſi non ſeruat. Hæc notio cum priore coniungi po-*

*teſt, & nos vtroque modo fideles animas accipi vo*
*quæ, inquam, non ſolum Chriſto nomina dederu*
*etiam conſtanter in eius & Eccleſiæ cultu ſe geru*
*ſtant promiſſis.* SVPER NIHILVM FVNDANTI)
*quonam terra ſit fundata, quo fulciatur, cui inn*
*aëri, an aquæ, an alicui demum corpori ea ſolidi*
*tat inquirendum pulcherrima diſputatione D.*
*Homil. 1. in Hexam.* ALIA SIMILITVDO A
ET LVCE) *Hanc proponit Damaſcenus de fide*
*lib. 1. cap. 9.* ORTV FVLGENTISSIMI SIDER
*gnificè de hac ſtella prædicat D. Ignatius epiſtola a*
*ſios, quem locum cur non deſcribam?* Ἀςὴρ ἐν
λαμψεν ὑπὲρ πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ, καὶ τὸ φῶς
νεκλάλητον ἦν καὶ ξενισμὸν παρεῖχεν ἡ καινότ
τοῖς ὁρῶσιν αὐτόν: τὰ δὲ λοιπὰ πάντα ἄςρα,
καὶ σελήνῃ, χορὸς ἐγίνοντο τῷ ἀςέρι. αὐτοῦ δὲ ἦν ὑπ
λων αὐτοὺς τῷ φανῷ ταραχήτε ἦν, πόθεν ἡ καινότ
νομένη. *Stella fulſit, ſplendore exſuperans omn*
*quot ante fuerant. Lux enim illius inenarra*
*& ſtuporem incuſſit omnibus aſpicientibus re*
*Omnia autem reliqua aſtra vnà cum ſole & lu*
*fuere ſtellæ illius: ea verò claritate ſuperabat om*
*babanturq́, vnde prodiret hæc quæ apparebat*
AD HOC REFERVNTVR CAETERA NOMI
*nominibus atque adeo de reliquis ad filium Dei*
*tibus myſteriis Lactantius à cap. 6. lib. 4. ad cap*
OMEDIS, ET BVSIRIDIS) *Ille Thracum Rex,*
*ſuis mactatos hoſpites obiiciebat. Qui rumor v*

cet prouerbium, Diomedea neceſſitas. Hic Ægypti
ex eoſdem immolabat: interemptus eſt ab Hercule,
m etiam eum voluiſſet occidere. Virgil. 3. Georg.

*Omnia iam vulgata, quis aut Euryſthea durum,*
*Aut illaudati neſcit Buſiridis aras?*

bi Seruius. Illaudati participium eſt, pro nomine: vt
, illaudabilis, non qui laudatus non ſit: Sed qui lauda-
non meruit, vt eſt illud in 7. Diues inacceſſos vbi ſolis
a lucos: pro, inacceſſibiles: non quos nullus acceſſit:
d ad quos accedere nullus debeat. Encomium huius, o-
ntandæ eloquentiæ & ingenij ſcripſit Iſocrates. A-
eus Thyeſtæ fratri, liberos eius à ſe contrucidatos & co-
os in cœnam appoſuit, ob adulterium vindicandum.
troducebatur in tragœdia oculis trucibus ſemper. Hinc
toruo truculentoq; aſpectu adagium, Atrei oculi. Ho-
t. ad Piſon.

*Nec pueros coram populo Medea trucidet,*
*Aut humana palam coquat exta nefarius Atreus.*

halaris Agrigentinorum tyrannus, in taurum æneum
uos includebat, quos ſubiecto igni torrebat, ex eorumq;
amore velut mugitu quodam mentem ſatiabat. Hunc
urum, exuſto primum in eodem artifice ipſius Perillo,
Delphos miſit, vt Phœbo dicatus, in eius templo repone-
tur, monumentoq; eſſet, & artis exquiſitiſſimæ, & in-
enti crudeliſſimi, & pœnæ meritò in auctorem conuer-
: Sed Delphi munus à tyranno aſpernati ſunt. Vide
ouerb. Phalaridis imperium. Idem eſt φαλαρισμός.
ezentius Rex Etruſcorum, cuius ſæuitiam & immani-
tem Virgil. exponit in 8. Æneid. his verſibus:

*Quid memorem infandas cædes, quid facta tyran*
*Efferа? dij capiti ipſius, generiq; reſeruent.*
*Mortua quin etiam iungebat corpora viuis,*
*Componens manibusq; manus, atque oribus ora*
*(Tormenti genus) & ſanie taboq; fluentes*
*Complexu in miſero longa ſic morte necabat.*

OCCVRRIT TVM VIRGINITAS) Cum tot & i mirabiles occurſus euenerint, haud inepte illa Catholicæ lumina Ioannes Chryſoſtomus, Gregori ſenus, Cyrillus, cæteri Græcorum doctiſſimi Põtiſ diei ὑπαντὴν nomen dixerunt, occurſum ſcilicet. ſtris, ad Virginem & legem magis reſpicientibus, cationis dies nominatur. SVPERSTITIOSISSI MORTALIVM) De huius populi ſuperſtitionibus de diis gentium, Syntag. 1. in extremo, & alij. C lexand. Ægyptios animalia muta venerantes adulteros, turpiſſimisq; flagitiis coopertos ado præfert, Protrept. ad Gentes. VIRGO QVIDE FACIENDA) Oleam facere, eſt ex ea oleum fa lanam facere, eſt lanam operi impendere, & ex quid facere. Sic aurifex dicitur qui aurum fac qui ex auro opus facit. Poſſum & vetus epita tare in hanc rem, in cuius poſtremo carmine eſt, fecit. Sed id totum antiquitatis, ſuauitatis, & tis cauſſa apponam.

*Hoſpes quod deico paullum eſt, aſta, ac pellege.*
*Heic eſt ſepulcrum hau pulcrum pulcrai fœmin*
*Nomen parentes nominarunt Claudiam.*
*Suom mareitum corde dilexit ſouo.*
*Gnatos duos creauit: horunc alterum*

*In terra linquit, alium ſub terra locat.*
*Sermone lepido, tum autem inceſſu commodo.*
*Domum ſeruauit, lanam fecit, dixi: Abei.*

Apud Nonium, verbo Putare, lana depenſa eſt pondere certo iuſtoq́; penſa, putata, purgata. De labore mulieri perſimili Terent. And.

*Primùm hac pudicè vitam, parcè ac duriter*
*Agebat, lana, ac tela victum quaritans.*

Et Virgil. 8. Æneid.

*Cui tolerare colo vitam, tenuiq́; Minerua.*
*Impoſitum cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes.*
*Noctem addens operi, famulosq́; ad lumina longo*
*Exercet penſo: caſtum vt ſeruare cubile*
*Coniugis & poßit paruos educere natos.*

TRIPLEX AVTEM TELVM) De hac triplici petitione, machinationeq́; Satanica D. Ignatius epiſt. ad Philippenſes, vbi iuſtißima indignatione concitatus, illa verba, SI CADENS ADORAVERIS ME, quantum poteſt execratur, & τὸν πειράζοντα condignis cognominibus cumulat. πῶς οὐκ ἔφριξας τοιαύτην φωνὴν κατὰ τοῦ δεσπότου προενέγκασθαι. ὦ πάντων πονηρῶν πνευμάτων πονηρότερον ἐκ κακονοίας πνεῦμα, &c. SVPRA NATVRALEM POTESTATEM) Vitruuio lib. 9. cap. 4. naturalis poteſtas eſt natura. Namque in his locis, inquit, naturalis poteſtas ita architectata eſt. Quo genere circuitionis vtitur Lucretius lib. 5. & ferri poteſtatem pro ferro, plumbi poteſtatem pro plumbo dicit Turneb. lib. 22. cap. 29. ADDITI SVNT ANIMI) Animos numero multitudinis vocant latini vehementiam, conſidentiam, audaciam, ferociam, impetus, acrimoniam animi. Inde addere, facere alicui

*animos, tollere animos. Valet idem quod Gratul*
CVM LATRONIBVS DVCITVR) *Hoc verbo, duc*
*tebantur antiqui propriè in condemnatis, in addi*
*iis, quibus à magiſtratu manus iniecta eſſet. Teren*
*cent damnatum domum.* Cic. in Rull. *Ego ii C*
*concionem metuam? qui trib. pl. perhorreſcam? ſ*
*ſine cauſſa tumultuer? qui timeam, ne mihi in*
*habitandum ſit, ſi trib. pl. duci iuſſiſſet.* In XII
*Aſt qui ei endo iure im addicit, ſecum ducito.* Et
*eſt verbum illud vſitatum in auctionibus, ducas li*
*lib. 2. accuſat. ſi petit, ducas.* Nam id exagitat i
Cic. *quod cum debitores qui ſoluendo non erant, a*
*toribus domum duci ſolerent, Verris iuſſu interdum*
*tores à debitoribus ducerentur. Quin & genus il*
*quendi, quo quis vxorem domum ducere dicitur, a*
*ptione ortum puto. Hæc in 1.* Catalinar. Muretus
*huc exemplum quoddam facetiarum earum, quæ*
*ſunt in verbis, quod & inopinatum habet & ambi*
*Vt apud Næuium videtur eſſe miſericors ille, qui i*
*tum duci videns, percunctatur ita: Quanti addictu*
*le nummûm. Si addidiſſet tantummodo, ducas lic*
*ſet illud genus ridiculi præter expectationem: ſed qu*
*didit, Nihil addo, ducas licet: addito altero gen*
*ridiculi, fuit, vt mihi quidem videtur,*
*ſalſiſſimus.* 2. de Orat.

# PROGYMNASMA QVARTVM.

## *Sacroſanctus Spiritus Paracletus.*

*MINORES, MAIORES.*

MINORES. Quinam, & quales, & quanti ſunt effectus, Spiritus ſancti? MA. Præcipui, & maximè proprij ſunt, quæ ſeptem dona ſolemus vſurpare, quibus eorundem contraria penitus profligantur. MI. Quo tandem pacto profligantur? MA. Timorem Domini largitur aduerſus ſuperbiam, pietatem contra obſtinationem, ſcientiā contra ignorantiam, fortitudinem in locum timiditatis, conſilium contra temeritatem, intellectum contra hebetudinem, poſtremò ſapientiam aduerſus ſtultitiam. MI. O amplectenda dona. O nullis quàm his tēporibus magis neceſſaria dona. Nunc quippe humano genere nihil ſuperbius, nihil obſtinatius, ignorantius, timidius, audacius, hebetius, ſtolidius. MA. De eiuſdem donis agens Paulus epiſtola priore ad Corinthios, ſic ait: *Diuiſiones vero gratiarum ſunt: idem autem ſpiritus. Et diuiſiones miniſtrationum ſunt: idem autem Dominus. Et diuiſiones operationum ſunt: idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq; autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem*, & quæ deinceps ſequuntur, quæque in ea ad Galatas recēſentur. Sed effectū donorumq́; varietas, multitudo, præſtantia ex nominibus quoq; eidē à ſacra pręſertim ſcriptura tributis cognoſcitur. MI. De nominib' ergo, ſi vobis placet, erudiamur.

MA.

MA. *Dominus* in ſymbolo Patrum dicitur.
quidem declaratur, quanto angelis ſuperior
cellentior ſit: qui cum ſint nobiliſsimi ſpir
Deo conditi, omnes tamen ſunt adminiſtr
miſsi propter eos qui hæreditatem capiunt ſ
In eodem *Viuificans*, quod anima hominis cu
uina mente conſociata vitam magis vitalem
quam corpus, dum animæ præſentia regitur
ſtinetur. Et quia ſanctæ literæ iſtam anim
Deo coniunctionem Spiritui ſancto adſcr
rectiſsimè vocari ſpiritum viuificantem nó
dubitemus. Dabo vobis ſpiritum & viuetis,
pud Ezechielem. Vocatur præterea *Donum*
vocabulum in eo poni intelligimus, cum a
benignè & gratis, nulla ſpe remunerationis
um confertur. Quæcunque autem beneficia
nobis tributa ſunt (quid autem ille non eſt
tus?) ea gratuitò, Spiritus ſancti conceſſu a
nere tributa ſunt. A Dauide nominatus eſt
*tus rectus*, & *Spiritus principalis*, quoniam facit, v
niſi rectum, honeſtum & ſanctum expetam
per eundem animus noſter cupiditates, reli
perturbationes imperio regit, & liber recta
tionem Deíq; præcepta ſequitur. Zachariæ
*ritus gratiæ & precum*, Ezechieli *Aqua munda*.
tori *Spiritus veritatis, promiſſum patris, digitus D*
*fons viuus, ſeu fons aquæ ſalientis, virtus Dei*. Pau
*ritus adoptionis*. Ioanni *Vnctio*. Silemus alia mu
lud vnum iactatiſsimum, præq; omnibus gr
mum eſt, quo aliquoties in ſacro Euangelio
neſtatur, *Paracletus*, latinè Conſolator. Re
nim Deus eſt totius conſolationis, qui nos in

erum aduerſarum moleſtia & deſperatione con-
olatur. MI. Haud videtur dubitandum, quin ille
n rebus incommodis præſtò nobis ſit, vt eas æqui-
re animo perferamus : & eſt tam eneruata per ſe,
nfirmaq; natura noſtra, vt fortunarum naufragia
oni conſulere, iniurias nihili pendere, tormenta
xcipere, mortem denique ipſam in quamuis bo-
a cauſſa oppetere non poſsit, niſi eius vi confir-
nata ante, & corroborata fuerit. Veni, eia veni
ancte Spiritus, & te noſtris implica pectoribus.
Tu leuamen oppreſſorum, tu ſolamen miſero-
um. Dulcis hoſpes age veni, dulce refrigerium.
MA. Sapientiſsimus, hominumq; amantiſsimus
ſt hic ſpiritus, qui è paſtoribus ouium citharœdos,
antu ſuo impuros ſpiritus abigentes, & reges ef-
icit, vt Dauidem. E caprariis ſicomoros vellican-
ibus Prophetas, vt Amos. Ex adoleſcentulis preſ-
yterorum iudices, vt Danielem. Ex piſcatoribus
Apoſtolos, hoc eſt, hominum vniuerſorum piſca-
ores, & principes orbis, vt Petrum, & Andream,
acobum, & Ioannem, & alios. E publicanis Euan-
geliſtas, vt Matthæum. E perſecutoribus defenſo-
res, vt Paulum. Quales inuenit Apoſtolos? qua-
es reddidit? Qui prius frondium crepitu terre-
antur vt lepores, vbi hoc igne calefacti, & hac a-
qua perfuſi, & iſto vnguento perliti ſunt, nullius
ericuli magnitudinem, nullius lethi atrocitatem
n Chriſtiana cauſſa perhorruerunt. Per ferrum
& flammas, per beſtias & vndas, per quæuis dictu
horrida ad iuſtitiæ coronam contenderunt. Cum
eſſent idiotæ, de diuinis humaniſq; rebus cum ſtu-
pore audientium diſſerebant. Cum nullas adhuc
regio-

regiones peragraſſent, omnium gentium cogitata mentis eloquebantur. Cum igno & abiecti, erant Regibus & Imperatoribus Muſto pleni in re tam noua & inuſitata dice Apoſtoli. Sane pleni, ſed cæleſti muſto, vino miſſo in vtres nouos. Quo muſto illi etiam inflati apparent, qui exeunt è terra & cog ſua, patriam, parentes deſerunt, mundum mundo crucifigunt. Honores deſpiciunt temptu proinde vt honore lætantur, paupe reputant opulentiam, voluptates corporis dant, inediam epulis, vigilias ſomno, & om ducis, quæque ſub ſenſus venire poſſunt, & quæ cogitatione nulla informantur, long anteponunt. Hoc merum biberunt, quib quietum contra vitia certamen ſumma eſt ditas: quibus ob amorem IESV CHRISTI & deſpecta placent, pretioſa & magni æſtima plicent. Qui inimicos charitate, & malè de rentes benefactis proſequuntur. Hoc vino bant martyres, quando ad cruciatus ve conuiuia læti & alacres ibant, ſpernentes tates, matrum, filiorum, vxorumq; lamen rannorum minas iuxta ac promiſſa nihil dentes. Hæc animis defigite, ô filij ac ne tes noſtri, quotidieque ſpiritum hunc bonum à Patre cæleſti rogatote.

# ANNOTATIONES.

DVLCIS HOSPES AGE VENI) *Eſt liber Philonis, cuius inſcriptio, de Cherubin, ex eo nonnulla de hoſpitio diuinitati in animis parando huc inſeram. Si enim, quoties reges excipiendi ſunt, magnificentius excolimus ædes proprias, nihil negligendo quod ad ornatum pertineat, ſed omnia benigne ac liberaliter adhibemus, vt hoſpitium quam iucundiſſimum reſpondeat dignitati hoſpitis: regum regi, & huius vniuerſi rectori Deo, comitatis & humanitatis cauſſa dignato ſuam creaturam inuiſere, & à ſummo cælo ad terram, vt generi humano beneficia ſua conferret degreſſo, qualem tandem domum oportet inſtrui? Abſit enim vt lapideam ligneámue, quod vel dictu nefas eſt. Nam etiamſi tota terra aurum, aut ſi quid auro pretioſius, repente fieret, moxq́; per opificum artes in porticus, veſtibula, aulas, areas, ædesq́; ſacras impenderetur, ne ſcabellum quidem eius pedibus poſſet fieri. Dignum tamen eo domicilium anima eſt, modo ſit idonea.*

PRO-

# PROGYMNASM
## QVINTVM.
## *Diuinæ collaudationes.*

*IVVENES, ET VIRGINES, SENES iunioribus laudent nomen Domini.*

I. COETVS *pudici ſloridarum Virgin*
*Quibusq́; cani iam ſparſerunt temp*
*Dein vos, quibus adhuc æui ſangui*
*Suoq́; ſolidæ vires adſunt robore,*
*Venite, cælo oculos aureſq́; tollite,*
*Pernoſcite rem miris modis mirabilem.*
*Sedes per ſuperas, regna per ſtellantia*
IESSÆVS *vates gemmis auroq́; duplicem*
*Geſtans coronam, & digitis neruos incre*
*Serenus graditur, longa ducens agmina*
*Puerorumq́; puellarumq́; radiantia,*
*Sertis purpureis, candidisq́; veſtibus*
*Citharisq́; præditorum, & ſtrepitu amabi*
*Hymnos æterno regi perſonantium.*
V. *Spectaculum ſpectamus diuiniſſimum,*
*Auditum & imbuunt moduli ſuauiſſimi.*
*Mens afflata calet, venis ſe Deus inſerit.*
*Sociemus cantum cantibus cœleſtium.*
S. *Noſtram quoq; ad veſtram adſcribite ſent*

Τρισάγιον numen cohoneſtemus laudibus,
Diuûmq́ue regnatorem, hominumq́ue principem
Mortalis quantum lingua prædicauerit,
Tantum conemur prædicare, & amplius.

VN. Laudationis plures adhibere ſocios
Æquum eſt: namq́ue Deo laudem debent omnia,
Quæcunq́ue ſuo natura complexu tenet.

V. Mentes beatæ, qualibet
Concretione liberæ,
Quas mundi in ipſo exordio
Communis auctor conditas
Nouem diremit claſſibus:
Tum quotquot eſtis cælites,
Per fata iam terreſtrium
Vinclis leuati corporum,
Meritaq́ue adepti præmia:
Dicamus almo numini
Ampliſſimum præconium.
Orbesq́ue vos Olympici,
Tu fons diurni luminis,
Tu tacita noctis arbitra,
Et vos coruſcæ lampades,
Fundamus electum melos:
Deo feramus inclytas
Laudes, honores, gloriam.

S. Sub cælis duo bis corpora maxima,
Vnde exorta ferunt corpora cætera,
Grando, ros, pluuiæ, cum glacie niues,

*Et cum frigoribus fulgura, fulmina,*
*Venti ſyluifragi, marmoreum gelu,*
*Tempeſtas violens, & tepor & calor.*
*Ipſum perpetuis pſallite laudibus.*

IVN. *Omnia per magnas labentia flumina terras,*
*Syluæ, nemoraq́; frondea,*
*Cunctaq́; mobilibus pometa interflua riuis,*
*Atq; arborum mille ſpecies,*
*Pinguia camporum, & pubentes gramine va*
*Et flos, & herba multiplex,*
*Aßiduò inſiſtant magnum celebrare Tonant*
*Laudare & effuſißimè.*

I. *Nec vos ſilere numinis ſacri decus*
*Alumni aquarum condecet.*
*Nec vos quæ humo ſummiſſa dente largiter,*
*Tondetis auido pabula.*
*Volatile genus omne, modulemur Deo*
*Noua ſemper & noua cantica.*
*Huic ſceptra reges turgidi, huic potentiam*
*Auctoritatem Præſides:*
*Huic iura veſtra iudices concedite.*
*Regi omnium iuſtißimo:*
*Eiusq́; nomen proſequimini mentibus*
*Caſtißimis, gratißimis.*
*Vrbes, & arces, caſtra, propugnacula,*
*Cumq́; oppidis prouinciæ,*
*Populiq́;, genteſq́;, & fruentia ſpiritu*
*Diuinitatem concinant.*

# CHORI QVATVOR.

V. *Barbita iungantur crotalis, & tympana cornu,*
*Tibia ſambucæ, lyra, buccina, cymbala ſiſtris,*
*Et chorus atque chorus noſter veſterq́; viciſsim*
*Hymniſonas, iuuenes, iactent ad ſydera voces.*

I. *En agedũ, en alterna vocant ad carmina nymphæ:*
*En ſecum meditantur, habent quo vincere poſsint.*
*In medio palma eſt, animos contendite veſtros.*
*Cælituum Rector, quæ nam te digna canemus?*
*Par tibi laus nullo, DEVS ô Deus, editur ore.*

S. *Nos quoq; vobiſcum, quorum conſtantior ætas,*
*Alterna cupimus, ſi fas, certare Camœna.*
*Omnipotens genitor quo te cumulemus honore?*
*Sexcentis opus eſt ad tanta encomia linguis.*
*Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.*

IVN. *Si ſedet hoc animo collatis prælia ſignis*
*Tentare, & numeris ſacratum vrgere laborem,*
*Dicite longæui, nos reſpondere parati.*
*Plurima dixeritis, linquetis plurima nobis.*
*Maior honore DEVS, & inenarrabilis vnus.*

V. *Quà roſeos ſol iungit equos, quà mergit in vndas*
*Aurea terrigenis portantes lumina currus,*
*Nota DEI virtus, clarum & memorabile nomen,*
*Quod neq; terra capit, ſpatioſa nec atria cæli.*
*Par tibi laus nullo, Deus ô Deus, editur ore.*

I. *Omnia diuino quondam ſunt condita nutu,*
*Omnia diuino ſunt conſiſtentia nutu,*
*Diuinus rerum moderatur ſingula nutus,*

Diuino penitus procedunt omnia nutu.  
Par tibi laus nullo, Deus ô Deus, editur ore.  
S. Hic ſapiens, verus, iuſtus, pius atque benignu  
Contractas hominum faciliſq; remittere cul  
Et miſeros miſerari, humileſq; audire preca  
Solari mœſtos ruituris tendere dextram.  
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnu  
IVN. Regale ad ſolium ſolet ille vocare modeſtos,  
Frangere præfractos, & debellare ſuperbos,  
Manſuetos curat mirando incenſus amore,  
Sæuit in ingratos, iracundoſq; repellit.  
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnu-  
V. Quam dulcis Dominus ſeſe quærentibus?  
Blandula ſunt noſtras quæ verba ſuſurrat in  
Illius amplexus, illius & oſcula nobis  
Contingant, ſeu vita manet, ſeu vita recedi  
Par tibi laus nullo, Deus ô Deus, editur ore.  
I. Laudemus Dominũ, veneremur, & admir  
Viribus & totis, & totis ſenſibus illum,  
Pectoribus totis, & plus quàm noſmet amem  
Laudemus ſeu vita manet, ſeu vita recedit.  
Par tibi laus nullo, Deus ô Deus, editur ore.  
S. Felices quicunq; Dei mandata faceſſunt:  
Felices in eo qui ſpes defigere gaudent:  
Felices ab eo exſpectantes vſq; ſalutem:  
Felices nimium quibus omnia in omnibus i  
Maior honore Deus, & inenarrabilis vn  
IVN. Ætherei donec magnis amfractibus orbes

*Voluentur, noctemq́; dies formoſa ſequetur,*
*Et patres, natosq́;, & qui naſcentur ab illis,*
*Et matres nataaq́; Deum memorare iuuabit.*
*Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.*
V: *Oſſa artusq́; mei, præcordia & ipſa loquantur,*
*Cælicolûmq́; Patri laudes & carmina promant.*
*Quæcunq́; in me ſunt, ô ſiant omnia linguæ,*
*Admiranda operum diuinorumq́; profantor.*
*Par tibi laus nullo, Deus ô Deus, editur ore.*
I. *Ne ſinite ex animis elabi commoda veſtris*
*Mortales, quibus ille Deus, Deus ille deorum*
*In vos ſæpe ſuum eſt clarè teſtatus amorem:*
*Et quales quales meritis perſoluite grates.*
*Par tibi laus nullo, Deus ô Deus, editur ore.*
S. *Pectoribus promptis diuina capeſſite iuſſa,*
*Iuſſa Dei, veniat donec pars vltima vitæ.*
*Omne bonum Deus eſt, cuius ſtant omnia verbo,*
*Quē metuūt freta, terra, polus, manesq́; profundi.*
*Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.*
VN. *Latior eſt terris, cælo ſublimior extat.*
*Omnia plena Deo, cælum, mare, tartara, tellus:*
*Qui potis in nihilum tantas conuertere moles,*
*Et potis è nihilo ter centum fingere mundos.*
*Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.*
V. *Siue Deum canimus, cantu nil ſuauius illo:*
*Siue Deum loquimur, verbis nil dulcius illis.*
*Iucundum eſt audire Dei venerabile nomen.*
*Iucundum eſt imisq́; Deum verſare medullis.*

Par tibi laus nullo, Deus ô Deus, editur ore.
I. Lucidior ſole eſt, & flore fragrantior omni,
Pulchrior & luna eſt, & ſtellis purior ipſis,
Supra aurũ, gemmasq; Deus, viridesq; ſma
Et pretium pretiorum, & mundi ſolus opu
Par tibi laus nullo, Deus ô Deus, editur ore.
S. In noſtros Deus, in noſtros illabere ſenſus:
Eia tuos gelidis accende in cordibus ignes:
Diſcute luce tua tetram caliginis vmbram,
Eſurieſq; ſitiſq; Deus te noſtra requirit.
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnu
IVN. Felices animæ quibus extra hunc omnia ſor
Quæ deſideriis nocturnis atque diurnis
Hunc ſolum exoptant, ſolo oblectantur in i
Atque ita præcipiunt quæ ſolis nota beat
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.

## ANNOTATIONES

DIALOGVM hunc, quo certatim Dei laud mulantur, carmine quam pedeſtri oratione bat componere: tum quoniam eas numerorum tas, & artificioſa illa verborum concluſio dulcior tum quia plus feriunt animum, atque in eum de altius, quæ certis deuincto pedibus, quam quæ ſol mone produntur: quæ quidem nos vt conſequerem borauimus. Teſtis dictorum noſtrorum pruden & grauiſſimus Seneca, cuius locum ex epiſt. CVI

ectam. Nam ( vt dicebat Cleanthes ) quemadmodum
ritus noſter clariorem ſonum reddit, cum illum tuba per
ngi canalis anguſtias, tractum, patentiore nouiſſimè exitu
ffudit: ſic ſenſus noſtros clariores carminis arcta neceſſitas
fficit. Eadem negligentius audiuntur, minusquè percu-
iunt, quamdiu ſoluta oratione dicuntur. Vbi acceſſère nu-
ueri, & egregium ſenſum aſtrinxère certi pedes, eadem
lla ſententia velut lacerto excuſſa torquetur, &c. Iſocra-
es prætereà in Euagora tantam ineſſe in verſibus, & nu-
neris poëticis venuſtatem ſcribit, vt quamuis neque ver-
a poematum, neque ſententiæ præclare fuerint, ipſa ta-
nen concinnitudo numerorum, aptæq; dimenſiones de-
nulceant auditores. At nos lectores demulcere ſtudui-
nus, &, vt ſperamus, neque verba nimium abiecta, neq;
ſententias parum egregias adhibuimus: ſiquidem ex hy-
mnis Dauidicis pleraſq; mutuati ſumus. Iam quod qua-
tuor perſonarum genera huic dialogo dedimus, in eo ipſo
ſanctiſſimi vatis auctoritati paruimus, qui cum in diuinis
prædicationibus omnem propemodum pſalmodiam ſuam
conſumat, & res quaslibet ad Deum collaudandum fre-
quenter inuitet, hoc ipſum quodam loco dulciter præce-
pit: Hortatur etiam nos eloquẽtiſſimus Philo lib. de plan-
tat. Noe, ad gratias, & laudes Deo depromendas, his
verbis, quæ ſtudioſis literarum inprimis commendauerim.
Nihil eſt Deo magis proprium, quàm benefacere: nihil item
creaturæ, quàm gratias agere, cum prætereà nihil rependere
valeat. Nam ſi quid aliud retribuere voluerit, id inueniet
iam ante non ad creaturæ offerentis, ſed ad ipſius omnium
creatoris poſſeſſionem pertinere. Ergo quia didicimus vnum
ſolum opus nobis competere ad honorem DEI faciens, videli-
cet gratiarum actionem, eam ſemper & vbiq; meditemur,

*tum voce, tum bonis literis: nec vnquam deſinamu... tiones laudatorias, vel poemata componere, vt &... men, & ſine carmine & mundi opificem, & mund... remur: illum, vt quidam ait, auctorem optimum: h... turam perfectiſſimam.* SANGVIS INTEGER) ... ac validam ætatem oſtendit hac locutione cum V... Æneid. tum Plaut. Mercat. lege Victor. cap. 21. ORBESQVE VOS OLYMPICI) Cælum concen... rum motuum harmoniam ſuauiſſimam redden... poſſet ad noſtras aures affluere, in nobis excita... tentes amores, inſanum deſiderium, quo ſtimula... neceſſariarum obliuiſceremur: & eſſe inſtrumen... ſicæ archetypum, non propter alia elaboratum, ... rerum patrem ſic decantaret muſicè, ſcribit Ph... ſomniis: quam opinionem quoque veteribus qu... Philoſophis ſediſſe non ignoramus: orbes nimiru... ſtes perpetua circumuectione ſua dulciſſimos ſon... Videndum Som. Scipionis, & in id Macrob. E... MELOS) Melos proprie Græcis membrum corpor... autem plura in corporibus membra, tametſi di... ſortiantur ſitum & motum, ac diuerſas habeant ... nes, nihilominus ad vnum opus cooriuntur, & ... nem ac ſcopum habent: ſic concentus qui ex ... vocum diuerſitate exiſtit, melos vocatur. Plu... Muſica. Aliam cauſſam cur in muſica melos di... affert. Rhodigin. lib. 5. cap. 11. VENTI SYLV... Vim atque impetum ventorum luculentiſſimis ... miſq; carminibus expreſſit Lucret. lib 1. quæ add...

*Principio venti vis verberat incita pontum*
*Ingentesq́; ruit naues, & nubila differt:*
*Interdum rapido percurrens turbine campos*
*Arboribus magnis ſternit, montesq́; ſupremos*
*Syluifragis vexat flabris: ita perfurit acri*
*Cum fremitu, ſæuitq́; immani murmure pontus.*
*Sunt igitur venti nimirum corpora cæca,*
*Quæ mare, quæ terras, quæ deniq́; nubila cæli*
*Vertunt, ac ſubito vexantia turbine raptant.*

*Eandem violentiam, ac velut tyrannidem graphicè Virgil. 1. Æneid. illo loco. Hîc vaſto Rex Aeolus antro Luctantes ventos, &c.* TONDETIS AVIDO) *Aptè eleganterqúe vtuntur hac metaphora poëtæ de pecoribus cum paſcuntur, vt dicant illa tondere herbas & prata: nihil quippe ſimilius ad demonſtrandam paſcendi rationem afferri poteſt. Nam & paulatim progrediuntur, nihilq́; intactum relinquunt, & ſummas tantum partes herbarum decerpunt. Lucret. Nam ſæpe in colli tondentes gramina læta Lanigeræ reptant pecudes. Virgil. 1. Georg. Ter centum niuei tondent dumeta iuuenci. Sic Homerus vſurpauit* κείρειν *de aſino ſegetem depaſcente. Plura Victor. lib. 28. cap. 9.* HVIC SCEPTRA REGES) *Regum ac Principum ſceptrum fuiſſe virgam arboream, frõdibus & cortice nudatam, diſtinctam tamen & ornatam auro argentoq́;, apparet ex Iliad. lib. 1. & Æneid. 12. Ea ſignificabat ſummum in conſiliis, actionibus, ſententiis, & gratia aque odio, omniq́; perturbatione tanquam foliis ſpoliatum recti amorem atque ſtudium. Scitè enim Salluſt. in Catil. Omnes homines qui de rebus dubiis conſultant, ab odio, amicitia, ira, atque miſericordia vacuos*

*eſſe decet. Haud facilè animus verum prouidet, efficiunt: neque quiſquam omnium libidini ſim ſui paruit.* AD CARMINA) *Vox, carmen, d micilium habet in magicis cantionibus. Virgil. Carmina vel cælo poſſunt deducere lunam. Q concentum virtutum exiſtimo notaſſe Ciceron dixit: prima elementa naturæ, quibus auctis quaſi carmen efficitur. Carmen item ponunt La verbis & effatis ſolemnibus quibuſcunque. Liui vbi de fœderis faciendi cærimonia ſermo eſt. Q effata carmine non operæ eſt referre. Ibid. Lex di carminis erat. In eod. Paucis verbis carmin piendiq́ iuriſiurandi mutatis. Rurſum de va dictione: idq́ carmen peruenerat ad antiſtitem ſ næ. Sic vocabimus haud ineptè verſiculos, quib ſacerdotes, vel populus publicè aut priuatim in cer conceptis, Dei, diuorumq́ opem flagitat. Quinct riſiurandi, deuouendi, ſibi aliiúe mala peſtemq́ candi formulas.* FELICES) *Hoc diſtat inter fe beatos, quanquam ſæpe coniunguntur, quod illi ptata modo, ſed quæ ne cogitaſſent quidem, proſp cedunt: his nihil iam ſupereſt, quod amplius exp aut concupiſcant. Itaque felicitas beatitudine ca teſt, beatitudo felicitate non poteſt. Vel, felix c pos rerum plurimarum: beatus ſeipſo lætus eſt, & q cunque rebus, etiam tenuibus, etiam afflictis ben vitam agit. Labefactare beatitudinem nulla res ſa poteſt; felicitas omnibus fortunæ caſibus eſt prop*

OCTEMQVE DIES SEQVETVR) *Si conſideremus quæ* *ipta ſunt in Geneſi de mundi exordio, diſcemus diem* *cte priorem extitiſſe, quæ eſt item ſententia D. Baſilij,* *hryſoſt. Auguſt. Status mundi ante lucem primigeniam* *n dicebatur nox, ſed tenebræ: quoniam nox ea pars* *mporis eſt, quæ velut ex altera parte diei reſpondet, &* *em reſpicit, cui viciſsitudine quadam continuata ſucce-* *t.* PRÆCIPIVNT) *Præcipere eſt iubere, mandare, im-* *rare, quod pueri quoque nouerunt. Et præmonſtrare,* *æſcribere, ac docere: vnde præcepta, quas Græci* ὑποθή-*κας. Horat. ad Piſon. Quidquid præcipies eſto breuis.* *lem Sat. 2. lib. 2.*

*Quæ virtus, & quanta, boni, ſit viuere paruo:*
*Nec meus hic ſermo, ſed quem præcepit Oſellus, &c.*

*ic. Catil. 3. orare, vt item illi facerent, quæ ſibi legati* *rum præcepiſſent. 2. de Orat. Præcipere de eloquentia.* *orat. ad Aug. Mox etiam pectus præceptis format ami-* *cus. Terent. Adelph. Docui, monui, bene præcepi ſemper,* *uæ potui, omnia. Nonnunquam eſt, antecapere. Cic.* *hilip. 13. Præcipias licet gaudia. Offic. 1. Ingenij ma-* *ni eſt præcipere cogitatione futura. Virgil. eclog. 3.*

*Cogite oues pueri: ſi lac præceperit æſtus,*
*Vt nuper, fruſtra preſſabimus vbera palmis.*

# DE RE MVNDAN
## SEV VNIVERSITAS.

# PROGYMNAS
## SEXTVM.

## *Sex mundi natales, ſeu Co- mopœa.*

*NATVRA, FIDES, RELIGIO.*

NATVRA. Hæc ampla, ingens, ſpati
china, hæc operoſa, immenſa, prope
qúe interminata moles, quam prop
tium ac veluti membrorum varietatem in
lem, ordinem, conſenſum, elegantiam, pe
nem, gubernationem vt quiſq; ingenioſiſſi
ſapientiſsimus eſt, ita plurimùm admiratur
iuſto ac religioſo contemplatu ſuſpicitis: m
inquam, iſte, nec ipſum ſe fabricauit: ſed D
bricationis ſuæ auctorem habuit: nec ab
tempore æternitatis extitit: ſed aliquando
re cœpit, cum ante non fuiſſet: nec adhuc in
rabilium preteruolauit annorum ſeries, ex
paruit: ſed quina millia duntaxat ſupra ſe
ab illius naſcentis exordio ad hanc ætate
runt. Quocirca neque tanta, & tam cana e

[...]ilitas, neque tam difficilis indagatu. F. Pulcher-
[...]mum iſtuc rerum naturæ opus, rerumq; ipſam
[...]aturam à numine mentis illius præſtantiſsimæ ſu-
[...]pte conſilio, nulliusq; neceſsitatis impulſu pro-
[...]reatam credimus: quæ, quando ſibi viſum eſt fa-
[...]endum, prolixè opes ſuas muniſiceq; transfudit.
[...]. Maius aliquid ego, bona cum venia tua effabor.
[...]onitatis ſuæ riuos ſolùm quoſdam in naturam
[...]eduxit, ac deducit: nam ipſa flumina capere vtiq;
[...]ec potuiſſet illa, nec poſſet. Non eſt Deus pro be-
[...]eficentiæ ſuæ ac liberalitatis magnitudine bene-
[...]cus & liberalis, quæ menſuram, finem, atque mo-
[...]um omnem poſt ſe relinquit: verùm ad eorum
[...]uos beneficiis complectitur infirmitatem ſe ac-
[...]ommodat, & pro rerum ſingularum captu dono-
[...]um ſuorum numerum immenſitatemq; modera-
[...]r. F. Iam illud etiam, quod antiquitas loquita-
[...] & ſcriptitare conſueuit, ante octona, quadrage-
[...], ſeptuagena, centena millia annorum eueniſſe
[...]uippiam, ſibilo & cachinnatione potius, quam fi-
[...] dignandum arbitramur, quia procul à vera eſt
[...]imi ratione repulſum. N. Si ita eſt, vt aiſtis, ſi de-
[...]ſtamini hanc falſitaté, non igitur reſpuet hoc cre-
[...]ulitas veſtra: quæcunq; apud nationes falſorum
[...]eorum religione imbutas aut in libris, aut in aliis
[...]uibuſcunq; monumentis vel inuenta eſt, vel in-
[...]enietur aliquando vetuſtatis memoria, eam non
[...]odo mundi primordiis, verum etiam communi
[...]uuione illa, quæ Noacho ſuperante orbem ſum-
[...]erſit, poſteriorem eſſe, & vltra quater milleſimũ
[...]nnum non produci: ſacræ autem hiſtoriæ volu-
[...]inibus narrari, quæ antegreſsis mille ſexcẽtis an-

nis

nis euenerunt: vt eadem proinde volumi
rebus aliis, ita quoque venerandæ cuiuſdam
ſtutis auctoritate omnium gentium litteri
libusq́ antecellant. R. Haud infrequen
Philoſophorum dogmata de mundo vellē
vel audirem, eos partim inſipientes, partim
iudicaui: quia cùm commentitia multa, tu
litatis plena, & ridicula docuerunt. Qui m
nullo ortu generatum effectumq́ aſſeue
non viderunt ſe tollere quod eſt ipſi mundo
ſimum, & ad pietatem excitandam ſum
neceſſarium, prouidentiam nempe. Quo
tandem excogitari poteſt abſurdius? Na
factum non eſt, illius qui ſe non fecit, nihil
Qui autem hunc vniuerſitatis ornatum p
tum quidem fuiſſe, at nunquam non ext
mniarunt, opificium pariter atque opificem
rantes, eadem propè veneratione illud atq
affecerunt: quod extremæ cuiuſdam, & n
ſimæ impietatis meritò cenſeatur. N. N
natiuum quidem ſed ex æterna & ingeni
ria, non è nihilo conditū garriuerunt: quo
longè remotiſsimum eſt à veritate. Scilice
admodum figulus vas nullum niſi è luto, f
mum nullam, niſi è lapidibus, calce & lign
ſtruxerint, ſic Deus niſi è ſubiecta materi
dum ædificare nequiuit: & EX NIHILO NI
etiam in illius omnipotentiam cadet ne
R. Caueamus, ô Fides, ne quidquam æ
præter vnum vnicumq́ Deum fallacibus c
uentæ concluſiunculis exiſtimemus. F. A
quia tu, Natura, molitioni rerum coram

vnumquodque particulatim aſpexiſti dicam, an
nſiſti? optimè ac diſtinctiſsimè nobis omnia ve-
ementer cupientibus, & ad aſſentiendum dictis
iis, conditoremq́ per cuncta reuerendum & ad-
iirandum paratiſsimis expones.

*Pluris eſt teſtis oculatus vnus, quam auriti decem.*
*Qui audiunt, audita dicunt: qui vident, planè ſciũt.*

. Ego verò cæli terræq́, & quæ horum nomine
iclusa intelliguntur geneſin percenſere non gra-
ibor, ſi id primùm præfata fuero: eam elucere in
a tanti operis effectione ſapientiam, bonitatem,
otentiam, prouidentiam: eam in ſimplici etiam,
ida, & ſtricta commemoratione intelligentia-
im ſubtilium, ac ſublimium ineſſe vim, vt nul-
is ſit tantum ingenij flumen, tanta in dicendo v-
rtas, quæ partem aliquam, quantum ſatis eſt, ad-
nbret: ne dum vt totum aſſequatur: morta-
im quippe effatu & auditione maius hoc quid-
im, multoq́ ſuperius eſt. R. At non ideo abſti-
ndum: quin pietati largiendum aliquid, cuius
uſſa vel ſupra vires tentari quædam ſolere haud
noramus. N. Agè, è multis perpauca & paucis,
quæ nimirum animo vos penetraturas ſperaue-
. Imitabor eos, qui coloſſorum montiumq́ ſi-
ilitudines vel in annuli gemma exprimunt, & re-
m, atque adeo molitionis τῦ ἑξαημέρυ artificium
ranguſto, nec tamen gemmato ſermone com-
ehendam. F. Tuus arbitratus eſto, nos τὴν πρώ-
ν ἡμέραν, id eſt, primam omnium procreation
itiumqúe ſtructuræ huius diuiniſsimæ incenſis
entibus expectamus, & auribus arrectiſsimis vo-
bimus.

PRI-

## PRIMVS DIES.

N. Cæleſte illud templum, diuinitatis auguſti
ſedes, & cū eo mentiū corporis ſocietate va
myriades, orbes oēs ætherei, qui circū terrā p
ni motione conuerſantur, & quatuor prim
corporum naturæ, è quorum copulatione
res cæteræ poſtmodum conflatæ cohærēteſq;
dierunt, principiò exiſtere iuſſa ſunt. Verum
cæleſtes illi globi nec ſtatim luce colluſtraba
nec eodem quo nati erant momento, vel ſ
externa incitatione agitabantur: nec eo ipſ
culo ſiderum micantium candore inſignes
bantur: paulatim quippe, primo nimirum
toq; die politiſsima arte perfecti & cumula
runt. F. Nihil ergo, ſi rectè teneo, defuit o
ab initio, quod ad ſubſtantiam, numerum, m
tudinem, figuram eorum attineret: hab
præterea denſa & rara partium, poſtea fulg
lucis, & à quo vnuſquiſque, & qua ſibi prop
ſubilitate contorqueretur, aſtrorum inſup
lampadas ſeu faces, quorum eſt in efficiend
parua poteſtas, obtinuerunt. N. Verè ſic a
F. Quid ita quatuor illa initia, è quorum m
na temperatione omnia conſtare dicuntur,
partita inter ſe, ac diuiſa loca ſortiuntur? N
citum eſt Deo quæque ſic moliri, vt eorum
nihil violentum aduerſumq; paterentur, c
omnia cum ipſis tanquam facta conſpiration
gruerent. Quapropter ignis, qui nihil pro
bet, vtpote leuiſsimus, ſuperiora, vel ſupre
tius capeſſere debuit, cui proximam region
rabilis natura ſimilem ob cauſſam inſedit.

pondus inferiora petiuit. Terra quia grauiſsima, ſuopte nutu, vltimo hoc eſt, medio mundi loco (nam in rotundo medium eſt infimum) vt maximè naturali conſtitit, in quo ſtabilis & immobilis, ceu paribus librata ponderibus hęret, vt globus, nō vt columna, ſeu pyramis, nō vt menſa, non vt tympanum, non vt diſcus: quodlibet enim horum de terræ figura cum falſitate prædicatur. F. Diſtributionem iſtam poëta Sulmonenſis luculento carmine memorauit, tametſi ab Anaxagora non diſceſſit, qui hæc omnia à mente, (Ouidius meliorem naturam, atque adeo Deum vocat) ex confuſa rerum in vnum corpus temerè ac fortuitò coaceruatarum congerie educta, & ex iis hanc deſcriptionem elegantiſsimam deſignatam atque confectam ſenſit. Et in eo etiam peccauit, quod aquæ vltimum locum attribuiſſe videtur.

*Nam cælo terras, & terris abſcidit vndas,*
*Et liquidum ſpiſſo ſecreuit ab aëre cælum.*
*Quæ poſtquam euoluit, cæcoq; exemit aceruo,*
*Diſſociata locis concordi pace ligauit.*
*Ignea conuexi vis & ſine pondere cæli*
*Emicuit ſummaq; locum ſibi legit in arce.*
*Proximus eſt aër illi leuitate locoq;.*
*Denſior his tellus, elementaq; grandia traxit*
*Et preſſa eſt grauitate ſui. Circumfluus humor*
*Vltima poſſedit, ſolidumq; coercuit orbem.*

N. Ac terra quidem quam in medio, ſeu infimo vniuerſi conſtitutam dixi, quodcunq; tandem milliaribus definiatur eius amplitudo, ad complexum extimi orbis, qui reliquos ſeptem includit, in quo infixi ſunt qui voluuntur ſtellarum curſus ſempiterni, inſtar puncti tantum obtinet: ſiquidem va-

ſtior eſt olympicus ille globus eo, qui ex terr
qua componitur, vicies & bis millies, & ſexc
ac duodecies minimùm. Quod ſi iam cum
mo cælorum omnium quod Chriſtiani no
& empyreum vocitamus, in quo beati æuu
cunt inter gaudia, terræ molem conferre vel
gè minorem puncto iudicabis: & tamen qui
cto minus? R. O quàm magna eſt domus D
ingens locus poſſeſsionis eius. Nihilominus
quam tam magna eſt, non eum capit, quia m
nimis, & non habens finem, excelſus & im
ſus. Terram quoque non cælum modo imp
cum nuſquam appareat, vbique præſens & p
adeſt. N. Cæterùm quomodo cæli, ſic te
tra ornatum ac decorem fabricata eſt, hom
animantibus, ſtirpibus vidua, nullis varia
tibus, abſque vallibus, ſine campis, ſine co
aquis vndecunque altiſsimè obruta & co
copia vtique abundantiore, quam cum illæ
ſimis & diuturnis effuſæ imbribus genus h
num, & genns omne animantium exting
quindecim cubitis ſupra montium quátum
torum culmina ſtupeſcendis auctibus ex
runt. Nec verò aqua ſuos alumnos muta
tantes quibus cohoneſtaretur, nec aër ſuu
tum, volátum corpora nimirum mox teneb
nebát etenim illæ primigeniæ vniuerſitatis, &
creatrices naturæ indigeſtæ, inornatæ, tene
permiſtæ, inanes aliquandiu, cum ſubitò pro
luci tenebræ ceſſerunt, idq; primo die. Al
tertio vndarum ac terræ eſt ſublata confuſio
quens triduum in conformandam, expedien

perficiendam mundi conſtructionem præpotens, & omnia præuidens, ac præſentiens fabricator impendit. Quarto ſiquidem die cælum lucidiſsimorum ſiderum, quinto aërem mirabili pennipotentum, mare & fluuios ſumma ſquamigerarum pecudum, tellurem multa ferarum cicurumq́; beſtiarum diuerſitate compleuit, & homine vniuerſorum principe, ac velut terreſtri quodam Deo condecorauit. F. Demulcet nos detinetq́; hæc vſque adeo feſtiua narratio. R. Me hoc amplius iuuabit admirari & laudare effectorem, quo te per dies ſingulos functiones illius in procreando referente, potentiam, ſapientiam, & bonitatem eiuſdem manifeſtius perſpexero. Et omnino, vt enunciē quod ſecum volutat animus, expoſitio mundi fabricæ res quinque præclariſsimas docet. Eſſe Deum, vnum eſſe, mundum cœpiſſe, mundum vnicum eſſe, eundem regi ac procurari à Deo, quemadmodum à parentibus regitur procuraturq́; quod ex iis natum eſt. N. Nunc itaque vt fides tua, ô Fides, & religio tua augeatur, ô Religio, de cæli primo, eoq́; inchoato tantum, & informi ornamento diſſeramus, luce videlicet imperfecta, cui deinceps die quarto ſua acceſsit abſolutio. F. Quænam illa lux & quanta? N. Non alia certè quam ſolis, cuius eſt munus lucere, & colluſtrare terras, & qui luci acceptam fert qua mortalibus blanditur pulchritudinem, quam cohibet efficientiam, quem tenet inter ſidera principatum. Verum ea lux, vt dicebam, primo die rudis, imbecilla, & talis fuit qualis eſt auroræ, antequam largus iſte liquidi fons luminis ſol exoriens irrigare cælum candore recenti incipit.

Non vſquequaque tum arſit hæc lampas, hi
bus, fulſit tenuiſsimo radio: ſerius, quarto
rum die fulgorem ſplendidiſsimum, & diuit
cis accepit, quib⁹ totus cum iſta figura quam
habet, eſt completus: ſerius celerrimam in c
replicationem ſuam, agitatoremq́; ſuum, ad
bilem effectuum poteſtatem, & frequentiſs
nitidiſsimarum ſtellarum comitatum eſt con
tus. Tum, ſigna dare, tempeſtates pronuncian
turalia euenta indicare inſtituit. Tum æſtas
ems exoriri, & reliquæ anni varietates dua
quodammodo ex frigoribus huius, & calori
lius temperantur. Tum diſsimilitudo & in
litas dierum exiſtere: nam primi tres peni
quales fuerunt. Tum luna à ſole illuminari,
eo dependere, lumenq́; mutuatitium ad con
ſiones cum illo, digreſsionesq́; commutare.
etiam fieri ſolis cum vagantibus ſtellis vari
curſus, è quibus diſsimiles in rebus inferio
influxus effectusq́; animaduerterentur. F.
ſol antequam ſuo motu cieretur? N. Vi
primi, inquam, orbis, qui altiſsimam oram te
ſuppoſitos ſeptem vnà ſecum per eadem v
redeunte luſtratione conuoluit, lapſu rapidi
ab ortu ad occaſum ferebatur, horis quater
vicenis mundum obiens vniuerſum dierum
ctiumq́; omnino æquales, & vniuſmodi vici
dines, veſpertinumq́; & matutinum tempus
pacto quo nunc progignens. R. Bene ſapien
factum, vt primo die lux proderetur. Nam
dies ſex ad hanc exædificationem eſſent conſ
di, ſine ea dierum atque noctium ratio, &

num velut ius imperiumq́ conſtare neutiquam potuiſſet. Atque vt qui domum magnificam deſcribit architectus, ante omnia ne cælo officiatur, & vt luminis quam plurimum illabatur ſollicitus eſt: ſic præſtantiſsimus & antiquiſsimus architectus huic quod architectari aggrediebatur ampliſſimo ſplendidiſsimoq́ palatio, lucem imprimis, & lucem largam copioſamq́ comparandam putauit. O lux, quid ego de te potiſsimùm loquar? Tuo ſubſidio omnium rerum varietas, & pulchritudo cum voluptate agnoſcitur, ſine te ſepulta tenebris iacent omnia. Non eſt aliquid te acceptius, optatius, commodius, potentius, fœcundius. Nihil te ad mundum exornandum decentius, ad cęleſtium præcipuè percipiendam cognitionem, ad diuina intelligentiæ ſubiicienda opportunius: cum qua perſæpe coniungitur comparaturq́ ipſa diuinitas, qui profectò, rerum quæ in ſentiendi rationem cadunt, ſimilius nihil quiſpiam cogitando inuenerit. Qui luce nos prohibet, ſimul etiam oculos nobis eruat.

## SECVNDVS DIES.

N. Iam, niſi quid remoratur, ad alterius diei opificium conuertamur, quod quidem totum aquarum intereſt: tum namque in aërias & terreſtres ſunt diſtinctæ, & firmamẽto hoc quaſi muneris impoſitum, vt aquas ab aquis ſepararet ac dirimeret: in media nimirum aëris regione naſcentes ab his, quas terræ oris ſuperfuſas cernimus. F. Tum ergo in ſublime vapores ſublati, qui ſe in nubem induerent, è quibus coactæ demum in locis illis ſuperis aquæ. N. Non hoc aio, ſed illo ſecundo die

aëri hanc adiunctam proprietatem, & qu
modo mandatam prouinciam, vt eſſet a
ſupernè generandarum pluuialium nemp
naturalis: quæ quidem ſimul generatæ fo
pluuias, imbres, grandines, niues in terram
pitarent cogẽte grauitate, ob quam inferi
per peti certum eſt. F. Quid verò eſt, qu
ipſum aquas ab aquis diuidens, & in med
rum factum firmamentum vocatur? aut
hoc loco vult iſta vox tandem? N. Nihil ali
hi crede, & opinionum diſcrepantias vale
quam interuallum, διάϛημα, terminum,
tractum denique inter aquas ſupernas & i
cæleſtes ac terreſtres interiectum. F. Cur i
tium & διάϛημα firmamentum dicimus, c
corpus firmiſsimum, neque omnino corp
Quia terminus firmiſsimus, certiſsimus, ac
immutabilis. Dilucidius rem explanabo,
telligentius eam percipiatis. Firmamentu
ſtoria mundanæ geneſeos dico ſignificare
totum illud, quod ab humo vſque ad aſtr
ſum patet: quouſque, inquam, quaquà ver
tinere aſpectus oculorum poteſt. Huius in
ſeu ſpatij quam latiſsimi & longiſsimi pa
premam cælis & ſideribus, imam igni & a
butam putatote. Quare cum auditis ſider
mamento conſtituta, id de parte firmame
riore dictum interpretabimini. Rurſus cu
tis aues volitare in firmamento, & firma
diuidere aquas ab aquis, ſublimes nempe a
libus, ſecundum firmamenti partem de
inferioremq; prolatum hoc exiſtimabitis.

cælum quoque nunc pro ſidereo, nunc pro aëreo adhibitum & legiſtis crebrò, & audiſtis? F. Tu mihi teſtis vt vetuſtiſsima, ſic grauiſsima eris & certiſſima: differam quærere, quid ſuper vocabulo firmamenti ſeu commententur, ſeu comminiſcantur alij. R. Hem, veráne & naturalis aqua in aëre? Hoc non modo non credibiliter, ſed nec ſuſpicioſè dicatur forſitan: quanquam ſcio Deum poſſe omnia, etiam quæ nobis videntur fieri non poſſe. N. Si necdum ceſsit memoria quid paulo ante dixerim, quibusq́; verbis vſa fuerim, tute tibi quæſtionem hanc facillimè ſolues. R. Occurrit, aquæ generandæ aëris intermedia decreta eſſe docebas, quæ à conceptu celeriter in gremium terræ, locum nempe omnium grauium naturalem delaberentur. N. Hæc mea mens. Vt igitur hoc caput concludamus, ſcitote aquas ſupra firmamentum eas ipſas intelligendas, quæ ſublimi in aëre, quam regionem mediam appellitant, qui interiores ſcrutantur literas, procreantur & exiſtunt. Eouſque vapores humidi & afflatus è terra & aquis vi caloreq́; ſolis cũ aſcenderint, condenſantur, & in nubes concreſcũt, è quibus poſtmodum ad terram irrigandam grauidandamq́; guttatim aquæ decidunt. Nonnunquam autem adeo déſi ab æthere funduntur nimbi, & ita magno cum ſonitu, ingentiq́; impetu, vt iis locis ſtagna, fluuios, maria eſſe ſuſpicêre, vnde tantum aquarum arua & foſſas inundantium defluuium ſeſe agit. F. Verba tua huius rei à ſignifero poëtarum Romanorum ornatiſsimis verſibus depictæ recordationem mihi dederunt. R. Profer.

*Sæpe etiam immenſum cælo venit agmen aquaru,*
*Et fœdam glomerant tempeſtatem imbribus atri*
*Collectæ ex alto nubes: ruit arduus æther,*
*Et pluuia ingenti ſata læta, boumq́; labores*
*Diluit. Implentur foſſæ, & caua flumina creſcun*
*Cum ſonitu, feruetq́; fretis ſpirantibus æquor.*

## TERTIVS DIES.

R. Succedat iam dies tertius, quem haud
ac præcedentes venerabilem nobis iucundu
futurum confido. N. Hoc die tellus, quæ
ciem magni orbis glomerata ſub aquis iace
mergere, aquæ ipſæ recedere, mariaq́;, flumi
ludes, ſtagna efficere, ſpatiis à terra habitab
ſcretis. F. Si vndiquaque terras complexæ
bant aquæ, quonam recedere aut confluere
runt? N. Multis in partibus terra Dei nutu
in anguſtum redegit atque contraxit, aliis
minus extumuit, ſeſeq́; erexit. Hinc depre
modum valles, profundi ſpecus, plurimæ
ne, plurimi colles, altiſsimi montes enati: qu
dem ratione aquis receptacula præbebantur
quòd aqua non minimam partem euaſit de
quam erat duobus diebus antecedentibus,
circo ſedibus non ita latis indigeret. Pro arg
to eſt aqua maris, quam cæteris quibuſcunq
denſiorem & craſsiorem eſſe quem fugit? A
niam ad alendum hominem animantesq́; d
to procreandas, herbarum erat & fructuum
ſarius prouentus, terra perinde vt iam pride
uida & parturiens, ſimul vt mandatum hauſ
minet terra, & cætera, edere fœtus ſuos, & qu
gubrem amictum deponere, lætumq́; ac nit

ſumere properauit, in quo ſibi placuit quodammodo & exultauit. Repentinò omne genus herbas atque fructus profudit, quibus non ſolum animantes paſcerentur, verum etiam eiuſdem ſpeciei propagatio fieret. Proinde ſemen continebāt, vnde reparati immortalitatem quandam ſuam cōſequerentur. Temporis puncto in pratis apparuit gramen viridiſsimum, campi ſegetum copia & denſitate fluctuabant, cuiuſuis generis olus, herba, legumen, frutex ingenti copia eminebat. Mox quoque montium iuga arboribus tanquam comis conueſtiebantur. Fluuiorum ripas item innumeræ ſtirpium varietates condecorabant. Quàm ſuaues autem ad guſtum, quàm ad nutriendum idonei, quàm denique perfecti fuerint illi fructus, ex eo conüciatis licet, quod ſumma tum erat ſoli bonitas, & à Deo proximè, nulla alia cauſſa admiſta creabantur: cuius ſanè hunc in modum perpetrata opera quàm perfectiſsima ſint oportet. R. Omnipotentis edicto ſpecies arborum omnes ſeu mitium, ſeu ſyluestrium ſuo fœtu onuſtas à principio extitiſſe videris affirmare. N. Affirmo equidem. Non, inquam, ſingula, vt nunc, ſuo loco progignebantur nec in frugibus nec in fructibus, ſimul ſe promebant omnia. Non præcedebat aratio ſationem, non ſatio occationem, non occatio ſarritionem, non plantatio putationem, non initia incrementa, non incrementa maturitatem, non prius agebantur deorſum radices, deinde ſtirpes in altum tollebantur, & poſt hæc in florem, tum in frondes ſe rami induebant, poſtremoq; fructus reddebant, primò paruos & acerbos, paulatim maiores & per-

fectos prorſus. Omnia hæc coniunctim, eod
momento nata vidiſſetis. F. Num antequam
mi homines ſuſcepto ſcelere ſe perditum iui
ſpinæ,rubi,herbæ virulentæ ac peſtiferæ non
bant? N. Immo, verùm nullo eos incomm
vnquam affeciſſent, ſi præceptum ſibi datum
uiolatè ſeruaſſent: eiuſmodi enim res nullo
tio internouiſſent: ac terra ipſa, quam alim
quærendæ exercuiſſent, nihil non vtile, ne dum
tale quippiam eduxiſſet. R. Hinc prima labes
lorum omnium: hoc egeſtatis, morborum,
curarum, dolorum, ſollicitudinum, heu, m
denique ſeminarium. Non fuiſſet peccatum,
illi facti eſſent ex beatis miſeri, ex immort
caduci, nec nos in miſeriam & occaſum naſc
mur. F. Nondum illud perſpicuum eſt ſati
vernoné an autumnali tempore generatus ſit
dus. N. Autumnus hunc naſcentem vidit, ſeu
ipſo natus eſt ipſe potius. Tempore quippe
ita decuit ædificari mundum, vt eo, quo ratom
ræ ordine añus ingreſſus finitur, ſecuturus inc
tur. Quo fructus maturati decerpuntur, m
horreo reponitur, pleno lacu pinguia muſta
bentur, noua fit ſementis, terra ſibi mandatam
rerem fotu ſuo calefacit, radices & herbeſce
viriditatem elicit, partumq́ ſuum non ſecus q
animalia in vtero orditur. Hæc autem autu
fieri contuemur, non vere: primordiis ergo m
di hic quoque, quàm ver magis erat idoneus. I
inde cum ab initio, vt reliqua omnia, ſic ite
bores perfectæ, ſuiſq; & maturis oneratæ pom
ad eſum iam aptis procreatæ ſint (quod hom

& animalium vſus poſcebat) fructus autem maturitatem aſſecuti vernis mẽſibus non viſantur, nónne ex hoc ipſo mundum autumno conditum ratiocinamini? Argumentis pluribus ſuperſedebo, quando auctoritatem meam apud vos ad perſuaſionem valere ſatis cognoui. F. Quid ipſius Naturæ vox non perſuadeat?

## QVARTVS DIES.

N. Ecce ad quartum natalem huius auguſtæ molis orationis curſum fleximus, quem Pater rectorq́ rerum in globis cæleſtibus quaſi depingendis, & artificiosè illuſtrandis conſumere voluit. Picturæ & ornamenta illa ſunt ſtellarum innumerabilium chori ſiue agmina, qui ſunt tanquam flores cæli, & in iis tanquam duo eius oculi ſol & luna. Ac dimidium quidem totius temporis, dies, inquam, ſoli, reliquum lunæ & ſtellis deſtinatum eſt, ac præſcriptum. Stellæ ſingulæ quà de materia, partes ſunt cæli ſolidiores, & magis compactæ, quibus forma (à qua potiſsimùm ſua rei vnicuique eſſentia nomenq́ tribuitur) cum adhuc deeſſet, hoc die fuit addita, cum partes illæ denſiores vberrima luce donatæ ſunt. Tum inſuper ſuus cuique orbi circumuoluendo moderãdoq́ præfectus adiunctus. Qui ſunt mentes illæ ſolitariæ, & omni materia vacantes, quæ ſanctiſsimi genitoris amore inflammatæ, & imitandi eius deſiderio feruentes, quacunq́ via poſſunt, voluntati illius obſequuntur. Vult autem is rerum quam fabricatus eſt immenſitatem incolumem & ſaluam permanere, id quod abſque perpetua, & diſsimili orbiũ cæleſtium circumuolutione effici haud poteſt, qui orbes prius vna ſo-

lùm altiſsimi orbis incitatione ambitus ſuos c
ciebant. Adhæc eodem die per lucem motion
propriam diuerſa & mirabilia efficiendi vis
aſtris communicata eſt. Neque enim ad l
duntaxat fundendam, ſed ad coniecturam c
de futuris afferendam ea fuiſſe generata ſtatu
multa ſiquidem ex eorum ortu obituq́; defec
& motuum diſcriminibus, vt annonariam v
tem, laxitatem, fructuum copiam, penuriam
quillitatem & temperamentum cæli, ventos
peſtates, ſiccitates, eluuiones, mutationes qu
anni temporum, & quaſi migrationes vnius
liud præſentimus in poſterum. Iiſdem dies, m
ſes, annos ac tempora metiri conſueuimus. F.
die primo ſolis lucem exhibitam docuiſti, qu
die quas nominaſti denſæ cælorum partes iam
tabant, dic amabo, cur eas lumine ſuo, vt per
aſtra euaderent, ſol non irradiabat? N. Lu
principis diei, vt antea indicaui, parum clara
tens fuit, qualis quam abeunte nocte dies ap
quando nimirum purpureas Aurora fores, &
na roſarum atria ab ortu patefacere inſiſtit, cu
huc dubius eſt, & quaſi languidus dies. Quam
patas cælorum partes, & veluti nodos ob exp
tem & imperfectionem ſuam implere ſol ne
uit. Nec velim exiſtimare vos, quæcunque
peris lux eſt, eius vnicum ſolumq́; parentem &
gitorem eſſe ſolem: & cum luna ſuum illi ſple
rem debeat, debere ſimiliter alia ſidera vt mu
titia tantum, non ſua quoque ſibique ingen
luce fulgeſcant. R. Eſto vt narras: noſtrum e
non videtur: immò nullius, aduerſus Naturam

tendere. Sine me nunc etiam quæſtiunculam v-
nam quærere. N. Sino. R. Cum ſidera,& impri-
mis eorum imperator ac Dominus ſol haud paulo
nobiliora ſint herbis atque ſtirpibus, quandoqui-
dem ab interitu remota ſunt, & ad fouendam, tu-
endam rerum fluxarum naturam vtilitates incre-
dibiles pariunt, quid impediuiſſe putabimus ( ſi
modo fas cuiquam diuinorum conſiliorum arca-
na perſcrutari) cur minus eorundem procreatio
harum ortum antecederet? An terræ cælum poſt-
habuit, qui illam, & hoc eſt fabricatus? N. Huius
facti cauſſam expediam tibi. Vt diuini imperij po-
tentia oſtenderetur, & mortales à ſole ſtelliſq; vt à
primis totiſq; cauſsis eas profectas ne impiè nefa-
rieq; opinarentur, (cum hodie quoque ex earum
luce motuq;, herbarum ac ſtirpium originem, ac-
cretioné,perfectionem pendere obſeruent) ideoq;
diuini cultus honoribus ſolem & aſtra proſeque-
rentur. R. Hoc mihi videris dicere, Deum qui ſi-
mul nouit & intuetur omnia quæ ſunt, quæ fue-
runt,& quæ ventura trahuntur,iam tum præuidiſ-
ſe, non defuturos qui admirandam ſolis,lunæ ſtel-
larumq; ſpeciem ac puriſsimum nitorem inſatia-
biliter contemplantes, ſecumq; tam variorum,tã-
torumq; cómodorum, quæ inde ad homines pro-
fluerent multitudinem reputantes, in deorum eas
numero ducerét. Quod vtinam vtinã factum nun-
quã audiuiſſemus. Quocirca molitor ſapiẽtiſsimus
ſidera prius efficere noluit: vt cum de mundi ex-
ordiis cogitaremus, in quib⁹ ſtirpes ſideribus anti-
quiores cerneremus, omnia quæ nunc ab illis pen-
dere iudicamus, ea maximè à DEO, vt à veriſsimo

&

& primo auctore pendere: nec honorem i
tiendum, aut gratias agendas aſtris ob vtil
quas inde accipimus: ſed illi à quo ipſa quic
ſunt & poſſunt acceperunt, diſceremus. F.
dictis tuis aſſentior, tum hoc etiam ſcire la
quare ante aſtrorum, quam animalium eſt a
niſtrata productio? nam animata inanimis p
re quis dubitet? N. Poſterius triduum mund
poliendo abſoluendoq́; ſummus artifex cum
creuiſſet, æquum eſt ratus, vt quod eſſet in ha
china primum, id primo quoque tempore, p
q́ue loco ſuis locupletatum & cohoneſtatum
gnibus perficeretur. Verùm de magnitud
lis ecquid auetis quanta ea ſit cognoſcere?
nimuerò auemus, & magnopere. N. Terr
quæ vnum globum centies & ſexagies ſex
perat, lunam autem ſexies millies quingen
tricies nouies. R. O amplitudinem prædica
ô patentiſsimum certè, maximumq́; ſidus.
gnitudinem hanc credibilem mihi reddit i
præpollet lucis copia quam ditiſsima. Nam
ipſe cum lumina cælo infert, & roſeo vultu
terras, diem nitidiſsimum creat, tenebris p
diſpulſis ac fugatis. Quod ſi vniuerſa ſider
quentia collato in vnum lumine conetur
agat. Nocturnas quidem tenebras eorum
dore non omnino, ſed parte tantum aliqu
perari, & exortu ſolis claritatem illam quæ
eſt occultari & tanquam in nihilum occiden
cimus. R. Quantus eſſet ſolis circulus, & q
pere lunam vinceret, gaudentes, & attoni
cimus. Nihilominus quia ſecundùm ſolem
ſidus maximum vulgò creditur, de illius

granditate quid ſentiamus mone. N. Nequaquam ſecundas à ſole vendicat luna. Omnes etenim ſtellæ inerrãtes,quarum præ cæteris inſignior eſt aſpectus, quæque duæ & viginti ſupra mille numerantur,longe ipſa maiores reperiuntur. F. Quî hoc intelligemus? N. Luna eſt minor terra tricies nouies:terræ autem corpus ſtellæ de quibus ſermo eſt ſuperant octies decies. Sátne argumenti? R. Sat. F. Vnde ergo eſt, quod cæteris aſtris maior & propemodũ ſoli par videtur? N. Quia vehemẽter propinqua eſt telluri, cũ aſtra receſſu longiſsimo ab ea diſtẽt: ex quo illa diſsimilitudo magnitudinis,quæ oculis ingeritur,vt ſentias quę multo maiora,ea minora:quę minora,ea maiora eſſe. Quãuis aũt ita parua ſit,aſtris tamẽ antecellit:quod nocti illuminãdæ propoſita: quod in elementis, foſsilibus,ſtirpibus, animantibus, humano corpore eius quam ſtellarũ vis effectrix potentior & pręſtabilior percipitur: quod temporũ curſus ſuo curſu liquidius declarat.

## QVINTVS DIES.

F. Herbis & arboribus datus eſt dies tertius, quartꝰ ſideribus, quintus ſine dubio piſcibꝰ & volucribus natalis contigit. N. Quid vos?an putatis potiorem eſſe piſciũ multitudinẽ,quã vel terreſtrium,vel volatilium? F. De numero addubitamus, de mole nihil. Nã quid ceto viſum eſt vſpiã ſimile? adeo monſtroſa eſt illiꝰ moles atq; vaſtitas. N. At nihil negotij eſt ꝓbare piſces ſuperare multitudine ex ouorũ innumerabilitate,quã incluſam gerunt in viſceribus. Quin & varietate pręſtãt aliis duob. generibꝰ. Sicut porrò ipſi originis ſuę materiã habẽt aquã ſic etiã aues: vt quodãmodo hę germanę ſorores illorũ dici poſsint. Quanq̃ nõ eam prorſus, quę propriè aqua,

verùm

verùm tenuiorem quandam aquam, veluti
loſam, ſeu vaporem humidum. Atque vt a
tes reliquæ in eo elemento viuunt verſantu
quo diuinitus proceſſerunt, vt piſces in aqua
& homines in terra, aſtra (quibus nonnulli
inditas ſtultè ſenſerunt) cæleſti ſolo, perin
patria: ſic aues degunt & volitant ferme in
infima eius regione ſcilicet, quò aſpiration
quaticæ deferuntur, ad quam proinde aſce
& per eam vagantur ipſę quoque: vnde ex
vapores tenuata ſe progenitas eſſe hoc ind
gnificant. F. Pulchrè & probè omnia. N.
iam de cognatione piſcium & auium, & ex h
mone meo quàm conueniens fuerit ex aqu
quoſa materia generari volucres pernoſcit
de vtrorumque naturali, aqua nempe & aëre,
ta conuenientia? Sunt corpora tralucentia,
da, agitabilia, facilè cedentia, & aër aqueo h
plenus, in aquam non difficilè conuertitur.
& in illis ineſt leuitas, & agilitas. Inter prim
las, inter pennas harum, & illorum ſquam
bus corpus omne contegitur & commun
detis ſimilitudinem? Pro auribus vtuntur
bus: nec mammas alterutris natura affixit.
um genera non pauca haberi poſſunt etiam
quatilibus, vt cygni, anſeres, fulicæ, mergi,
anates, halcyones. Iam vti per vndas piſces,
aëra natant aues, & vtrunque animal iter ſuum
da dirigit: vt dicere fas ſit, piſces aues aqu
aues piſces aërios: & ab his nauigandi ſci
homines didiciſſe creditum eſt.

## SEXTVS DIES.

Supereſt dies ſextus, de quo breuiter. Eo terreſtres animantes vidi conditas, quibus mirificè tellus cōdecorabatur. Sunt eæ ſimiliores homini, & excellentiores piſcibus atque auibus. Domeſticæ magis, ad conſuetudinem humanam, ac diſciplinam quoque aptiores, quarum opera mortales in rebus quā plurimis vtuntur: ad cibum, ad veſtitum, ad portanda & ſubuehenda onera, ad ſui ſuarumq́ rerum cuſtodiam, ad venationes, ad gerenda bella, ad medicamenta, ad multimodam deniq́ oblectationē & voluptatem. De naturis & proprietatibus earum ſi narrare velim, verēdum ſit, ne nimium multi dies neceſſarij ſint. Eodem die effictus eſt ex humo homo, cui immortalis ac diuinus à Deo inſpiratus animus. Mens, inquam, illi tributa, quæ velut animæ anima eſt, vt pupilla oculi velut oculus. Atque ita res duæ admodum diſsimiles coagmentatæ, corpus & ſpiritus, viliſsimum, & nobiliſsimū, caducum & ſempiternum.

*Sanctius his animal mentiſq́ capacius altæ*
*Deerat adhuc, & quod dominari in cætera poſſet,*
*Natus homo eſt.*

*Et paulo poſt.*

*Pronaq́ cum ſpectent animalia cætera terram,*
*Os homini ſublime dedit, cælumq́ tueri*
*Iuſsit, & erectos ad ſidera tendere vultus.*

R. Ex diſputatione tua præclarum in animantium procreatione ordinē ſeruatum notauimus. Piſces primo effecti homo poſtremo natus, inter illos & hunc terreſtria animantia, & pennata. Illis commiſſum genus animæ inertiſsimum, ac ſummope-

re hebes atque rude: homini excellentiſsi
quo proximè ad Deum accederet: mediu
um quoddam, quorum quidem ſenſus acu
& integriores ſunt quàm piſcium, obtuſiores
hominum. Nec omnino ſunt, nec non ſunt a
lia piſces, in beſtiis & volucribus animalis
ſe prodit euidentius: homo eſt ſuperior om
& vno quaſi tantum gradu differens à cæle
N. Quamobrem diuinarum molitionum v
fuerit homo, ſcire ſi quæritis, dicam. F. Dm
peram auribus. N. Deus illum vt chariſsi
familiariſsimumq; animal non ratione ſol
plurib' cumulare beneficiis cogitauerat, vt n
la egeret, quæ ad bene beateq; viuendum co
ceret. Ideo mundum illi, quæq; eius ſinu co
tur ante conſtruxit ac præparauit. Corpor
dem rerum multiplici copia, animo cæleſtibu
raculis, quorum contemplatione aleretur, co
uit. Itaque vt conuiuatores tum demum c
uas arceſſunt, cum eſt apparatum inſtructum
uiuium, & qui faciunt ludos, quique dant ſ
cula pugiles, ornatus, & ea quibus oculi aures
mulcentur prius curant, quàm in theatrum a
dium ſpectatores veniant: ſic communis p
hominem velut conuiuator ad epulas, aut ęd
ludos magnificentiſsimos vocaturus, quidq
vtrunq; faciebat ante comparauit: vt ille in
dum cum introiſſet, & conuiuium omni da
quiſitiſsimum, & theatrũ maximum gratiſsi
qúe inueniret: in quorum altero cerneret
tatem copiarum, quas ei terra, maria, fluuij,
vtendum ac fruendum ſuppeditarent: in

ea ſpectaret, quæ propter motum, ordinem, numerum, proportionem, curſus, recurſus, effectusq́ꝫ admirationes nimium quantum eximias eſſent habitura: perquas cognitiones ad deſideriũ ipſius primę omnium cauſſæ cognoſcendæ exardeſceret.

## ANNOTATIONES.

NEC AB INFINITO TEMPORE ÆTERNIT.) *Mundum quidam ex ſapientibus exiſtimant neque eſſe natum, neque vllo eſſe in tempore periturum: immortalem nonnulli, quamuis eum eſſe natum, & genitum fateantur. Tertiis verò collibitum dicere eſt, & eſſe natum, & genitum, & ordinaria neceſſitate periturum. Et cum ex iſtis opinionibus trinis vnam eſſe neceſſe ſit veram, cunctis tamen argumenta non deſunt, quibus & ſua decreta confirment, & aliorum ſubrumpant, & labefaciant ſcita. Hæc Arnob. lib. 2. Attamen perpauci reperiuntur æternitatis mundi propugnatores, permulti contra oppugnatores: ſiquidem ſapiẽtium pœne omnium cõſentiens doctrina eſt, ortum aliquando. Quam ſententiam commune iudicium vulgi confirmat: quæ quaſi ipſius naturæ vox habenda eſt. Refellit etiam Baſil. Homil. 1. in Hexaëm. tum eos qui mundum æternum faciunt, tum alios, qui cauſſam eius ſtatuunt illi quidem Deum, ſed cauſſam neceſſariam, vt corpus vmbræ, & lucem ſplendoris.* PROLIXE OPES SVAS) *Quia bonus Deus, immo ipſa bonitas, extare voluit quibus benefaceret. Eſt namque hoc boni proprium, communicare ſeſe,*

*ſuaq́ munera & diuitias diſtribuere inter alios, q admodum lucidi eſt illuſtrare, & calidi caloremim ri propinquis corporibus. Hoc fuit cur Deus mund deret, & ita ſentiunt Plato in Timæo, Dionyſius hierarch. cap. 4. Damaſcen. de fid. orthodox. lib.* 2. ANTE OCTONA, QVADRAGENA ) *Mirum dum vetuſtatem ſuam iactitare amabant Ægy qua illis diuturna contentio cum Scythis, vt nam ſtin. lib. 2. Aiebant igitur hominum vaniſſimi vſq́ ad vltimum Ptolemæum, patrem Cleopatræ, ſe amplius ſeptuaginta annorum millia, præteriſſ centum millia, ex quo ſiderum ſcientiam percep Prætermitto aliorum delirationes in recenſendum annorum tam multis, in quo ſanè delirauit etiam Laertius.* SICVT REBVS ALIIS, ITA QVOQVE RANDÆ ) *Nam ſi prima rerum principia quærim altius repetere, quam ab ipſo mundi, hominumq́ q exponitur opificio poſſumus: ſi vera, nihil tam ver ſtit, quàm quod Dei ipſius viuentis ore prolatum grauia, quid magnificentius iis inueniri monumen teſt, in quibus ſancta Dei mandata, ſalutaria pr certa oracula, cæteraq́ his annexa ſalutis noſtræ cula concluduntur? Porrò autem, vnde aut virtut empla præſtantiora ad perſequendum, aut vitiorum ſtationes acriores ad declinandum, aut actiones in res ad memorandum, quam ab ipſis Hebræorum p mentariis poſſunt, in quibus ſolis apertè docetur, q humanum genus aut religione colenda ſummop*

*Dei auxilio ſubleuetur, aut ea negligenda acri eiuſdem iracundia conteratur. Hanc laudatiunculam ſacrorum bibliorum, ex Carolo Sigonio præfat. commentat. in Seueri Sulpitij ſacram hiſtoriam appoſuimus.* NON E NIHILO CONDITVM.) *Quomodo his ſapienter occurrat ſanctiſſ. doctiſſimusq; Baſil. Homil. 2. ne pigeat nos attendere. At humana paupertas, inopsq; natura illos decepiſſe videtur: & quoniam humanis in rebus ſingulæ artes in aliqua materia definitè verſantur, vt fabrorum ferrariorum in ferro, fabrilis in ligno: atq; in his quidem aliud eſt ipſum ſubiectum, aliud forma, aliud item id quod ex forma conficitur, & materia aliunde aſſumitur, forma accommodatur ab arte, effectus autem eſt id, quod ex vtriſq; componitur, ſic & in effectione diuina vſu iam eueniſſe putarunt: mundi quidem figuram à Creatoris omnium allatam ſapientia, materiam autem aliunde opifici ſubiectam fuiſſe: mundum ipſum ex hiſce compoſitum emerſiſſe. Lege quæ ſequuntur, ſi placet.* EX NIHILO NIHIL FIT) *Quicunque de natura ſcripſerunt aut diſputarunt, eorum communis fuit opinio: nullam rem è nihilo gigni vnquam: ſeu, nihil ex nihilo fieri. Teſtis Ariſtoteles lib. 1. Phyſ. Cic. 2. de Diuinat. Non ergo omnium interitus atque obitus natura conficiet: & erit aliquid, quod aut ex nihilo oriatur, aut in nihilum ſubitò occidat. Quis hoc Phyſicus dixit vnquam? Sed Chriſtianorum Philoſophia ſanctior & verior, Deum vtrunque poſſe nos docuit: & ex eo quòd non eſt, efficere aliquid: & id ipſum quod eſt, ad nihilum deducere.* VT NVLLIVS

SIT TANTVM INGENII FLVMEN ) *Etſi natu-rum quæ facta ſunt ignoramus, id tamen omne qu ſibus noſtris vniuerſè ſubiicitur adeo eſt admirabile, acutiſſima quæq; mens impar ſit ad minutiſſimum piam eorum quæ mundo continentur pro dignitate dendum ac tractandum, debitaq; laude Creatoris ſequendum. Baſil. Homil. 1.* IGNIS QVI NIHIL NI HABET ) *De ſedibus elementorum hæc Cic. l 1. Eam porrò naturam eſſe quatuor omnia gign corporum, vt quaſi partita habeant inter ſe ac diui menta, terrena & humida ſuopte nutu, & ſuo p ad pares angulos in terram ac mare ferantur: duæ partes, vna ignea, altera animalis, vt illæ ſup in medium locum mundi grauitate feruntur & p ſic hæ ſurſum rectis lineis in cæleſtem locum ſub ſiue ipſa natura ſuperiora appetente, ſiue quod a p ribus leuiora natura repellantur. Eadē de re Plin. cuius verba tametſi paulo longiorem me futurum go, idcirco ſubſcribam, vt hîc etiam, perinde, vt i dioſis voces ad loquendum de rebus naturæ ſuppe*

*Nec de elementis, video dubitari, quatuor ea eſſe. ſummum, inde tot ſtellarum collucentium illos ocul ximum ſpiritus, quem Græci noſtriq; eodem vocab appellant: vitalem hunc, & per cuncta rerum me totoq; conſertum. Huius vi ſuſpenſam, cum quart rum elemento, librari medio ſpatio tellurem. Ita mu plexu diuerſitatis effici nexum, & leuia ponderibu ri, quo minus euolent: contraq; grauia ne ruant, leuibus, in ſublime tendentibus. Sic pari in diuerſa ſua quæque conſiſtere irrequeto mundi ipſius conſtr*

*enitu: quo ſemper in ſe currẽte, imam atque mediam in toto eſſe terram, eandemq́; vniuerſi cardine ſtare pendentem, librantem per quæ pendeat: ita ſolam immobilem circa eam volubili vniuerſitate, eandem ex omnibus necti, eidemq́; omnia inniti.* HOC EST MEDIO MVNDI LOCO) Iterum Ciceronem Pliniumq́; coniungamus. Illius hæc ſunt in ſom. Scip. Nam ea quæ eſt media, & noua tellus, neque mouetur, & inſima eſt & in eam ſeruntur omnia ſuo nutu pondera. Et rurſum infra haud longè. Nam terra, nona, immobilis manens, vna ſede ſemper hæret, complexa medium mundi locum. Huius autem, Plinij inquam, hæc lib. 2. cap. 69. Mediam eſſe terram mundi totius haud dubiis conſtat argumentis, ſed clariſsimè æquinoctij paribus horis. Nam niſi in medio eſſet, æquales dies noctesq́; haberi non poſſe deprehenderunt & dioptræ, quæ vel maximè id confirmant: cum æquinoctiali tempore ex eadem linea ortus occaſusq́; cernatur, & ſolſtitialis exortus per ſuam lineam, brumalisq́; occaſus. Quæ accidere nullo modo poſſent, niſi in centro ſita eſſet. QVOTCVNQVE TANDEM MILLIARIBVS) Quid de magnitudine ambitus terræ ſentiant Mathematici & Philoſophi, & quo pacto eorum ſententia diuinis literis contraria nō ſit, videas licet Pererium lib. 1. Comment. in Geneſ. Cæterùm quamuis tam ampla & lata ſit terra, eius nihilominus anguſtias præclarè quoque & diſertè Plinius cap. 68. lib. 2. in quo extremo hæc digna memoratu. *Hæ tot portiones terræ, immò verò, vt plures tradidere mundi punctum (neque enim eſt aliud terra in vniuerſo) hæc eſt materia gloriæ noſtræ, hæc ſedes: hic honores gerimus, hic exercemus imperia, hic opes cupimus, hic tumultuatur humanũ*

*genus, hic inſtauramus bella etiam ciuilia, mutu*
*bus laxiorem facimus terram. Et vt publicos gen*
*rores tranſeam, hac in qua conterminos pellimus, fu*
*cini ceſpitem noſtro ſolo affodimus, vt qui latiſſime*
*tatus fuerit, alteraq; fines exegerit accolas, quotam*
*parte gaudeat? Vel cum ad menſuram auaritiæ ſu*
*gauerit, quam tandem portionem eius defunctus*
DIERVM NOCTIVMQVE VICISSITVDINES)
*dierum atque noctium ſucceßio quam ad multa*
*Pererius in Daniel. lib. 4. Primò quidem ad in*
*tatem & conſeruationem rerum, &c. Putat ite*
*ro, noctem non tantum ad quietem animantium*
*etiam ad numerum dierum à terra effici, ſemper*
*luceret, dies diſtingui numerariq; non poſſet: c*
*ſunt verba è 4. de Repub. apud Nouium. Eadem*
*iectu ſuo vmbram noctemq; efficiat, cùm ad numer*
*rum aptam, tum ad laborum quietem.* O LVX
EGO DE TE) *Quo pacto lux pulchra dici poßit,*
*2. non longè à fine pulcherrimè diſputat Baſili*
*quinque proprietatibus eius laudationem conte*
*rius. Comment. in Daniel. lib. 4. Ab incom*
*munditia puritateq;. A potentia & efficacitat*
*cunditate. A fœcunditate. A velocitate.* SÆ
AM IMMENSVM) *Lucretius lib. 1. oſtenden*
*quemadmodum venti, cum ſint corpora cæca, ide*
*ctum fugientia, tamen maria, terras, nubila cæ*
*rapidoq; turbine vexent, ac ſternant omnia, ſimi*
*nem adhibet fluminis, quod aquis maximo imbri*
*decurrentibus vehementer auctum, pelago prem*

ſonanti, & oppoſitas moles perrumpit, rapitq́; ſecum omnia. Locum elegantiſsimum ſubiicio, vt huic Virgilianæ deſcriptioni ex aduerſo ponatur.

*Nec ratione fluunt alia, ſtragemq́; propagant,*
*Quam cum mollis aquæ fertur natura repente*
*Flumine abundanti, quod largis imbribus auget*
*Montibus ex altis magnus decurſus aquài,*
*Fragmina coniiciens ſyluarum, arbuſtaq́; tota:*
*Nec validi poſſunt pontes venientis aquài*
*Vim ſubitam tolerare: ita magno turbidus imbre*
*Molibus incurrens validis cum viribus amnis*
*Dat ſonitu magno ſtragem, voluitq́; ſubundis*
*Grandia ſaxa: ruit quà quidquid fluctibus obſtat.*

FLORES CÆLI, DVO EIVS OCVLI SOL ET LVNA) Stellarum laudes item ſolis & lunæ encomium qui varium & diffuſum expedit, legat Pererium in Dan. lib. 4. in illũ verſum ex Cant. 3. puerorum BENEDICITE SOL ET LVNA DOMINO: BENEDICITE STELLÆ CÆLI DOMINO. Laudatur etiam ſol à Dionyſio Areopag. de diuin. nominibus cap. 4. Dio orat. 3. de regno perelegan-ter Regem cum ſole confert, & ex huius virtute multiplici, ſingulariq́; præſtantia illius officium oſtendit. VT DIVINI IMPERII POTENTIA) Cauſſam hanc diſſertiſſimus Philo copioſius declarat lib. de mundi opificio. VTINAM VTINAM FACTVM NVNQVAM) Laboraſſe hac inſania Iudæos etiam, non ethnicos modo, id eſt, homines profanos, & commentitiorum numinum falſis religionibus implicatos, documento ſunt frequentes, & ſeueritatis pleniſſimæ reprehenſiones, quibus eos Prophetæ ob ſolem, lunam, ſtellas adoratas, & ſacrificiis cultas inſectantur.

*Et Moyſes ab hac illos amentia deterret. Lege pri-
lib. 1. de Monarchia apud Philonem.* VERVM D-
GNITVDINE SOLIS ) *Anaximander, ſolem qui-
ræ æqualem, circulum verò quo vertatur, & vnde
culum habet, ſepties & vicies terra maiorem: A-
goras multis partibus Peloponneſo maiorem. H-
latitudine pedali: Epicurus omnia prædicta po-
eſſe dixit, aut etiam tantum eſſe, quantulus appa-
iuſculum, minuſculum. Refert Plutarch. de pla-
loſoph. lib. 2. cap. 21. Nonne rides inſanam ſapi-
Tam ne ſtolidè loqui Philoſophos? Cur autem c-
ſit, quantum eſſe diximus in progymnaſmate, a-
ius videatur, rationem attulit Baſil. Homil. 6.*
CTIVS HIS ANIMAL) *Tanquam explanatorem
raphraſten horum verſuum Philonem lege, lib. Q-
terius potiori inſidietur. Solam enim in terris
plantam fecit hominem, cæterarum in terra defi-
ta: omnes enim humi caput habent: ſoli homini
dedit, vt alimenta cælitus immortalia quærat, &*
RVM CONTEMPLATIONE ALERETVR ) *Cum
fanis ſpectaculis tantam capiamus voluptatem, m-
pidius diuinas molitiones nobis eſſe contemplanda-
bus verbis, quàm grauiter Baſilius? exordio H-
Seneca autem, vtpote nihil aliud quam philoſoph-
iſtorum quæ vulgus admiratur deſpicientiſſim-
quantopere cæleſtia ſpatia cum ornatu ſuo præ-
rarum paruitate commendet, præfat.
Quæſt. natural.*

# PROGYMNASMA SEPTIMVM.

## *Paradiſus, qui & Hortus voluptatis.*

*PRONOEA, GNOSTICE.*

PRONOEA. Duabus è naturis, quarum altera cernendi tangendiq́; continerentur ſenſibus, communitate iuncta cum belluis, altera corporis expers, rationis & cogitationis exornata munere, & diuinitatis ipſius germanum ſimulacrum eſſet, compoſiturus hominem Deus, eumq́; mundi Dominum ac principem iuſſurus, prouida cura fecit, vt domicilium, nec ſeſe tāto opifice indignum, & ſingulari excellentia hominis omnino dignum prius moliretur: in quod is introductus, vt rex potentiſsimus in ampliſsima nobiliſsimaq́ue regia vitam nulla vnquam lethi forma exeundam, ab angoribus ſecretam, omnigenaq́; felicitate conſummatam, æuo longiſsimo coleret, ac nihil prope aliud actitaret, quàm vt cum cæleſtibus illis, & à materia ſeiunctis animis perenni laudatione ſacroſancti maieſtatem numinis prædicaret, in eiuſdemq́ue conſideratione gaudio inſatiabili conquieſceret. G. Orſus iſte ſermonis tui grauiſsimus & præclariſsimus peracres mihi ſtimulos admouet ad audiendum. Faciam ergo me auritam mirum in modum. P. Hæc autem regia, hæc ſedes fuit hortus

hortús ille præter omnes angulos terrarum deliciarum quà corporis, quà animi refertiſ plusquam verbis enarrari: tantúmne? plu mente fingi poteſt pulcherrimus, amœniſ cultiſsimus, feraciſsimus: quæ ratio eſt, cur latim è Deo conſitus memoretur, cum cæ vniuerſa, quæque ſunt, quæque fuerunt ab fonte vberrimo ac ſempiterno promanan Amplector quod affers: nam ſi quid vulgar rumq; arborum, frugum, atque fructuum continuiſſet, ſeparatim eius effectionem per re ineptum negotium non ineptè quiſpiam iſſet: ibi enim expoſitam teneremus, vbi le Germinet terra herbam virentem, & quæ quuntur. Sed indicandum videbatur, hor lum præcipuo quodam diuinitatis conſilio ſtudio procreatum. P. Quare præcipuo G. Quod cum illi deliberatum & conſtitu ſet, hominem fabricari ſeorſum à cæteris a tibus, ratione quadam propria & admirabi rat, vt habitationem eius dignitati reſpond & iucunditate omnia ſuperantem, tanqu ſuis ipſiuſmet manibus excitatum elabor ſibi vendicaret. P. Sentis meam ſententiam ergo à principio mihi, fuiſſe illic incompara magnificentiam, & decorem prorſus inexp lem, bonorumq; optabilium abundantiſsim fluentiam, & affluentiſsimam abundantiam umbraſſe paradiſum hunc terreſtrem cæle radiſi ſtatum lógè feliciſsimum, eaq; bona rum poſſeſsionem ſecundum expletam mo tem venturi ſunt, quicunque diuinarum

nctionibus ſideliter obtemperauerint. G. Quid
idarem? Ac mallem profectò luſtrare hortum
tum, quàm Alcinoi, quàm Heſperidum, quàm Se-
iramidis, & ſi qui alij nomen ſuum ad poſteros
ama prodiderunt: libenterq́; Venuſino vati do-
num Albuneæ reſonantis, & præcipitem Aniené,
c mobilibus pomaria riuis concederem: quorum
irifico amore percuſſus ille, Rhodon, Mitylenen,
pheſum, Corinthum, Thebas, Delphos, Tempe,
thenas, Argos, Mycenas, Lacedæmona, Lariſſam
ilipendit: aſt ego præ illecebris paradiſi omnes
egum voluptates, ipſumq́; adeo mundum deſpi-
erem, ac infra me ducerem. P. Nec imprudenter,
c meritò iſtuc dicere te procedens mea declarabit
ratio. G. Id eſt quod in ſpe exploratiſsima habeo,
ngreſſuram te ad explicandum paradiſi decus:
uod, vt fiat quàm enucleatiſsimè, rogo. P. Hoc
rimùm diſce, paradiſum abfuiſſe non ita longo
nteruallo ab iis regionibus, quas Tigris & Euphra-
es lauant, Armenia, Meſopotamia, Aſſyria: à quo,
aradiſo inquam, haud longa intercapedine inco-
uerunt, quos ante ac poſt diluuium mortales ſol
ſpexit: prius videlicet, quàm linguarum pertur-
atione inducta, diuerſas in oras diſceſsiones factæ
int. Sedes autem huic finitimas ac vicinas tenue-
āt, tum propter agri opimitaté, tum quòd generis
umani natalium, & quaſi cunabulorũ ſic aſsiduè
dmonerentur. G. Ergo in oriente eductus eſt à
eo paradyſus, vt quidem tu argumenta loqueris,
oc eſt, in potiori mundi parte, vnde curſum vol-
ere, ad idem caput velociſsima agitatione reuer-
ens orbis octauus incipit, motione vtique perfe-
ctiſsima:

ctiſsima: & cuius regiones rerum pretio-
rum fertilitates ad magnam apud priſcos
extulerunt. P. Quàm tu porrò amplum
tumas? G. Admodum, & quidem multò
aliquādo ampliorem, vt homines qui in ſon
eſt, nulla hæreditaria contagione ſordidi
mati generarentur, vniuerſi eo comprehen
ſent. P. Capta es errore, in quo diutius
non oportet. Adeo vaſtus ac ſpatioſus nem
erat, ſiquidem hortus erat, & homines nati
quam nunc in illis cęleſte baptiſmi lauacrum
expertes, etiam extra illum habitauiſſent.
ego deſcriptionem commendationemq́ue
ius tripartitò diſtribuam, quando omnis
ſtantia profecta fuit potiſsimum è cæli pl
ſubiiciebatur: ex aquis per eum fluitantibus
pſa demum humo. Cælum eiuſmodi, quo
terræ anhelitus graue craſſumq́ue redderent
inprimis, ac verna quadam temperatione
æquabiliſsimum, & pacatiſsimum. Tamen
per quatuor tempeſtates ordinatim curſum
annus exigeret, nihilominus commutatio
ceſsioq́ue mutua moderationem & clementi
li huius neq́ue profligabat, neq́ue corrūpebat,
qua ratione imminuebat: quin potius vari
ciſsitudine haud iniucunda, & minimè
Quamobrē non illic iners & torpidū gelu,
ridus rigor nō amnes & torrentes frigoribus
ciātes, niuibusq́ue & pruina cōcreſcētes, vt in
bruma aut adulta hyeme, non ita tellus lub

*Vere nouo, gelidus canis cum montibus hum*
*Liquitur, & Zephyro putris ſe gleba reſoluit.*

non,inquam,tantus ac talis ibi humor, qualis quãtuſq; ſolet eſſe veris, non immodici calores æſtatis, non iniqua ſiccitas autumni:verùm hęc omnia,frigus,calor,humor,ſiccitas diſcordia concordiſsima miſcebantur, & ad illã mediocritatẽ ſingulæ temporũ vices quod habebant optimum, tanquã ſymbolas inſuper cõferebant: ver nẽpe quidquid amęnitatis,æſtas quidquid fœcunditatis,autũnus quidquid vbertatis, hyems quidquid otij, ſecuritatis,& quietis. Aberant tenebræ,caligines,nebulæ, nubes, venti,procellæ,turbines, fulmina, imbres, grandines:continua ibidẽ,& pura ſemper lucis claritas,cũ cæli facie ſereniſsima,& aſtrorũ electiorib. effectis. G. Laudatur Rhodos etiã ex eo, quod nullus præteriret dies,quin incolę ſolẽ viderẽt: at tuis ex verbis eam fuiſſe cæli in paradiſo conditionem intelligo,qua nulla poſsit cogitari melior,eamq; ſerenitatem, quã nulla vel ad horam nubiũ opacitas fœdaret,qualis ſupra orbem lunæ:vbi cælum nunquã nitere intermittit, vbi nullus auræ ſibilus nullum caliginis veſtigium, pura ac ſine permixtione omnia. P. Prorſus talis. Viridaria illa perennium riuulorum curſibus recurſibus ac mæandris irrigabãtur, quorum aquulæ vitro pellucidiores ad vmbilicos aliosq; verſicolores lapillos molliter alliſæ fractæq; dulciſsimè ſtrepitabãt, delicatiſsimisq; piſciculis complebantur, cum eſſent item potu ſuauiſsimæ ac ſaluberrimæ. Nam de quatuor fluentis illis celebribus per eiuſdem ſpatia properantibus ſilebo. G. Spectare coram & audire videor loquaces illas lymphas, & leni agmine labentes vndas plenis amnibus: ac ſine dubio aurum quoque & gemmas

gemmas vehentes, non minus quàm Herm
Tagus. P. Non minus. De terra iam audi
quam, etſi, Deo ita ſtatuente, homines col
tamen ea cultura nullum laboris ſenſum, m
amq; nullam habuiſſet. Nihil ea opimius
cundius prouentum rerum omnium nullis
data ſeminibus ex ſe fundebat: non ſolum
explendam neceſsitatem, verum etiam ad o
tionem ſolum pertinerent. Nihil noxium,
non ad vſum aliquem gignebat. Copiam q
alimentorum tam liberalem, vt optari lib
non potuerit: quorum quanta eſſet cum
gratia ſalubritas, & parandi facilitas, tibi
quam æſtimandum: nam ſingula diſſerere,
operæ.

*Flumina ibi lactis, & flumina nectaris ibant,*
*Flauaq; de viridi ſtillabant ilice mella.*

Oculos arborum viridantium, & multis p
quam ſunt hæ noſtrę pulchriorum lætiorum
tuum ramos onerãtium, fœtuum, inquam,
ſiſsimorum, & figurarum venuſtiſsimarum
& vitium populos altas maritantium, & in
rum purpuræ certantium, & tot plantariorum
rum quibus quaſi lætiſsimis coloribus hum
pingebatur, & gemmeis honoribus corona
ſpectus voluptate multa paſcebat. Auiculæ
uerſis & picturatis pennis viſum, liquitiſsim
tibus, quos tenui gutture meditabantur a
nem mirabiliter recreabant, lenibusq; aur
ſtrictæ arborum comæ placidùm murmur
Nares odoribus ambroſiis quos efflabant, a
ta, flores, & herbæ perfundebant. Guſtaui ſ

è ſaporib'
ad ſenſum
maceraba
morſus, n
bat. Nulla
incõmodu
citharã ch
lẽtes leger
florem iu
caſia & ſu
ibuiſſet m
broſa ilice
ciſsimos?
radiſo? P.
P. Etiam i
ſenſuum t
cibum, &
ipſam dixt
corpori ve
rò arboru
ſpecie ad i
inditum.
impertitu
tia admira
modo cor
tempus ex
morbo, a
quadam h
quitates v
erat igitur
quam med
ad eum qu

è ſaporib* gratiſsimis oblectatio carpebatur. Quod ad ſenſum tactionis attinet, non lædebat frigus, nō macerabat æſtus, non multipedū vermiculorum morſus, non muſcarū impudentia quenquā vexabat. Nulla tū nota fatigatio, nihil aſperum, durum, incōmodum ſentiebatur. G. Quàm iuuiſſet ibi ad citharā choros agitare, calathos implere liliis, pallētes legere violas, narciſſum & bene olentis anethi florem iungere, & mollia vacinia luteola caltha, caſia & ſuauibus herbis intertextis pingere? Quàm libuiſſet modo in tenaci gramine, modo ſub vmbroſa ilice iacere, & communicare ſermones amiciſsimos? An verò cuiuſq; generis arbores in paradiſo? P. Cur dubitas? G. Etiam infrugiferæ? P. Etiam illæ. G. Aliæ igitur ad delectamentum ſenſuum tantummodo, aliæ ad ſumminiſtrandum cibum, & delectationem ſimul valebant. P. Rem ipſam dixti: nam ibi nihil deſiderabatur, quod vel corpori vel animo gaudium generaret. In illa porrò arborum multitudine eminebat dignitate, & ſpecie ad intuendum peruenuſta, cui Vitæ nomen inditum. G. Quam ob cauſſam hoc nominis illi impertitum? P. Quod eius poma vi & efficientia admiranda eſſent. G. Qua tandem? P. Non modo conſeruandi, verùm etiam in longinquum tempus extendendi vitam hominis, eumq́; nullo morbo, aut ſenectute extabeſcentem in continua quadam hilaritate ad plurimas ſæculorum longinquitates vigentem florentemq́; præſtandi. G. Non erat igitur alendo ille fructus. P. Non, ſed tanquam medicamentum, vt intermiſsis temporibus ad eum quem dixi finem adhiberetur. G. Quouſq;

vitam homines illius beneficio retinuiſſent! octo aut decem annorum millia. G. Diu magna. Quid illis factum eſſet poſtea? nulla pe vis mortis eos perimere potuiſſet. Nec nec corpus illorum vllius finis particeps, cu nium æuorum perpetuitate proceſsiſſet. P. licioris vitæ rationem, in cælum viuos va conditor ſecum deinceps æternùm victuro ſtuliſſet. Illi autem arbori alias ſimillimas uiſſet, ſi parentes primæui caſtos ſe integros uaſſent, atque ita ſobolem nulla paterni cri macula infectam propagaſſent: tot namque bus capitum vna haud ſuffeciſſet. G. Qu horto ipſo fuerúntne animantes? quanqu auibus & piſcibus iam pronunciaſti: ſed de drupedibus & reptilibus interrogo. P. M fuerunt, non tamen vti nunc, capitalibus in tiis diſsidebant, nec ſeſe dilaniabant, victu terra ſummittebat contentæ. Non lupus ag niciem machinabatur, non leones armenta uadebant, non aquila cygnum, nō canis fele ſequebatur, non accipiter columbam inu Nondum miluo bellum naturale cum coruo rum alter alteri vbicunq; nactus eſt oua co Nullum animal alteri nocebat, nullum hom nutum non parebat. G. O voluptates, qu recidiſtis? P. Euanuerunt, manentibus im manſuris, quas illę vt imagines quędam im tur, & quaſi prænunciabant. Eſt enim aliu liorq; paradiſus, ad quem non pedum itine animorum paſsibus feſtinandum eſt: etſi niſi poſt flexas huius miſerabilis vitæ metas p

nitũr, è quo nemo exturbabitur. G. Permitte mihi quoqũe meo modo bona horti huius, veluti adhuc extantis percurrere, & quam cœperim ex ore tuo voluptatem, quantumq́; ad cognitionem paradiſi profecerim, verſibus teſtari. P. Certum eſt non aduerſari: lauda prodigè. G.

*Eoi ſalue pars formoſiſſima mundi,*
*Nobile ſupremi ſalue opus artificis.*
*Aſſyria omniferi ſaluete in finibus horti,*
*Ruraq́; præcipuis accumulata bonis.*
*Grãdia conamur tenues expromere: nam vos*
*Nulla ſat egregio carmine Muſa refert.*
*Vos fugiunt venti, fugiunt vos nubila cæli,*
*Nec Paradiſe potes noſcere quid ſit hyems.*
*Lumine te aſſiduo veſtit largiſſimus æther,*
*Attamen æſtiferis ſolibus vſque cares.*
*Sidere mutato haud tempus variatur apud te,*
*Perpetua veris commoditate places.*
*Et parit, & nullos tellus tua poſtulat imbres,*
*Purpureos laxans ebria rore ſinus.*
*Et nobis quæ vix totus produxerit annus,*
*Fœnore tibi magno menſtrua dat breuitas.*
*Semper habes nemorumq́; comas, & amæna vireta,*
*Flore nouo ſemper picta renidet humus.*
*Lilia cumq́; roſis, & cum narciſſo hyacinthi,*
*Decerptæ nullis vnguibus & violæ.*
*Illic & redolent immortales amaranthi,*
*Dein alij, quorum nomina ferre labor.*
*Spirat ibi molli quoque mollis amaracus vmbra,*
*Et myrrha, & nardi copia multa viget.*
*Copia multa thymi, qualem non nouit Hymettus,*
*Roſida mellificis pabula virginibus.*
*Nec dēſunt pendere tibi de matribus vuæ,*
*Cernitur & baccis arbor onuſta ſuis.*

*Sunt & odorifero ſudantia balſama ligni,*
*Cinnama, puniceí mollia fila croci,*
*Sunt illic quæ thurilegis dat fama Sabæis,*
*Quæque alijs nondum germina vidit ag*
*Diuinis auium feriuntur cantibus aure,*
*Par facere vt nunquam barbita docta q*
*Hic philomela ſtudet ſub ramis arboris al*
*Gutture vocali continuare melos.*
*Flatu impulſa leui pergratum ſylua ſuſurr*
*Arboreas crepitans ventilat aura com*
*Indociles curruntq; vias per gramina lym*
*Languidulosq; vocant murmure ſomn*
*Non rabies tigrim, non fuluos ira leones*
*Concitat inualidas dilacerare feras.*
*It lupus inter oues, non miſcent prælia tau*
*Non eſt vulnifico dente timendus aper.*
*Neſcit adhuc medios ceruus tranſmittere*
*Dum tergo inſequitur vis violenta ca*
*Perſultare pecus vidiſſes pabula læta,*
*Perq; eadem paſci pratula pacificè.*
*Cum canibusq; ibant conſueta ad pocula*
*Audebant ſeſe iungere gryphes equis.*
*Illecebris tantis mentes perculſa nouella,*
*Armenta inſolitis luxuriare modis.*
*Ludebant teneras nimium laſciua per he*
*Inque vicem ad requiem corpora feſſa*
*Vberibus plenis manabat lacteus humor.*
*Ampla voluptatum tu Paradiſe domu*
*Terrarum, heu, quondã ſplendor, decus,*
*Heu, hodie præter nomen inane nihil.*

# ANNOTATIONES.

PARADISVS) *Perſicum eſſe vocabulum paradiſus, non græcum (vt item alia nonnulla huius barbaræ linguæ in græcum latinumq́; ſermonem per conſuetudinem manauerunt) affirmat Iulius Pollux lib. 3. Explicatur autem hortus ſeu ager conſeptus, ac diligenter conſitus arboribus ac plantis omnis generis. Præterea viuarium, id eſt locus ſeptus, in quo feræ viuæ paſcuntur, qualia oblectationis venationisq́; cauſſa videmus habere Principes, germanicè* thiergarten. *Quoniam itaq; hortus iſte, in quo primum patrem, primamq́; matrem noſtrûm Deus locauit, omnigenis arboribus & animalibus refertus fuit, non abſurdè paradiſi nomine ſignatus eſt. Ergo nos paradiſum, cuius mentio cap. 2. Geneſ. feſtiuitate quanta potuimus deſcribere laborauimus, atque ita egimus, quaſi is verno tempore conditus eſſet, quod eruditiſſimis Theologis placuiſſe non ignoramus: cum tamen ſuperiore dialogo mundum autumno ex aliorũ item Theologorum ſententia effectum docuerimus. Nos enim nihil affirmandi ac ſtatuendi, ſed delectandi potius, ſermonisq́; tradendi cauſſa dicimus: quo reſponſo videmur omnem, quæ de rebus ipſis per volumina mea tractatis intendi in nos poterat calumniam effugiſſe.* QVAM ALCINOI, QVAM HESPERIDVM, QVAM SEMIRAMIDIS) *Hortos Alcinoi Regis Phæaciorum, ſeu Corcyræorum cantat eximiè Homerus Odyſſ. 7. In his arbores nunquam non grauatæ fœtibus: quippe cum prioribus iam maturis, no-*

*ui ſemper ſubnaſcerentur.* Eoſdem celebrarunt *alij.*

Stat. lib. 1. Syluarum.

*Quid bifera Alcinoi laudem pomaria, vosq;*
*Qui nunquam vacui prodiſtis in aëra rami!*

Ouid. lib. 3. Metam.

*Proxima Phæacum fælicibus obſita pomis*
*Rura petunt.*

Propert. lib. 3. eleg. 2.

*Nec mea Phæacias æquant pomaria ſyluas.*

Iuuenal. ſat. 5.

*illa iubebit*
*Poma dari, quorum ſolo paſcaris odore,*
*Qualia perpetuus Phæacum autumnus hab*

*Heſperides Heſperi Atlantis fratris filiæ fuerunt,* *nomina Ægle, Arathuſa, Heſperthuſa.* *Ha*bu*iſſe inſignes dicuntur in Mauritania, in quibu* *nirent mala aurea, quæ à peruigili dracone cu* *tur, cuius rei meminit Virgil. 4. Æneid. Hac* *cone interfecto, monſtrorum ille domitor He* *puit, & ad Euryſtheum detulit. Cætera Nata* *Mythol. lib. 7. cap. 7. & Diodorus lib. 5. Fe* *magnis laudibus horti penſiles apud Babyloniam,* *miramidis, & à nonnullis inter 7. orbis miracul* *ſentur.* PER QVATVOR ANNI TEMPESTATE *lè Varro hæc quatuor anni tempora à muſico in* *to petita ſimilitudine tetrachordum appellauit.* *in Autumnitas.*( CVI VITÆ NOMEN INDIT *alia fidei noſtræ myſteria cum eſſent à priſcis*

*libris noſtris, vel auditione accepta, fabulis & mendaciis corrupta ad poſteros peruenerunt: ſic credibile ſit, hoc etiam de arbore vitæ, cuius fructus comeſus immortalitatem daret, à poëtis veteribus cognitum, tranſlatumq́ ad fabulam de nectare & ambroſia: quorum hanc deorum cibum, illud eorundem potum eſſe nugantur, & ambobus inſitam vim propulſandæ in perpetuum mortis, conſeruandæq́ iuuentutis.* Celebrata eſt etiam *herba nepenthes, quæ iniecta potioni triſtitiam omnem diſcutiat, & mœrorem exhauriat. Vide Plin. lib. 25. cap. 2. & lib. 21. cap. 21.* NEC SESE DILANIABANT) *Animantes ante diluuium iis quæ è terra ſurgunt victitaſſe, nec fuiſſe carniuoras quaſdam & immanes, ſenſerunt inprimis Beda & Baſilius, eandemq́ opinionem, vt diuinis literis, & ſanctorum Patrum doctrinæ conſentientem amplectitur doctiſſimus Pererius Comment. in Geneſ. lib. 4. Iam quod Plin. præfat. lib. 7. ait, cætera animantia in ſuo genere probè degere, congregari, & ſtare contra diſsimilia: leonum feritatem inter ſe non dimicare, ſerpentum morſus non petere ſerpentes: ne maris quidem belluas ac piſces, niſi in diuerſa genera ſæuire: quod ſimiliter Horat. Ode 7. Epod. dum in Romanos bello ciuili mutua ſe cæde mactantes inuehens, exemplo eos ferarum abſterret,*

> *Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus*
> *Vnquam, niſi in diſpar genus.*

*de hoc, inquam, videndum eſt accuratius, quàm ſit ex veritate: cum neminem lateat, de paſtu & Venere ea in*

*eodem etiam genere acriter concurrere. Et ſu[n] nulla tam crudelia, vt ipſam naturam odiſſe[…] tur, quando aut parentes, aut cognata, aut e[…] creata interimunt. Exempla notauit Brodæu[s] capite 28.* NON ACCIPITER COLVM[…] *Accepto malo vnumquemque cautiorem fieri, […] pere, prouerbiali figura monet. Ouidius lib. 1. Tr[…] leg. 1.*

*Terretur minimo pennæ ſtridore columba*
*Vnguibus accipiter ſaucia facta tuis.*
*Nec procul à ſtabulis audet diſcedere ſi qua*
*Excuſſa eſt auidi dentibus agna lupi.*

EVANVERVNT) *Terreſtrem paradiſum hu[…] lum eſſe, idque nec rationi, nec diuinis litter[…] contrarium, aliquot argumentis non inualidis c[…] Pererius lib. 3. in Geneſ.*

# PROGYMNAS[MA] OCTAVVM.

## *Protoplaſti.*

*ANGELI CVSTODES, HOMINE[S]*

ANGELI. Ecquid, ô clientes cogna[…] ſtri, de primæuis auctoribus hum[…] gentium, à quibus tantum gradati[…] piſtis patrimonium dignitatis, quomodo [..] les fuerint narratiunculam exoptatis? H. N[…]

rò ita, ô patroni, vt æquè adhuc nihil. Quid enim poteſt cuiquam accidere optabilius, quàm audire de progenitoribus ſuis? ſed de parentibus parentum omnium multò erit, vt ſpe præcipimus, amabilior acceptiorq́ auditio: & vobis, vt in re præſenti teſtibus præſentibus auctoritatem fidemq́ multò plurimam tribuemus. A. Quod in mundana molitione vltimus homini locus deſcriptus eſt, volumus vos omnem, ſi qua eſtis capti, admirationem ponere. Exordium duxit à cæleſtibus corporibus opifex, fine facto in homine quieuit: quia initium & extremum iis dare voluit, quæ in vtrauis ſenſilium ſpecie, intereuntium nempe ac permanentium optima eſſent atque perfectiſſima: quò prima cum poſtremis, à quibus media apta penderent, amicitiæ & affinitatis quodam quaſi fœdere conſociarentur. Eſt nimirum quoddam cælum puſillum homo, cui collucent intus tanquã ſtellulæ ex virtutum contemplationibus, artiumq́ diſciplinis acquiſitæ naturarum plurimarum imagines. Illa etiam de cauſſa nouiſsimè ſuſcepta eſt hominis effectio, vt cum inter animantes repente apparuiſſet, terrorem iis reuerentiamq́ afferret: quò primo ſtatim intuitu perculſæ, moderatorem atque principem ſuum agnoſcerent, & eius imperia volentes ac venerabundæ faceſſerent. Præterea domicilium ipſi poſterisq́ extruere prius oportebat, cum omni inſtrumento eoq́ lautiſsimo. Hoc autem eſt mundus iſte tot rerum diſcriminibus quàm decentiſsimè inſtructus & ornatus. Cum ſit inſuper mundi epitome homo, ante magnum quàm paruum mundum condi debuiſſe haud ne-

gabitis. Denique poſtquam architectatus e
naturas,quæ ſola intelligentia percipiuntur,
ipſæ ſunt intelligentes,tum eas quæ ſenſus m
& à corporea mole non ſeiunguntur : quaru
ob ſimilitudinem quadam cum eo neceſsi
copularentur : hæ quamuis procul ab eode
iungerentur, quò manifeſtius præberet ma
centiæ ſapientiæq́; ſuæ documentum,ex vtro
turæ genere admiſtum & conflatum aliquid,
corporatorum & aſpectabilium,ſenſumq́; o
fugientium rerum vinculum atque nexum e
uit. Quid igitur incæptat? Vt cogitabundu
ante in conſultatione poſita (id quod arduis &
peditis in negotiis conſuetudo communis eſ
tat) ad hoc operis moliendum ſeſe conuert
pus abſolutiſsimum, præſtantiſsimum,poteſt
ac prouidentiæ ſuæ ſingulare monumentum,
tiſsimumq́; teſtimonium. Non ait, fiat homo
modo dixerat, fiat firmamentum, fiat lux:
ius quiddam auditis: ſua enim ipſius manu
veſtrum corpus fingere dignatus eſt. Non
quam angelorum id mandauit, ipſe ſibi hoc
poſcit. O miraculum. Sol fit, nec deliberati
recedit : cælum corpus nobiliſsimum ſolo
conditur: nec vnde, aut quonam modo tan
gulare opus effectum ſit memoratur. Sic ſi
aër, mare, terra, animantes, omnia deniq;
bo ad ortum cientur: ad ſolius hominis effe
nem cum conſilio effector accedit, & mater
eam rem comparatur, & ad diuinitatis pul
tudinem ſpecies eius naturaqúe accommod
& finis ob quem condendus ſit exprimitur.

indici animantis dentem, non ſapphirum aut ſmaragdum, ſed abiectum ac deſpicabile quiddam, pedibusq́ue conculcandum, terræ glebam ſumit, è qua vt artifex ſcientiſsimus arte permira, & cogitatu effatuq́ue perdifficili, tam honeſtum, tam formoſum, tam eximium, tam admirabile plaſma corporis humani componit & efformat, cui animum conſilij mentisq́ue participem cum inſertaſſet, hominem ſuæ ſibi excellentiſsimæ præſtantiæ ſimillimum perfecit. Quin hoc amplius: iterum iterumq́; humano ſchemate velatus, ſe in oculos vtriuſque plaſmatis ingeſsit, ſermonesq́ue cum ambobus ſerere ſuauiſsimos & amantiſsimos non eſt dedignatus: quo maximè modo amorem ſuum immenſum erga vtrumque demonſtrauit, & contra ad ſe diligendum vehementer accendit. Angeli quoque iiſdem ſeſe ad conſpiciendum & ad colloquendum dederunt. H. Quanquam neque patris omnium noſtrûm, neque genetricis origo nos fugit, nihilominus cæleſti lingua, condocefieri, etiam in notis, haud nihil eſt. A. Poteſtis ne dicere, quam ob rem ſua DEVS imagine parentem veſtrum, & per illum vos omnes impertiuerit? H. Quî poſſemus imperiti & prophani? A. Tenuit morem regium. H. Quem illum? A. Si exædificaret ciuitatem rex quiſpiam, in eius medio electa è materia fabrefactum ſimulacrum ſuum loco celebri ſtatueret, vt conditorem indigenarum conuenarumq́; nemo non agnoſceret. Sic ipſe ampliſsimam hanc elegantiſsimamq́; ciuitatem cum ædificaſſet, in eius meditullio ſuam effigiem palàm ſpectandã propo-

ſuit

ſuit in homine, qui inter res procreatas m
eſt locum conſecutus: vt ex eius conſider
ipſius magnitudo opificis perſpiceretur. A
præterea vniuerſis hominem in honore hab
luit. Nam quid æquè honorandum vt imag
ditoris omnium? Itaq; ſeruire vobis nec noſ
in quorũ ſalute curanda, noſter labor omn
omnis, & ſtudium omne conſumitur: nec a
aut tellus, aut naturę ſentientes, aut aliud qu
non commodat hominibus, qui ſi in ſceler
neq; cacodæmones in reos dare impetum
maximopere in optatis habent, nec res vll
catorem violatum vlciſci audet. Vt porrò,
tanta animalium diſtinctione nullum Ad
mile inueniretur, quo cum is familiariter
concorditerq; in omne tempus viueret, D
uam illi ſociam procreauit: ad eundem m
rebus corporeis omnibus iam conſtantibus,
niam diuina ſimilitudo in earum nulla re
nec reperiebatur cum qua Deum coire am
& deuincire ſe familiari conſuetudine dece
minem finxit, qui cum voluptatem caperet
mutuùm amaretur, quemq; beatitudinis ſu
ſortem decerneret: deliciæ enim illius eſſe c
liis hominum. H. Oppidò magnum inter D
nitatem maleuolorumq; inuidentiam diſcr
Nam ſi vel diuitiis, vel potentia, vel nobilita
honoribus, vel alio quocunque bono emin
neminem ſibi parem tolerare queunt. A. D
generata ſubiiciamus. In hortum præparatu
in palatium magnificũ tranſlatus Adamus, ſo
gus erat: quæ ſolitudo tum ob alia, tum ob ſ

progignendá, qua homines proſeminarẽtur ſeruarenturq́, bona & vtilis ei non videbatur. Etenim cùm homo naturâ ſit animal congregabile & communitatis appetẽs, liquidò animaduertitur, quàm eſſet illi moleſtum futurum, vitam licet in ſumma cõmoditatum affluentia ſocietatis expertẽ agitare. H. Alios mares, & complures fabricaretur Deus: cur muliebri commercio potiſsimùm Adamus indiguit? A. Quia cum eſſet caput, radix, fons ve-ſtrûm omnium, ex quo populi gentesq́ ceu innumerabilia flumina deriuari debebant, illa deriuatio propagatioq́ niſi generaret, ipſum autem generare ſine vſu fœminæ confieri non poterat: quam eandem (vt dignitatem æſtimetis) non minus atque virum, velut conſultò ac deliberatò formauit. Faciamus, inquit, ei adiutorium ſimile. Fecit autem è latere Adami, quem ſomnus fuerat complexus, non è pedibus, non è tergo: quò is noſceret, ſociam & adiutricem ſibi, non ſeruam & mancipium tradi. Redundarunt verò tum corporis tum animi ornamentis ambo maximis & ſplendidiſsimis, extiteruntq́ in vtraque parte ſui adeo nobiles atque pulchri, vt nulla quæ aliquando inuenta eſt inter homines deinde progenitos vſque ad hanc diem pulchritudo, in comparationẽ cum illis venire queat. Mulier æquè ac vir ad imaginem Dei facta eſt. Eadem in vtroq; naturæ præcellentia, ſimilis virtus, eadem præmia, eadem ſupplicia vtrique conſtituta. Eiuſdem conditionis vtriuſque anima: ſed animarum diſcreta velamina, quia diſcretus ſexus. Vos quidem hominum conceptu generamini, illi diuino ſatu ſunt editi: quare quo præ-

præſtantior eſt auctor, eo laudabilius exiſt
ceſſe eſt opus. Cæterùm vt in animalibus, vt
gibus, vt in rebus naturę ſubiectis, recẽtia &
tia veteraſcentibus ac marcentibus antecellu
generis veſtri vim potiſsimam, & ſuprema
cellentiam in duobus illis principiis ac pr
bus fuiſſe, poſteritatemqúe continuata ſuc
ne magis magis ab ea defeciſſe creditote.
plaſtarum pictorumq́ operibus ſemper mi
ſtendunt artis & elegantiæ, quæ ad propoſit
emplar finguntur ac depinguntur: efficit
cunda imago deterior prima, & ex ſecund
ita tertia, & ex tertia quarta: quoque lon
prototypo diſceditur, eo imperfectius ei
perfectio imitando exhibetur. Tale aliquid
in magnete obſeruaſtis. Qui primus ad eu
reus annulus admouetur, quàm fixus adh
At qui poſtmodum ad hunc admotum aliu
tanta vi ab annulo priore, quanta ille à lapi
tinetur: lentiùs à ſecundo tertius, ſegniu
ſum à tertio quartus, atque ita deinceps ſer
giſsima, per quam vna ſanè poteſtas ferr
ſe trahit & cohibet: non tamen ita validè
quentibus, vt in primis, præſertimq́ in ipſo
gnete. Debilitatur enim virtus, & quò ab
ne longius ſeſe porrigit ac diffundit, eò mag
ſim carpitur & exhauritur. Similiter cùm h
nes hominibus, vt folia foliis per tot interua
culorum ſucceſſerint, tum corporis tum anim
res atque decora paulatim velut attrita, ac
ſenectute confecta cernuntur. H. Hoc mi
tis ſuperq́ ſentimus quotidie. Quid ſi mund

nis adhuc mille extaret? A. Formatum eſt præterea corpus Adami è terra recenti, & ab aquis ſeparata penitus, atq; ob id pura ac ſincera, è qua non niſi purum ac ſincerum aliquid extruendum erat. Nec idcirco tamen è quauis terræ particula, ſed vndiquaq; lectiſsima atque optima, & tanquam excolata, puriſsimo & nobiliſsimo habitatori, animo nempe diuino domus ſeu templum eſt excitatum. Quod ſi artifex probatiſsimus & ingenioſiſsimus fuit, vt planè fuit, vtique artus ſingulos numeris ſuis concinnauit, atque vt ad vnam & præclaram figurā aptis dimenſionibus proportionibusq; congruerent, operam dedit. Ad quam figuram & ſymmetriam cum eximia coloris ſuauitas acceſsiſſet, nihil ad conſummatæ pulchritudinis laudem deſiderari potuit: nec ad corporis decorem ornatumq; vllis tum veſtimentorum nitoribus, non ceruſſa & purpuriſſo, non armillis, torquibus, gēmis, monilibus, annulis aureis opus erat, quæ omnia ſtupeſcendum illud in primo viro, primaq; muliere membrorum ſcitiſsimorum decus, & incredibilem compoſitionis venuſtatē potius dedecoraſſent, ac inuenuſtam & indecoram omnino reddidiſſent. Quæ enim de Adami forma dicuntur, de forma Euæ item interpretanda ſunt, quæ artificem eundem habuit, & pulcherrima è pulcherrimo fabricata prodiit: cumq; ipſa eſſet ſexus ſui princeps exemplar, & coniux donanda viro belliſsimo, eam pariter eſſe viridiſsimo flore conueniebat. Parem verò præſtantiam obtinuiſſe vtriuſq; animū dubitare quî poteſtis, cum archetypon adeo egregiū perfectūq; cernatis? in quo errare, aut min⁹

omnia conſequi quæ vellet, non potuit o
mitatio, qui hanc imaginem è ſua imagine
nu ac penicillo, ſed verbo tantum expinxit.
ma tum amborum ſimplicitas, candor, in
innocentia: vt & mens Deo, & ſenſus ment
pus animo obedientiſsimum ſe præberet.
bationes, motus à ratione auerſi, immod
petitus nulli: pax, quies, tranquillitas reg
Probationem deſideratis? nudi in paradiſ
bant, inerat vtrique ſpecies quæ auguſtiſsi
poteſt: nihilominus nec nuditas, nec alter
ctus Venereas cogitationibus flammas ſub
Rerum omnium diuinarum humanarumq;
tia Salomonem anteibant, ſanctitate & iuſti
decorati. Quid multa? nihil in terris eo ſtat
vterque à principio tenebat, vel ad digni
plitudinem magnificentius, vel ad volupt
lectationem iucundius, vel ad copiam be
cumulatius, vel denique ad omnem hom
luntatem & cupiditatem optabilius & be
poterit. Verùm hæc fuerunt. H. Fuerun
dicendum eſt iterum, fuerunt: ſua enim cu
tis opibus ſunt ſpoliati, & nos necdum ed
eaſdem clades præcipitauerunt, quibus ſe
ſe indigniſsimè perdiderunt. A. Quandoq
ergò Deus Euam condiderat vt Adami ſo
conſortem, propter ineundam coniunge
hanc inter eos inuiolabilem ſocietatem, &
vitæ communionem, ad illum eam deduxit
ſoq; ipſemet ſponſam ſuam de manu in ma
didit, huiusq; ſanctiſsimi coniugij concilia
inſtitutor eſſe voluit. Quinimmo vt aman

pater filios chariſsimos amplexatus, omniaq; fauſta apprecatus, præcepit illis inire matrimonium, procreare dulciſsimas liberorum ſtirpes, extendere genus, progignere populos, obtinere mundum, imperitare ac præeſſe rebus. Sed Adamum ſomno iam perfunctum, quibus, quàm blandis oculis Euam intuitum arbitramini? Subitò eam ex ſe productam agnouit, & amore perenni complectendam ſibi vt vxorem, & adminiſtram ſuam iudicauit, cum in hæc verba linguam ſolueret. *Hoc nunc os ex oſsibus meis, & caro de carne mea. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem*, noſtis cætera. Mulier quoque, dici nequit, quàm placidò lumine virum obiecit, quamq; lætabunda ſuum in eo initium recognouerit, & quàm ſe ad illum toto pectore adiuuandum fouendumq; inclinatam ac propenſam ſenſerit. H. O caſtiſsimas & illuſtriſsimas nuptias, quas ſempiternus pater inter duas creaturas creaturarum corporatarum dominas, inter virgines, & terreſtres angelos (propter animos nimirum nulla adhuc libidine furentes, & quarumuis rationi non obtemperantium commotionum expertes) ad genus hominum perpetuandum ſua voce mandatoq; ſanxit. O nobiliſsimas nuptias. Ipſe DEVS pronubus ac paranymphus, paradiſus thalamus, los vniuerſus orbis. A. Ridebat cælum, plaudebant ſidera, gratulabantur elementa, tellus gaudio geſtiebat. Noſtra caterua quæ iam tum cuſtodiæ gubernationiq; hominum naſciturorum addictam & conſecratam ſe audierat, & ex eo iucunditatem permagnam accipiebat, deſponſationem iſtam, & percuſsionem fœderis connubialis ab alto deſpectans

ctans & admirans triumphabat, canticꝗ hil
mo epithalamium modulabatur. H. Cæleſt
epithalamium veſtrum iteratote nobis, ſi
mur: vt antiquæ illius lætitiæ veſtræ parti
vel nunc deguſtemus. Quidni, ô Deum im
talem, illis nuptiarum ſacris recogitandis exu
mus, ſine quibus nullæ nuptiæ, atque ita nul
mines. Si nulli homines, nullus mundus
propter homines mundus. A. Concedemu
tioni, & qua tum cæleſtium ordines, eadem
phonia aures animosꝗ veſtros deliniemus.

# EPITHALAMION AN LORVM TVTELARIVM, IN NVPTIAS ADAMI ET EV *parentum humani generis.*

*IAm cælum terrasq́ Deus, camposq́ liquentes*
*Et varias ſtirpes, & naturas animantum*
*Condidit, & quæcunq́ eſt illum hortata volun*
*Huius at effigies ſolis incluſa duobus*
*Maiores mundo, & rerum dedit eſſe potentes.*
*Vnus & vna tamen numerus breuis, & decu*
*Per latos quondam populos diffundere viſum*
*Ergò ſerenatam vinctus diademate frontem,*
*Totus & in dulcem altiſonans reſolutus amo*
*Cernite vti natis connubia læta creandis*
*Imperet, atque ambos æterna in fœdera mitta*
*Coniugium canimus, ſponſum ſponſamq́ cana*
*Hoc agit ipſe Deus, dulci diteſcite partu,*

*Et ſeritote almas fœcundo ſemine gentes.*
*Accipe formoſam tæda fælice puellam:*
*Dedere præſtanti præſtans ô nupta marito.*
*Arduus exultat repetitis plauſibus æther,*
*Aſtrorumq́; chori facto gratantur ouantes.*
*In numerum ludunt animalia capta lepore,*
*Annuit inque vicem concuſſis frondibus arbos.*
*Coniugium canimus, ſponſum ſponſamq́; canamus.*
*Veridicum oraclum, quod nulla redarguat ætas*
*Pandimus, ô magni fortunatiq́; parentes.*
*Naſcetur ſeries de vobis longa nepotum:*
*Secula diſcedent, ſuccedent altera ſecla,*
*Nec ceſſatura eſt hominum ſe dia propago*
*Spargere per terram, & patuli ſuper æquora mundi,*
*Coniugium canimus, ſponſum ſponſamq́; canamus.*
*Poſteritas perſæpe ſua ſub imagine numen*
*Cernet, & alternis dabit accipietq́; loquelas.*
*Namq; genus veſtrum incenſo Deus ardet amore.*
*Ipſe olim humanos non aſpernabitur artus.*
*Coniugium canimus, ſponſum ſponſamq́; canamus.*
*At nobis iam nunc Genitoris maxima cura,*
*Hoc voluit proprium, vt vigilet cuſtodia ſemper*
*Noſtra ſuper veſtros quocunq; in tempore natos,*
*Quemlibet è ſuperis ſtipabit & vſque miniſter.*
*Coniugium canimus, ſponſum ſponſamq́; canamus.*
*De latere ergo tuo fabricatam hanc dilige, par eſt,*
*Tota ex te pendet, toto te pectore Adame,*
*Toto animo, & totis eſt te complexa medullis,*
*Coniugium canimus, ſponſum ſponſamq́; canamus.*
*Tu quoq; fac præſtes quæ ſunt tua munera virgo:*
*Teq; illo genitam memor eſto, & adhære, & ab omni*
*Commiſſum tibi parte tuum venerare maritum.*

# ANNOTATIONES

PROTOPLASTI) *Primùm ficti & forma*
*Græcis Patribus appellatur. Adamus autem*
*doreto* πατὴρ τοῦ γένους ἡμῶν, γενάρχης, προπάτω
*ceps, auus, ſeu progenitor, ſeu auctor generis noſtri.*
ENTES) *Dicebantur clientes liberi homines, qui*
*licuius fidem & patrocinium conferrent, à quo*
*periculo capitis fortunarumq́ ſuarum defendeern*
*quem viciſsim omni honore & obſeruantia colon*
*ſule Gellium lib. 5. cap. 13. Priuatam clientel*
*vnius familiæ intelligimus. Hoc enim ius neceſ*
*gentilium quoque erat, & ad agnatos atq́ gentil*
*bat. Cic. pro Roſ. Amer. Nam cum multos v*
*maioribus Roſcij patronos hoſpitesq́ haberent,*
*colere atque obſeruare deſtiterunt, ac ſe in Chry*
*dem & clientelam contulerunt. Fuit alia clien*
*blica, de qua in Pand. multa Budæus, ego perp*
*transferam. Moris fuit apud antiquos, vt pr*
*les & ſocij pop. Rom. in clientelam ſeſe darent*
*Romanis, quos patronos ſibi adoptabant non mod*
*cè, ſed etiam priuatim, iiq́ vt clientes eorum d*
*inter ſe verò hoſpites. Ferebat autem id huius*
*ceſsitudo, vt clientes perpetuò patronorum ſuoru*
*cinio caput ac fortunas ſuas tuerentur, viciſſim*
*tronos ſuos omni obſeruantia atque obſequio*
*tur. Cic. in Diuinat. Clariſsimi viri noſtra*
*temporibus optimis, hoc ſibi ampliſsimum pulch*

*ducebant ab hoſpitibus clientibusq́; ſuis, ab exteris nationibus, quæ in amicitia ditioneq́; pop. Rom. eſſent, iniurias propulſare, eorumq́; fortunas defendere. Ibid. Scit. hoc C. Marcellus: ſcit hic quem adeſſe viduo Lentulus Marcellinus: quorum fide atque præſidio ſiculi maximè vtuntur: quod omnino Marcellorum nomini tota illa prouincia adiuncta eſt. Dicebantur autem illi conferre ſe in fidem ac clientelam patronorum, patroni autem clientes in fidem recipere. Huc vſq; Budæus. Addamus quædam de proprietate vocis ex Cornelio Frontone Grammat. Comes iter facit, Aſſecla ſequitur potentiorem, Sodalis adoleſcentiæ nomen eſt, Cliens implorat opem & fidem. Ita comes tutus, aſſecla officioſus, ſodalis amicus, cliens ſummiſſus. At enim cum cliens viro et fœminæ commune ſit, Horatius tamen genere muliebri clientæ extulit, vt eruditi legunt Ode 18. lib. 2.*

*Nec Laconicas mihi.*
*Trahunt honeſtæ purpuras clientæ.*

*Plaut. item Rud.*

*Bene factum, & volupe eſt, hodie me his mulierculis*
*Tetuliſſe auxilium: iam clientas repperi.*

*Et Milite.*

*Habeo eccillam clientam meam.*

*Sic apud Terent. Eunucho eſt gracilæ, pro, graciles quemadmodum alia id genus apud alios.* O PATRONI) *Quoniam cliens & patronus inter ſe conferuntur, & ſub eandem rationem cadentia ſunt, quod genus contrariorum Dialectici* τὰ πρός τι *vocant, neceſſe non eſt, quæ patro-*

*no ſubiecta ſit vis, hoc loco declarare: vna enim hu-neris vox alteram declarat. Refertur etiam patro-libertum: præterea ad reum, ita vt docet Aſconius, hæc ſunt. Qui defendit alterum in iudicio, aut Pa-dicitur, ſi orator eſt: aut Aduocatus, ſi aut ius ſug-aut præſentiam ſuam amico commodat: aut Procu-ſi negotium ſuſcipit: aut Cognitor, ſi præſentis c-nouit, & ſic tuetur vt ſuam.* SENSILIVM SPE-*Cur loquimur voce barbara ſenſibilis, cum Latina promptu ſenſiles ſenſile? pro eo, quod ſenſu percipi-quod ſub ſenſum cadit, quod ſenſum mouet, qu-cietur: ſeu quod ſentit, quod ſenſu præditum eſt, qu-obtinet ſentiendi quæ græcis* αἰσθητὸν, & αἰσθητι-*ibit vtentibus Lucretius.* CVM OMNI INSTRV-TO) *Propriè inſtrumentum in eo ponitur, quo-tur ad opus aliquod efficiendum. In eo ſimiliter, q-mus, fundus, taberna & alia inſtruuntur, in omn-quam, harum rerum apparatu, ac ſuppellectile. in Verrem. Apronianus in eorum arationes veni-inſtrumentum diripuit, familiam abduxit. In L-Tantus ergo Imperator in omni genere belli fuit, oppugnationibus, naualibus pugnis, totiuſq; belli-mentis & apparatu, &c. Translatè eſt, quo ad-am vel aſſequendum, vel comparandum, vel adu-ius vſum vtimur. Cic. in Catil. Cum induſtriæ atque inſtrumenta virtutis in libidine audaciaq; merentur. In Bruto. Quidquid habuit, habuit ciplina: inſtrumenta naturæ deerant. Capitur*

mine interdum monumentum ſcripturarum ad res geſtas vel teſtificandas, vel poſteritati tranſmittendas pertinentium. Ex quo nonnulli, etiam Theologi, vetus & nouum inſtrumentum vocant quod alij vetus & nouum teſtamentum. NON INDICI ANIMANTIS DENTEM) Vt corporis vaſtitate & forma reliqua multum diſtat ab aliis animalibus quadrupedibus elephas: ſic in eo quoque, quod ei cornua ex ore erumpunt: nam cornua eſſe, quos dentes nos putamus, argumentis probare nititur Pauſan. lib. 5. HVMANO SCHEMATE) Schema eſt habitus ſeu veſtitus, cultus, habitus, ſeu ſpecies oris, & geſtus, perſona, ſpecies, forma, figura. Sunt & Rhetoribus ſua ſchemata, quæ diuiduntur in λέξεως καὶ διανοίας, verborum & ſententiarum, Cic. quaſi quoſdam geſtus orationis interpretatur. Illud ſilendum non eſt, Plaut. Amphit. Schema genere fœminino dixiſſe, cui rei teſtes libri omnes, & Grammatici veteres.

*Nunc ne hunc ornatum vos meum admiremini,*
*Quod ego huc proceſsi ſic cum ſeruili ſchema.*

ANIMAL CONGREGABILE) Fieri profectò nequiret, vt ciuitas omnis naturà conſtaret, id quod lib. 1. de Repub. aſſerit Ariſtoteles, niſi (quod eodem loco idem docet) homo eſſet animal ciuile, & naturà aptum ad colendam ciuitatem, ſeu eos cœtus, ex quibus iure ſociatis ciuitas conficitur. Ex hoc rectiſsimè ratiocinamur, & verum eſſe quod idem ait, decernimus, eos qui ſe à ciuili ſocietate longius remouent, idq; non neceſsitate, ſed naturà & voluntate faciunt, aut improbos eſſe, aut humana conditione maiores: quales ſcilicet exiſtimandi ſunt, qui ab homini-

*minibus propter res vel naturales, vel cæleſt[...] quietiusq́; contemplandas in vaſtas ſolitudines [...] dunt: hi enim ad Diuos proximè accedunt.* P[...] TIM VELVT ATTRITA, ACCISA) *S[...] mundum, & ad occaſum vergere naturam rer[...] alia multa, tum præſertim humanorum corpor[...] uitas arguit. Nam eo recenti ac vigente multò p[...] ra naſcebantur, quod oſſa ingentia ſepulchris[...] riſque locis demonſtrant. Qua de re conqueſt[...] merus Iliad. 5. qui tamen à mundi ortu propi[...] Ex quo ſcripſit Iuuenal. Sat. 15.*

> *Nam genus hoc viuo tunc decreſcebat Homer[...]*
> *Terra malos homines nunc educat atque pu[...]*

*Lucretius in 2. de paruitate animantium hæc ha[...]*

> *Iamq́; adeo effœta eſt ætas effœtaq́; tellus,*
> *Vix animalia parua creat, quæ cuncta creau[...]*
> *Sæcla, deditq́; ferarum ingentia corpora par[...]*

# PROGYMNAS[...]
## NONVM.
## *Dignitas hominis.*

*IIDEM.*

ANGELI. O quam diu tandem vob[...] nutioribus curis erunt conſilia no[...] liſsima atque amantiſsima? Quou[...] tur ad quotidiana, & pia cuſtodum defen[...] veſtrorum monita obſurdeſcetis? Nun[...] quid hic erectus excelſusq́; ſtatus, & os [...]

quid diuorum qua tenemini poſcat cognatio diſpi-
cietis? Antiquiſsima cuiq; veſtrum cura ſemper eſſe debet, cupiditatem exultantem omnibus opibus atque viribus coercere, mentita ac fallacia bona, ſenſus veſtros inani viſione pulſantia, & in flagitiorum turpitudines impellentia contemnere, opiniones effæminatas ex animo extirpare, nihil quàm decus, quàm laudem, quàm virtutem charius, aut magis expetendum ducere. At vos in luto & ſordibus libidinum peſtiferarumq́ voluptatum iacentes nihil altum ac cæleſte ſuſpicitis. H. Quàm vellemus, ô puriſsimi ſpiritus, ô vindices acerrimi, quàm vellemus parere conſiliis ſalutaribus, & quà ducitis ſequi, niſi iſte quem circumferimus, & à quo circumferimur carcer nos arceret: niſi hæc cui nos illigatos, implicatosq́ interdum ſuſpiramus, caruncula contra vota veniret: niſi hoc indomitum animal, id quod ipſi & commeminiſtis, & commemorare poteſtis frænos impotenter recuſaret, ſeſſorem excuteret, calcibus feriret? A. Vidimus & videmus certè quidem refractariolam eſſe, repugnareq́, & obniti ancillam dominæ, voluptatem virtuti, cupiditatem rationi, & nulla induciarum pactione prælia vos præliari: attamen cùm fortius dimicaretis, tum trophæa, victoriarũ verè laudabilium inſignia non pauciora ſanè conſtitueretis, ſi, quàm alto ſanguine oriundi, qualẽq; diuina munificẽtia nobilitatis hæreditatem adieritis crebrius in pectorib⁹ volutaretis. Vitiũ omne, peccatũ omne quomodocunq; & quibuſcunq; illiciis blandiatur, excellenti ac prope diuina hominis natura alienũ eſt atq; indignum. H. Non negamus.

At illud nobis permoleſtũ, quod excellan
tionem noſtram haud bene nouimus: qua
per ea diſputantibus vel attentiſsimas aure
tere nunquã piguit. A. Sciẽtibus iſta. Tam
ipſi negligenter habetis, vt nec ea noſſe ſi
quę minuta in vobis ſunt cognituq́ expedi
Et humiles quidem, adeoq́ parui pretij a
ſi quis è terra vos enatos cogitet: magni a
ſtantesq́ nimium, ſi, quonam modo, & qu
ornamentis nati conſideret. Faciemus erg
in conſpectu ponamus. H. Ita ſi feceriti
bus inpoſterum obedientioribus vtemini.
mo partim eſt terreſtris, partim cæleſtis:
ſenſu, partim intelligentia continetur: part
talis, partim immortalis: & hæc quidem,
hunc in modum affirmari plura poſſent,
propter corpus, partim propter animum,
ſolum ſocietate quadam ac ſimilitudine cu
coniungitur: quoniã ad archetypum diuin
tis diuina cura perfectus, eius ipſius ſigillu
culum nitidiſsimum, & tanquam particul
dam eſt, ac Deus quodammodo illius, cui co
ſus, & à quo geſtatur, paruus ſcilicet Deus i
do paruo, vt ille magnus eſt Deus & rex ſup
nes Deos in mundo ampliore. Etenim ad
nem mens ſimilem illi proportionem & co
tionem habet, quam ad mundanam mac
ſummus ille omnium moderator ac Do
Non videtur mens, & videt ac perſpicit tam
homine, quam quæ extra hominem ſunt
Naturam rerum omnium caducarum ſcien
artibus tanquam directis ac certis itineribu

agatur, per cælum, terras, & maria incredibili celeritate diſcurrit. Nec in his acquieſcens, è caligine iſta rerum mortalium, ipſa cælorum penetralia eruadit, mentes ab omni coniunctione materiæ nceras perluſtrat, & vſque ad ipſum primum vniuerſorum ſatorem contendit, cuius maieſtatis peruſſa radiis velut temulenta efficitur. Atque vt Deus quæ ſunt entia re, ac formas naturales: ſic iſa quæ ſunt entia ratione, & formas artificioſas reat: eæ ſunt intellectus humani ſimilitudines, uemadmodum procreatæ res diuini intellectus magines cenſentur. Animo debet homo, quod miraculum ingẽs, animal venerandum, Deus quidam in terris, Trinitati ſimilis appellatur. Nam vt x patre ſempiterno filius generatur, ex illo & hoc ſpiritus ſanctus procedit: Sic (licitum eſt enim diuina ad humana cum pietate transferre, longè magis quàm hæc ad illa) ex intellectu progignitur voluntas, & ex his duobus memoria emanat. Atque vt pater eſt Deus, filius Deus, Spiritus ſanctus Deus, nec idcirco tres dij, ſed vnus duntaxat ſub perſonis tribus: ita intelligentia eſt anima, voluntas anima, memoria anima: nec ideo tres animæ, verùm vna tantũ, cuius trina vis & dignitas. Quid? num hæc vobis honorifica, & eximia non videntur? H. Immo verò eximia & honorifica, ô tutores fidiſsimi. A. Imitator quoque & quaſi æmulus Dei, nõ modo effigies & ſimulacrum eſt homo per ingenium & ſollertiam: quod cum exemplis monſtrare liceat innumeris, nos vnum & alterum fidei faciendæ producemus: à pictoribus autem ordiemur. Zeuxis ita ſcitè vuas pinxit, vt eas tanquam

veras

veras auiculæ aduolitantes peterent. Apelle
& canem tanto artificio ſimulauit, vt equi pr
euntes adhinnirent, canes allatrarent. Ar
Thebanus pinxit animum, & ſenſus omnes ex
ſit, quos Græci vocant ἤθη: perturbationes
ter. Eiuſdem pictura fuit, oppido occupato,
tris è vulnere animam agentis mammam a
infans: intelligebaturq́ue ſentire mater, & tim
emortuo lacte ſanguinem infans lamberet.
telis Venerem qui aſpectabant, viuam ir
Architas Tarentinus mathematicis ration
lumbam confecit ligneam, quæ volauit. Æ
deorum ſtatuas eo ingenio fabricabantur,
derent, & vocem mitterent. Quid Archi
Lunæ, ſolis, quinque errantium motus i
ram illigauit, effecitq́ue, vt quemadmodum
do, tarditate & celeritate diſsimillimos mo
regeret conuerſio. Quod ſi id in hoc mun
ſine Deo nequit, an eoſdem motus Archi
ſine diuino ingenio in ſphæra imitari potu
ditis? In aliis rebus & artibus inuenta & eff
plura, è quibus mentium veſtrarum ſingul
ſtãtię clariſsima elucet ſignificatio prętermi
ne longius ſermo extendatur. Qua de cau
merus veſter homines appoſitè ἀλφηστὰς
indagationis & inuentionis nuncupauit. N
admirabiles fuerunt qui fruges, veſtitum
cultum vitæ, præſidia contra feras excogit
à quibus cæteri officiorum ciuilium leges
didicerunt. Iam inueſtigare occulta, rebu
nere nomina, mortales in agris beſtiarum
gantes, victuq́ue ferino vitam tolerantes vnu

um compellere & congregare, eorumq́ imma-
nem feritatem ratione & oratione in manſuetudi-
nem facilitatemq́ conuertere, ſonos vocis infini-
tos paucis literarum notis amplecti, in domos ſu-
peras ſcandere, aſtrorum ortus, obitus, curſus, pro-
greſsiones, inſtitiones notare, dies, menſes, annos,
circumſcribere, defectiones ſolis & lunæ cogno-
ſcere, longeq́ ante prænoſcere, & impoſterum tem-
pus prædicere: hæc & ſimilia ab animo profecta
certè diuina ſunt. Ille & præterita recordatur, &
futura proſpicit, & præſentia complectitur: ille ſa-
pit, ille ſentit, ille vult, ille viget, quæ cum Deo ha-
bet communia. Ille demum conſequentia cum an-
tecedentibus connectens, quid ex quo efficiatur
aut probabili, aut neceſſaria argumentatione con-
cludit, ſingla definit circumſcripteq́ comprehen-
dit. Vt porrò Deus ex molitionibus ſuis: ſic ipſe
ex memoria tot tantarumq́ rerum, ex inuentione
innumerabilium artium, ex celeritate motionis, ex
pulchritudine virtutis, ex operibus denique & a-
ctionibus ſuis agnoſcendus eſt. A ratione ſermo
profluit, eius interpres & nuntius, per quem ani-
mus quidquid concepit, quidquid voluit, omnes
pulſus & agitationes ſuas indicat, in apertumq́ de-
ducit. Hæc etiam ſolius hominis laus, cui adiun-
cta eſt vox mirè ſedata, placida & mãſueta, quæ ipſa
peruariè ad vſum, ad explicandum, ad placandum,
ad excitandum, vrgendum, impellendum, erigen-
dum, confirmandum, retinendum, & quaſi alen-
dum accommodatur. Fremunt, rugiunt, mugiũt,
ſibilant, barriuut, grunniunt reliquæ animantes: a-
uium autem cantus humana voce dulcior nullus

repe-

reperitur. H. Dignitatem communem noſtrûm, quod quidem pertinet ad parte rem è duabus, quibus cohæremus, præ poſuiſtis, & iam nos, chariores ipſis nobi ſtis. Deprehendimus nunc manifeſtius, q memorabile tetrumq́; ſit facinus, com & inquinare picturam diuinitatis tam ſp & tam admirabilem atq; excellentem cor ſtri incolam, mundo ipſo nobiliorem ſu rebus ſubiicere viliſsimis & inaniſsimis.

A. Quin & altera veſtri pars propter fa nem mirificam ſuſpicienda eſt: vt eius c quum videatur hominem ſeruire nemini fici ſuo, & cui ille ſeruire iuſſerit. Nec, v tum quoque vox vna eſt omnium, Deu piam clarius ex cælo & terra, quàm è ſua n tura, fabrica, conſtitutione, compagibus c curatione perueſtigatis cognouerit. H. nos etiam fultis, ſuper altero dimidio n cum perfectius viderimus, quantum p naturis aliis ſentientibus, de hoc muner tius vos amemus, & præcepta quæ deder dius agitemus. A. Antecellere corpora animalium corporibus, figura iſta non p in humum abiecta vt illorum, ſed celſa, & domicilium, quaſiq́; ad conſpectum patri in primis docet. Senſibus tam internis, q ternis anteitis. Perfectior in vobis ſenſ munis, imaginandi vis ſeu imaginatrix f quæ φαντασία græco nomine, acrior memor tatiua, quæ in illis æſtimatrix. Aquilæ à vi turis ab olfactu laudantur, quædam ab audi

ui oculi veſtri in iis artibus, quarũm iudicium eſt
ẽnes oculos, in pictis, fictis, cęlatiſq́ formis, in cor-
orum etiã motione atq; geſtu multa cernunt ſub-
lius: colorum etiam, & figurarum venuſtatẽ atq;
rdinem, & decentiam oculi iudicant. Non diſ-
ernunt, non diiudicant aut diſtinguunt animan-
s ea quæ ſenſu attingunt, vti vos, qui aſpectu vir-
tes etiam aliorum vitiaq́ obſeruatis, iratos, pro-
tios: lætantes, dolentes: fortes, ignauos: auda-
s, timidos. Auribus & in vocis, & in tibiarum
eruorumq́ cantibus varietatem ſonorum, inter-
lla, diſtinctionem, & vocis genera permulta: ca-
rum, fuſcum, leue, aſperum, graue, acutum, fle-
bile, durum percipitis. Illæ nihil horum. Quan-
m reliquis tribus excellatis, odoratu, guſtatu, &
ctione, plures artes ad eos capiendos delectan-
ſq; repertæ oſtendunt. Tot compoſitiones vn-
entorum & odoramentorum, tot ciborum con-
tiones, tot corporum lenocinia. Præterea in tẽ-
ramento corporum veſtrorum maior prima-
m qualitatum æqualitas, & longius ab exuperan-
remota mediocritas. Non illic pugnant frigida
lidis, humẽtia ſiccis: nec nimis vel terrea ſunt vel
uea. Quocirca pelliũ duritia, villi, vngues recur-
, roſtra, cornua, moles, quoniam hæc ex abun-
nti vel terreſtris, vel aqueæ materiæ copia cer-
m eſt exiſtere, imperfectam in belluis coagmen-
tionem corporis arguunt. H. Et queri non eru-
ſcimus, quod iſta arma & munimenta nõ habe-
us, quaſi malignius nobiſcum prouidentia cæle-
is egiſſet? O ſtoliditatem. A. Quidquid vobis
gatum eſt, dari non potuit. Dedit autem Deus
horum

horum loco homini conſilium ſiue pruden manus, vt illa quidem quæcunque ſibi fore ſu excogitaret: his eadē compararet atq; co Nec foris potius quàm intus ornari & ar portuit hoc ſanctiſsimum animal, quod ad tatem fingebatur. Quid quod illiuſmodi quas nominaſtis, pulcherrima ſpecies hum poris periiſſet? Informemus animo homine ferinis dentibus, cum cornibus, vngulis, ca breui, ſeu longa, pilis diuerſicoloribus: q fœdius? quid monſtroſius? ſicut ipſa viciſ malia, ſi has rex detraxeris, ſi nuda & inerm xeris, elegantia dicere profectò non poter pretium operæ fuerit de ſtructura & perf corporis particulatim diſſerere, vnde v quantis rebus quamq; pręclaris vos artifex ximus dignandos putauerit. Omittemus erectum, de quo paulo ante: qui vos mon ſtium contemplatores eſſe inſtitutos: & c tationes dirigendas, quo vultus dirigitur. autem nobiliſsimum elegātiſsimumq; an mo, etiam quà corporis, non eſt controue ipſo corpore nihil nobilius eſſe aut pulchr te. H. Bene caput diſputationis veſtræ capu facitis: attentione attentiſsima attendimus pſo ſitu primùm partibus reliquis antece co poſitum celſiſsimo, tanquam cælum hu ſilli mundi, qui dicitur homo, in quo du voluuntur lucidiſsima, oculi videlicet, luna. Eſt ſedes & aula rationis, ex qua, v limi arce, per ſenſuum feneſtras omnia co in eo ſenſus omnes tum qui interiores, tum

eriores vocantur: alibi ſolus tactus viget. Non
llud, quemadmodum in aliis animantibus porre-
tum, ſed globi ſimile formatum, quoniam in fi-
uris perfectior eſt rotunditas. Huius ſuprema
ars & faſtigium naturali veſte, ſiue caluaria vt ſcu-
o tegitur munituŕq; : pars prior, quam faciem di-
itis, neceſſariis ſenſuum vſibus tanquam miniſte-
is inſtruitur & ornatur. Nam oculi duo quam
os cohoneſtant? inter quos naſus veluti murus
ſt interiectus. Aures duæ quantum decorem ad-
unt? Frons vallata per circuitum, effuſi ante au-
es capilli, earumq; ſummæ partes in coronæ mo-
um circumdatæ, & occipitium omne velatum,
uantopere hæc ſingula decent? Cumq; ipſa nu-
itas humanam pulchritudinem, & proportionem
embrorum, vnde pulchritudo naſcitur, magis
hibeat, non ideo capiti congruebat: quanta e-
m deformitas fuiſſet, ex caluitie patet. Coope-
it ergo illud pilis. Et quoniam in ſummo futu-
m erat, tanquam ſupremum ædificij faſtigium
que culmen decorauit. Barba vel ad maturita-
n corporum, vel ad ſexum diſcernendum con-
t, decorem virilitatis auget. Ore paruo, labris
entibus in reliquo faciei colore albo nihil eſt
uſtius. Dentium acies duplex, medij acuti ad
um diuidendum, lati poſtremi ad eum penitus
mmolendum. Lingua ſucciplena, eadem non
ida vt boum, non tenuis & longa, vt canum,
moderata, cuius appulſu ad dentes verba for-
ntur. Vires omnes cæterarum partium à capi-
oriuntur, à quo illis ſenſus, & motus, & rectio
opter imaginationem atque ſenſus, quorum in

eo ſedes. Quamobrem caput meritò voca
quid in re aliqua principium eſt, aut excelle
que ſi quem vultis honore afficere, caput
non manum: quod probationi eſt, viden
corporis præcipuam. In toto homine dici
tus capitis vocabulo intelligitur. Et lure
dunt eum locum, in quo caput hominis ſ
peliatur, ſacrum atque religioſum fieri, q
reliquis partibus non conceditur. Verum
uero quia ſenſus animi interpretes & mi
ſapienter in capite facti cõſtitutiq́; ſunt, a
hinc diſcedamus, de fabrica & excellen
ſenſuum diſſeramus. Oculi inſtar excu
ſeu ſpeculatorum, bini in arce ſunt colloc
rum vnus ſeruet à dextris, alter à ſiniſtr
niculis membranulisq́; tenuiſsimis, pell
bene firmis conueſtiuntur, quorum pu
quadam Iride in orbem cinguntur. Su
ob id lubrici ac verſatiles, vt & declinen
dat, & quaqua verſus aſpectum veloci
conuertant. Tegumenta eorundem pal
ra ſunt mollitudine: non ſolum enim
debent, nequid pupillas offendat, ſed ip
oſdem, dum claudunt, dum aperiunt m
dere. Hæ pilis tanquam telis & haſtili
untur, quibus ciliis nomen inditum, q
corporum, vt puluiſculorum, arenular
rum, quæ ventotum flatibus excitari ſo
na arceantur, excludanturq́; inuolatu c
ius generis inſecta, quæ cum veluti pal
cilia præfixa conſpiciunt terrentur, &
peſſunt. Hoc eodem modo cuſpidibus

quæ ariſtæ dicuntur, contra minorum auium morſus natura ſpicas communiuit atque vallauit. Præterea oculis velut tectum Deus impoſuit ſupercilia, quæ defluentem à fronte ſudorem vt pluuias excipiant, & ad tempora tranſmittant, vt illi huius quoque moleſtiæ maneant expertes. Sequuntur aures, iurè & ipſæ altiorem ſortitæ locum, propter ſonum recipiendum qui naturà in ſuperiora fertur. Auditus continenter patet, cumq́ voces infinitas admittat, nunquam expletur: quarum differentias pernouit, & vt concinnitate gaudet, ſic diſcrepentia contriſtatur. Hoc ipſo etiam in ſomnis egemus, cuius iter flexuoſum ne quid illaberetur, ſi directum eſſet. Prouiſum deinde, vt minutiſsimæ beſtiolæ, ſi quæ conarentur irrumpere, in ſordibus vt in viſco hæreſcerent. Durus autem, & quaſi corneolus introitus multis cum amfractibus, quòd his naturis relatus amplificatur ſonus. Extra autem eminent quæ appellantur aures, & tegendi cauſſa factæ, tutandiq́ ſenſus, & ne adiectæ voces laberétur atque errarent, priuſquam ſenſus ab his pelleretur. Nares ad odores percipiendos, & ſuaues quidem admittendos, fœdos autem nocentesq́ repellendos & auerſandos, & ad capitis defluxus excipiendos rectè etiam ſurſum poſitæ: & quòd cibi potionisq́ iudicium magnum earum eſt, ori vicinæ ſunt. Quia verò neceſſariæ vtilitates vt ſint patulæ requirunt, anguſtiores habent aditus nequid in eas quod lædat, poſsit peruadere: humidæ perpetuò ad puluerem multaq́ alia repellenda vtiliter. Ad incolumitatis porrò cuſtodiam, & ad vſum aptè guſtatus in ea parte oris habitat, qua eſcu-

lentis poculentisq; iter natura patefecit. Quo
toto corpore æquabiliter funditur, vt omnes
omnesq; minimi & frigoris & caloris appulſu
tiantur. Subeſt capiti rigidum ac teres collu
ſcapulæ, velut mollibus iugis à ceruice de
valida dein, & ſubſtricta neruis ad fortitu
brachia, toris inſignibus extantium lacerto
gens robur, vtilis ac decẽs flexura cubitoru
etiam aptæ, quamq; multarum artium m
manus vobis datæ? Digitorum enim con
facilis, facilisq; porrectio, propter molles co
ſuras & artus, nullo in motu laborat. Pecto
tudo ſublimis & expoſita oculis, mirabile
fert habitus ſui dignitatem. Papillæ quoqu
ter eminentes, & fuſcioribus ac paruis orbi
ronatæ, nonnihil addunt venuſtatis, fœmi
lendos fœtus affixæ, maribus ad ſolum de
informe pectus, & quaſi mutilum videret
ſubdita eſt planicies ventris, quam medi
vmbilicus nõ indecenti nota ſignat, ad ho
vt per eum fœtus dum eſt in vtero nutri
des tanquam columnæ, totum hoc ædifi
ſtentant. Vt autem in ædificiis architecti
ab oculis & naribus dominorum ea, qu
entia neceſſariò tetri eſſent aliquid habi
Deus prouidentiſsimus architectus res ſi
cul à ſenſibus amandauit. Hæc de exte
membris partibusq; ſummatim & breuiſ
ſunto. H. Cauſſam breuitatis ipſi non ig
nimiam videlicet longitudinem quam vi
uenit: propterea fortaſſe de interioribus
tacetis: quorum explicatio etſi iucunda

pis tamen hoc oneris imponendum non eſt. Quan-
uam vos quidem fatigari non poteſtis: ſed nobis
n eo parcitis, quos abire ſine faſtidio cupitis. Nunc
ramus, vt velitis declarare, quo pacto verum ſit
ominē communicare cum omnibus, & eſſe quo-
lammodo omnia: id enim eſt quod ſæpe audi-
nus. A. Si homo mundus minor verè dicitur, ne-
eſſe eſt eum aliquo modo rerum omnium gerere
militudinem, & proportione quadam reſponde-
e omnibus. Vt ergo in maiore mundo quatuor
orporum elementa ſunt: ſic in homine humores
uatuor reperiuntur, cholera, ſanguis, pituita, atra
ilis: quorum primus igni, alter aëri, tertius aquæ,
oſtremus terræ habet imaginem. Vt in magno
iundo cæli octaui incitatione orbes inferiores
onuerſantur: ſic in homine penes rationem eſt
rincipatus, cui appetitus omnes ſeſe obſequentes
ræſtare, & ab ea moueri atque gubernari debent.
uod in illo eſt media regio aëris, in quā elati ter-
rum aquarumq; halitus condenſantur, & in nu-
es coguntur, id eſt in homine cerebrum, quo in
co aſpirationes vaporesq; è viſceribus ſublati fri-
ſcunt, indeq; velut in pluuias ſoluti deſtillant.
um ſint item ſubſtantiarum genera quatuor, qui-
s vniuerſum conſtat componiturq;, ſubſiſten-
m, viuentium, ſentientium, intelligentium, ea-
m quatuor in homine inſunt. Etenim cum ina-
mis, & ſtirpibus illi cognatio intercedit, quod ad
rpus, & elemētorum temperationem, & ad vim
getatricem, altricem, accretionis, & generatri-
m attinet. Cum animantibus & in iiſdem, & in
rtute ſentiente, appetente ac mouente. Cum be-
is ſpiritibus, quòd rationis particeps. Hacte-

nus de animis & corporibus humanis
nem texuimus, & ex his dignitatem veſtr
monſtrauimus. Iam, poſtremo ſcilicet loco
ne rerum eandem docebimus. H. Percom
& expedita diſtributio. A. Veſtri cauſſa tam
rerum molitio facta eſt: vobis omnia paran
bis ſubiecta: vos vtimini omnibus: omn
homine rerum dominatus, id quod explor
mum, & in manifeſtiſsimæ veritatis luce p
eſt. An non apparet hominem tenere princ
& regnum animalium, dum greges maxim
tur à ruſticano, ſine ferro, ſine telo, ſine vllis
cooperto viliſsimo ſagulo, aut rhenone, g
baculum quo laſſus innitatur? Nihilomin
cudes tam multæ, tam validæ, tam à natur
potentibus inſtructæ, vt ſerui Dominum v
tur, & imperata faciunt. Terram colit iu
trahit aratrum, vehit onera, ſubit iugum,
hominis aratoris pertimeſcit, cornuum
obliuiſcitur. Aſini, muli, cameli ad ſarcin
piendas veſtro iuſſu ſe ſubmittunt. Feroc
equos domatis, & cicures redditis. Flag
ictus patitur, qui robore & celeritate vos
longiſsimè. Seu fugere, ſeu venari, ſeu in ar
re velis, non repugnat, ad mandata exequen
ſtò eſt. Canis domum tibi cuſtodit, feras
ipſum te quocunque, vt ſatelles iuratus co
latratu dentibusq; à periculo te ſeruare p
mus. Oues ſub tonſura quieſcunt tacitæ,
annuum tributum libentes perſoluunt.
terra, ſidera tributaria ſunt hominum, qu
ſum ſui vt vectigal largiuntur. Sol illumi

facit, grauiditates & partus maturitatesq́; gignendi affert. Luna tenebras nocturnas moderatur, ſtellæ temporum viciſsitudinem indicant. Mare tranſportãdis & apportãdis mercibus ſeruit. Aër à vobis hauſtus ingenitum vobis calorẽ temperat, pluuiæ inde cadẽtes ſata alunt, auium tot genera vobis ſuſtinet. Vos campis, vos montibus fruimini: veſtri ſunt amnes, veſtri lacus, veſtra vineta, veſtræ fruges. Nulla demum res eſt, quæ ad commodum veſtrum non faciat: quando aliæ ad vſum vitæ conducunt: aliæ ad voluptatem & iucunditatem: aliæ ad depellendos morbos, & retinendam ſanitatem permultæ ad exemplum & imitationem: omnes ad percipiendam cognitionem, & ex ea cognitione ad hauriendam Dei notitiam, ex qua pietas & amor erga eundem efflorescat. Quomodo ergo fides & tibias eorum cauſſa repertas dicendum eſt, qui illis vti nouerunt, & vti poſſunt: ſic ea quæ diximus, ſolis iis parata confitendum eſt, qui vtuntur. Rurſum, vt Athenas, & Lacedæmonem Athenienſium & Lacedæmoniorum cauſſa putandum eſt conditas: & omnia quæ ſunt in his vrbibus, eorum populorum rectè eſſe dicuntur: ſic quæcunq; ſunt in omni mundo, hominum putanda ſunt. Nec quia poſtremus conditus eſt homo, ideo non Dominus. Aurigæ & gubernatores loco poſtremo cũ ſedeant, currum & nauim moderantur, habenasq́; cum volunt laxant, & adducunt: ſimiliter homo præfectus eſt rebus conditis, vt eas gubernet, iisq́; ad arbitrium vtatur: non ipſe quidem ſimpliciter Præfectus vt ſit, ſed vt Vicarius quidam ſit illius ſummi Regis, cuius eſt imperium totius vniuerſitatis;

tatis: ita tamen, vt ſua ſibi libertas relinqu[...]
ceatq́ facere quod libet. Hoc eſt culmen, h[...]
bilitas humana: cuius nunquam non memo[...]
uetote, nequid ea alienum indignumq́ com[...]
tis, ſi & numen propitium, & nos amicos, a[...]
tores retinere deſideratis. H. Modis omn[...]
impensè cauebimus: & quo fælicius cau[...]
facite ne aliquando cohortationibus inſtin[...]
q́ue veſtris egeamus.

## ANNOTATIONES.

DIGNITAS HOMINIS) *Græcis ἄνθρω[...] alia veriloquia mittam, adducta ab Etym[...] dicitur παρὰ τὸ ἄνω καὶ θρεῖν, ἤγουν βλέπειν, μ[...] τῶν ἄλλων ζώων ὁ ἄνθρωπος ἄνω βλέπει, ab eo q[...] ſum aſpiciat, quod illi ſoli conceſſum eſt ex ani[...] bus: ſoli enim contigit os erectum, ſtatusq́ ſublim[...] in Cratylo ἄνθρωπον dictum vult ab ἀναθρεῖν, [...] attentè intueri, quæ videris, & adhibita animi[...] natione contemplari, quod animantes aliæ non ſ[...] Latina vox homo, vnde exiſtat, adhuc ſub iudi[...] Plurimi Grammatici ab humo deducunt: ſiq[...] humo conditus homo. Hoc etymon irridet Fabi[...] cap. 6. Docti quidam ab ὁμοῦ ſimul, quoniam h[...] animal ſocietatis appetens. Lege cap. 20. lib. [...] Rhodig.* QVID HIC ERECTVS EXCELSVSQ[...] *notatione quadam in ſuperiorem dialogum ſatu[...] multa hac de re diximus, cum illud: Sanctius [...]*

mal, &c. illuſtraremus ex Philone & Baſilio. Legas licebit in eandem ſententiam extremum capitis primi li. 2. apud Lactant. ET A QVO CIRCVMFERIMVR CARCER) Carcer, vt ait Varro lib. 4. de ling. lat. à coercendo, quod inde exire prohibentur. Seruius in 1. Æneid. Carcer eſt, inquit, vndecunque prohibemur exire: dictus quaſi arcer, ab arcendo: locum autẽ in quo ſeruantur noxij, carcerem dicimus numero tantum ſingulari: vnde verò erumpunt quadrigæ, carceres dicimus numero tantum plurali, licet ſingularem plerunq; vſurpet poëta: vt eſt, Ruuntq; effuſi carcere currus. In Phædone Plato nominat corpus τῆς ψυχῆς φρουρὰν, εἱργμὸν, δεσμὸς, animæ cuſtodiam, carcerem, vincula. Seneca ſimiliter ergaſtulum atque vincula. Apud Iob domus luteæ appellantur humana corpora. CARVNCVLA CONTRA VOTA VENIRET) Quantoperè ſapientiæ adeptionem corpus hoc, quæque ad id pertinent, eiuſq; cauſſa quæruntur, impediant, eximiè docet Philo, libro de Gigantibus. Cauſſa autem inſcitiæ præcipua caro eſt, & cum hac intercedens familiaritas. Certè & coniugium, liberorum educatio, parandæ rei familiaris neceſſitas, obſcuritas, egeſtas, negotia tum priuata tum publica, & cætera innumera ſapientiam adhuc florentem arefaciunt, &c. OBEDIENTIORIBVS VTEMINI) Obedientiores nos ſentietis, experiemini. Demoſth. Olynth. 1. ῥᾴονι καὶ πολὺ ταπεινοτέρῳ νῦν ἂν ἐχρώμεθα τῷ φιλίππῳ, faciliore iam multo, & demiſſiore Philippo vteremur. Terent. Heaut. Ne illo facili me vtetur patre. Cic. pro Sex. Roſc. Ne beſtiis quoque, quæ tantum ſcelus attigiſſent, immanioribus vteremur.

teremur. PER QVEM SOLVM SOCIETATI DAM) Non eſſe hominem Dei imaginem per corp ſertè oſtendit Baſilius Homil. 10. non longè à pri Quomodo autem in corpore quoque modo aliqu Dei reperiatur, docet ex Auguſtino, & Bernardo Pe lib. 4. in Geneſ. Quæſt. 5. Huc quadrabit locus p gius Ciceronis è 1. de leg. *Animal hoc prouidum, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & conſi vocamus hominem, præclara quadam conditione tum eſt à ſempiterno Deo. Solum eſt enim ex tot a tium generibus, atque naturis, particeps rationis & tionis, cum cætera ſint omnia expertia. Quid eſt aut dicam in homine, ſed in omni cælo atque terra ratio nius? Quæ cum adoleuit, atque perfecta eſt, nom rite ſapientia.* ANIMO DEBET HOMO) De pu & libertate mentis humanæ Philo in lib. inſcript Deus ſit immutabilis. *Videamus quanam re ho tecellat cætera. Hic eximium munus ſortitus eſt* Miratur animum Cicero quoq; Tuſcul. 1. & reſ commentarij ſapientum eius admirationibus & dationibus. ZEVXIS ITA SCITE) De Zeuxide, aliiſq; celeberrimis pictoribus & admirandis eo cturis Plin. li. 35. ca. 10. QVID ARCHIME ſphæra vitrea huius Mathematici M. Tullius T & 2. de Nat. deor. Lactant. lib. 2. cap. 5. Ext diani epigramma in eandem.

*Iuppiter in paruo cum cerneret æthera vitro*
*Riſit, & ad ſuperos talia dicta dedit.*
*Huccine mortalis progreſſa potentia curæ!*
*Iam meus in fragili luditur orbe labor?*

*Iuppiter in paruo cum cerneret æthera vitro,*
*Iura poli, rerumq́; fidem, legemq́; deorum*
*Ecce Syracoſius tranſtulit arte ſenex.*
*Incluſus varijs famulatur ſpiritus aſtris,*
*Et viuum certis motibus vrget opus.*
*Percurrit proprium mentitus ſignifer annum,*
*Et ſimulata nouo Cynthia menſe redit.*
*Iamq́; ſuum voluens audax induſtria mundum*
*Gaudet, & humana ſidera mente regit.*
*Quid falſo inſontem tonitru Salmonea miror?*
*Aemula natura parua reperta manus.*

Poſidonius Panatij auditor & ſucceſſor ſimilem ſphæram effecit. Teſtis Cicero 2. de nat. deor. MORTALES IN AGRIS BESTIARVM MORE ) Certum eſt, quicunque humaniorem iſtum cultum, iuriſq́; deſcriptionem, & domiciliorum coniunctiones inuenerunt, vt nec ſine ſapientia, ſic nec ſine animo inuenire potuiſſe: cuius effecta cum tam illuſtria & multa ſint, ipſum vt cauſſam, illuſtriſſimum eſſe oportet. A RATIONE SERMO ) Theodoretus ſerm. 3. de prouidentia, humani corporis ſcitiſſimam compoſitionem eleganter deſcribens, ſermonis organa ſeu inſtrumenta vide quomodo explicet. ANTECELLERE CORPORA HVMANA ) *Quam nihil deſit corporibus noſtris ad abſolutionem, & quo pacto occurrendum ſit bruta animalia nobis proponentibus,* Rhodigin. lib. 3. cap. 10. SENSIBVS TAM INTERNIS, QVAM EXTERNIS ) *Senſus hominum multo anteferendos ſenſibus beſtiarum* M. Tullij ſententia eſt 2. de nat. deor. cui ſua probatio adiungitur ibidem. Plin. lib. 10. cap. 69. tactione, deinde guſtatu ſuperare, reliquis ſuperari à multis animalibus hominem affirmat. Aquilæ, inquit, clarius cernunt, vul-

tures

*tures ſagacius odorantur, liquidius audiunt talp*
*terra, tam denſo atque ſurdo naturæ elemento.*
*obiectioni ſatis reſponſum videtur in dialogo.*
*tiſsimum, quod adiungit Plin. Auditus cui homin*
*mus negatus eſt, huic & ſermonis vſus ablatus: n*
*naturaliter ſurdi, vt non iidem ſint & muti. S*
*ternos ſcribunt quidam quinque partibus mund*
*dere. Tactum habere rationem terræ, guſtatu*
*auditum aëris, olfactum ignis, viſum cæli. T*
*citur aſperum, leue, humidum, aridum, rigidum,*
*ſtus humectatione perficitur, percuſſus aër ſon*
*cit, ex calore odores exiſtunt, videndi ratio lumin*
*get.* OCVLI INSTAR EXCVBITORVM ) *De*
*natura & conſtitutione Baſil. Homil. 11. ſub*
*Theodoret. ſerm. 3. de prouid. Sicut autem in*
*principatum natura dedit capiti, cui ſummum*
*tanquam regiam attribuit, reliquis membris*
*quæ à ceruice vſque ad imos pedes pertinent,*
*ſuppoſitis: ita inter cæteros ſenſus imperium pen*
*eſſe voluit. Ideo hos quoque in ſublimi collocauit*
*cipes, & quidem variis modis honoratos, ſed præ*
*co tam inſigni & conſpicuo. Hæc Philo lib. de*
*Maius malum eſſe cæcitatem ſurditate, puto*
*neminem. Ex eo ſequitur oculorum ſenſum præ*
*ditui: quo de poterat eſſe controuerſia.* VESTRI
SA TANTARVM RERVM ) *Nimis longum*
*hoc aggrederer per rerum ordines oſtendere. Ita*
*omnia quibus conſtat mundus, quæque ex ſe gen*

*hominis vtilitatem accommodata, eius cauſſa omnia facta & parata ſunt. Tu lege Cic. 2. de nat. deor. Lactant. lib. 7. cap. 3. & lib. de Ira Dei cap. 13. Theodoret. de prouid. ſerm. 1. 2. 5. Damaſcenum de fid. orthodox. lib. 2. cap. 10.* VOS MONTIBVS FRVIMINI ) *Non tantum ex neceſſitate materiæ, ſed ad vtilitatem quoq; ſtirpium atque animantium, nec non ad ornatum & decorem terræ facti ſunt montes. Etenim varietas collium, & camporum, diſtinctioq; vallium & montium eximiam terræ pulchritudinem & decorem addunt. Conferunt deinde montes ad ſalubritatem aëris, ad fertilitatem ſoli, ad maturitatem fructuum, ad coërcendos frangendosq; maris impetus, ad furorem ventorum refrænandum, ad generationem fontium & fluminum, quæ ferè oriuntur è montibus. Multæ arbores, multaq; animantes non alibi, quàm in montibus generari, paſci, & verſari ſolent. Valent præterea ad diſcriminandas prouincias & nationes. Sunt enim quidam montes regnorum gentiumq; quaſi limites & termini: quorum arduus & difficilis tranſitus obſtat, ne aliæ gentes alias bello appetere & vexare contendant. Hæc longeq; plura de laudibus & mirabilibus montium Pererius in Daniel. lib. 4.*

PRO-

# PROGYMNASM DECIMVM.

## *Quatuor elementa.*

*AFRANIVS, CALLIPPVS, SANCTI BALBVS.*

AFRANIVS. Quid vos cenſetis, co
puli & amiculi mei? quid cenſetis, m
De naturis quatuor corporū ſimplic
ϛοιχεῖα Græcis, elementa Latinis,

*Quæ nos materiem, & genitalia corpora reb*
*Reddunda in ratione vocare, & ſeminare*
*Appellare ſuëmus, & hoc eadem vſurpar*
*Corpora prima, quòd ex illis ſunt omnia pri*

frequentes & lectitauimus domi, & audiu
gymnaſio. Poſſumúſne per συζήτησιν diſce
eorum loco principe habendum ſit? C. Po
verò, nec voluntas deſit: iam enim noſtr
tuos diſputationum iſtarum paulo etiam c
res fortaſſe quàm ſatis eſt. S. Ac iurè qui
rum percupidi ſumus: limatur quippe
tando, & tanquam excolatur veritas. Per
autem puræ ac liquidæ veritatis ſi nos qu
ratione cupidos ſtudioſoſq; confiteamur,
eſt futurus incogitans, pæne dicam delirus
naticus, vt id in vitioſis ducat? B. Addend
Sanctine, non infinitis, concertationumq;
ferationum iracundarum plenis diſputat
applaudere non ſolere. A. Prudenter h

& philoſophiæ grauitate ac ſanctimonia indignæ ſunt, & cum iracundia pertinaciaq; vtiliter atque rectè haud eſt vt poſsit diſputatio procedere. Nos autem hodie non ad Philoſophorum quotidianũ protritumq; morem tenuiter, anguſtè, cum verborum fœtoribus, ſed ad oratoriam propè conſuetudinem, ſeu ſecundum Philoſophorum rhetoricam explicatius, abundantius, rebus & verbis illuminatius diſſeramus: quodq; antehac perſtudiosè fecimus, vt eloquentiam cum philoſophia coniungeremus, idipſum in hac quæſtione perficiẽdum nobis arbitremur. C. Quoniam elementa ſunt quatuor omnino, & nos totidem, ſuum quiſq; ſibi depoſcat, cuius patrocinium tueatur. B. Ego indoctior ſum Philonide, & in literis cùm interioribus, tum leuioribus plumbeus. Quocirca infimum locum, in quo terra quieſcit, petere me verum eſt, & de ea vt graculum inter Muſas aliquid perſtrepere. S. Tua modeſtia, Balbe, partem pulcherrimam mihi, veluti bolum è faucibus. Quid igitur? quando omnia grauia deorſum feruntur ſuo pondere, vt leuia in ſublime, date nobis duobus Afrani & Callippe, vt de principiis craſsioribus garriamus nos craſsi & pingues. Vos contra de leuibus, & ſublimibus diſſertare addecet, qui ingeniorum celeritate in domos ſuperas perfacilè ſcanditis, an euolatis? C. Circumſpice Afrani, quid huic encomiaſtæ reſpondeas. A. Quaſi tu vera prædicaueris, Sanctine, ego & Callippus de igne & aëre ſcholas explicabimus. Veruntamen cum naturali qualitate vtraq; diſcordent ignis & aqua, quòd ille calidus & ſiccus, hæc frigida & humida, poſtulo vt tu

æquè à me in diſputando diſſentias, & aqu à me commendato meliorem rationibus m perſuadeas, aut perſuadere contendas. S. ingenij cymba grauanda mei. Erit difficil ſus te tantum Achillem arma expedire, pu capeſſere: & vereor, ne facibus ſuis ingen gnis me tuus amburat, ſi non comburat. A vereor ne me aquis tuis ſummergas, totum anum mihi ſuperfundas. C. Eodem cert aër meus à terra Balbi qualitatibus ambab det: humor quippe & calor aërem effici & frigus terræ inſunt. Itaq; mihi tecum ſi gladiatio proponitur. Impedi quæſo, mi B aut ſiccitas tua humorem meum exſorbeat gus calorem extinguat. B. Immo tu cau plus caleas quàm licet: hoc enim igni con ſoli, calere quantum maximè poteſt, cuius patronum ſe edidit Afranius: aut humore cibus ſiceſcentibus amittas, vt cogaris potum, cum hæc ſint quaſi ſacra quædam Quem verò huius litis dicemus arbitrum? duo de nobis, nos duo de vobis arbitria fa S. Eſto. An ex contentione iſta duarum v partium intelligetur, quod elementum n uerſario tantum ſuo, ſed reliquis quoq; tri tecellat? C. Etiam.

## IGNIS.

A. Primigenium corpus ignis, cæteris lon ſius, ſubtilius naturæq; corpori vacanti co atque proximum, cum lunæ globo cui ſu orbem contorquetur, ſemperq; viget. Cu nera (vt paucis & generatim agamus) aqu

ræ frigus temperare in coagmentatis corporibus, eorundem vitalem confouere ſpiritum, renouare, purgare, conſumere, maturitates afferre, perçoquere: cuius imaginem poſsidet hic noſter ignis, quem ad vſum atque victum adhibemus: quia calidus & ſiccus, multis alioqui rebus diſsimilis. Ille eſt purus quidam feruor: hic minimè purus, ſed aqua, terra, & concretis qualitatibus admiſtus, ſeſe hominibus indulget. Ille aſpectu propter ſummam raritatem nõ ſentitur, nec nutritur, cum ſimplex ſit, & aliis potius alimentum largiatur: at hic noſter ſub oculos cadit, & niſi tu pabulum iterum iterumq́; ſufficias, non ſufficit. Ille vitalis, ſalutaris, omnia conſeruat, alit, auget, ſuſtinet, ſenſuq́; afficit: hic noſter quem vſus vitæ requirit, confector conſumptorq́; eſt omnium, & quocunque inuaſerit, omnia diſturbat ac diſsipat. Cum ipſa procreationis ratio ſimul omnia quatuor initia iſta poſcat, aqua & terra materiæ, ignis & aër velut formæ locum obtinent, à quibus illa priora finguntur formanturq́; vt ab artificibus, ornatum ordinemq́; adipiſcũtur, & quodammodo vti mortua ad vitam excitantur. Haud quidquam progenerat tellus, niſi igni per eius intima diffuſo grauidetur: qua vi, ignea ſcilicet, quoniam aut carent, aut neutiquam abundant petræ, ſcopuli, ideo nihil edunt. Quin aqua ipſa igne deſtituta corrumpitur: tantum abeſt, vt producendis conſeruandisq́; rebus idonea per ſe videatur. Nam quomodo aliarum rerum, ſic prorſus etiam aquæ formam atq; naturam calor tuetur, cuius abſentia illius mors dicenda eſt: putorem enim odoremq́; fœdiſsimum nanciſcitur.

Quod dico, in aquis paluſtribus & ſtagnanti
aliis demum nullo motu agitatis liquet: qu
ceu machinatore calor fotus in naturis pe
Nec aliũs rei gratia aquas fluitantes vocita
conſueuimus, niſi, quod in iis calorem,
aquarum vita, ipſa motio retinet. Et dub
ignem præſtare aquam, quandoquidem ea
vt ſit adipiſcitur? Quid quod igni ablato
animal? omne enim quod vitæ particeps
animal, ſiue è terra natum, propter incluſu
calorem viuit, quo refrigerato & extincto
re omnia & extingui neceſſe eſt. Partes
in quibus perparum caloris inſidet, vt oſſa
& quæ à corde longius diſtant, minus poll
ſu: ſtirpes & ſemina non ab humore, ſe
do humore accretionem ſortiuntur: va
midus omnes res creat, inquit Ouidius.
frugibus aqua: vſque adeo per ſe non
lis. Quid aqua ad vſum ignis egemus?
am exitio illum dare conſueuit. Aqua a
lefacta cum aptior ſit ad vſus diuerſos, ho
bet, qui ab Æſchylo Pythagoreo vocatur
ſiquidem ſine eius auxilio neque à prin
tuerunt, neque hodie poſſunt confici v
menta aut opera artium, quibus quotid
Omnes inuenit ignis, & conſeruat artes,
ſocietatem laudis aqua ſe non offert. Pe
uibus terminis vitam natura circumſcrip
ius breuitatis dimidiũ ſomnus aufert. Qu
etiam in tenebris quam longa eſt noctem
quo tandem ex ea peruigilatione fructu
ſi non ignis bona diei repræſentans, no

diſcrimen tolleret? Si ergo nihil vita charius, quia nihil vtilius aut iucundius, ignis qui vitam, hoc eſt vitæ quaſi dies multiplicat fugandis tenebris, per quas omni actione ſuperſedendum eſt, cur non rebus omnibus, nedum aquæ anteponatur? Arbitror præterea multùm vidiſſe Perſas, qui diuinis illum honoribus coluerunt. Vultis amplius? Leo nihil perinde vt ignem metuit: nec eſt quidquam ad eius immanitatem edomandã efficacius. Quiſquam ne igitur domitorem ferociſsimæ beſtiæ aquis digniorem negare molietur? Audiamus Sanctinum. S. Atqui longiuſculum te fore ſperabam. An quia domunculam tibi, non domum natura dedit, idcirco etiam breuiloquentiam dedit? A: Vobis permittitur eſſe longioribus, cælo capita alta ferentibus, vt de Ætnæis fratribus in 3. canit Virgilius. C. Vende merces tuas Sanctine.

## A Q V A.

S. Vellem de mea merce Plautinum hoc liceret. Bona merx, inquit, facilè emptorem reperit, tametſi in abſtruſo ſita ſit. Aqua eſt elementum humidum, ac ſummopere frigidum, diffluens, terra tenuius, aëre craſsius, agitabile, concretis corporibus ad emolliendum, ad conglutinandum, ad ignis aërisq; caloré mitigandũ perutile. Aquæ & igni communis laus, quod iis hominum vitam contineri veteres rati, quos grauibus pœnis ob commiſſa dedere inſtituebant, iis aqua & igni, hoc eſt, commercio & communitate hominum interdicebant: ne quis eos, inquam, vrbe, tecto, menſa reciperet: ne quidquam rerum vitæ tolerandæ impertiret. Anteſtare autem hanc igni,

moxvidebitis. Sed trium ingenio pruden-
cutiſsimorum poëtarum, & vetuſtatis au-
non eſt tacitè prætereunda. Heſiodus tam
primordium ſtatuiſſe, & chaos ὡς ἀπὸ
ab effuſione (eſt enim natura fluida ac fu-
detur nominaſſe: quicum facit Homerus,
num rerum patrem appellans. Hoc ſenſiſ-
hoc idem Pindarus, vt apparet, qui exordi-
Olympiorum ait, optimam eſſe aquam.
quam ob variam eius vtilitatem hoc fort-
xerit, quam ob rem viliora rariſsimis ante-
diuinaq; nominamus. Ægyptiorum ſac-
hydriam quandam ingentem venerationi
lari colebant, quam obtectam & caſta relig-
ſceptam in ædem ſollemni pompa infer-
Eo cum perueniſſent, ſummiſsi genibus ten-
tentes, manus in cælum tendentes iis age-
tias, qui primi diuinæ benignitatis dona-
minibus ad eorum commoditates comm-
ſent: ex humore enim oriri omnia opin-
Hinc etiam fluminum magnorum capita &
nes honore deorum proſequebantur, & c-
nium aquarum, tum præſertim fluuiorum
niumq; fontium naturam, propter eximi-
di augendiq; vim, diuinam iudicabant. Ip-
eſt ſemper vtilis, nec eo ſemper eſt opus, c-
mur tamen, & neceſſariò vtamur aqua h-
æſtate, noctu interdiu, ſani & ægroti: facili-
rumcunque rerum, quam illius inopiam p-
mus: ſine qua nihil, neque marinum, nequ-
neque terrenum viuendi munere fungitur.
ciant nos frumenta, veſcemur pomis & n-

victitabimus aucupio, venatu, piſcatu, oleribus, ra-
dicibus. Deficiamur aqua, nihil iſtorum ſuppedi-
tabit: ſin autem, ad vſum tamen ea parare non po-
terimus. Infelix, noxia, infrugifera regio, quæ pre-
mitur aquarum penuria. In ſtirpibus, herbis, fru-
ctibus quædam nullo ſunt calore, quædam pere-
xiguo: humor omnibus humo prodeuntibus na-
ſcendi augeſcendi, fructum pariendi auctor eſt.
Aqua nuſquam detrimentoſa, ignis aliquãdo per-
niciosus ſentitur, qui ſumptum materiamq́ꝫ, & ci-
bum ſuum cum deſideret, non poſſunt eo perinde
uti pauperes vt copioſi: aqua patitur ſe hauriri &
adhiberi æqualiter, & gratis ab omnibus, ac veluti
bonum ſe ipſo perfectum & αὐτάρκες, extra ſe nihil
requirit. Elias vates Deum precabatur ne plue-
ret. Non pluit annos tres, menſes ſex. Quàm tum
fame ora modis pallentia miris? quàm multi paſ-
im ante diem reddebant animas? Initium vitæ
hominis aqua & panis. Poſt vinum inuentum, poſt
excogitatam potionem hordeaceam, quam cere-
uiſiam vulgus, adhuc innumeri aquę potores ſunt,
ſani interim ac robuſti ſunt: potitant falernum,
maſsicum diuites, & morborum diritate lanian-
tur. Aqua cum igni ſociari poteſt: videmus enim
eam calefieri ad res multas, & quæ ſunt naturà ca-
lentes, quas thermas dicimus, morbis (quod no-
rint omnes) expellendis facultatem ſalutiferam
adhibent: at ignis nunquam vel humidus erit, vel
frigidus, vt eius temperatio commodare queat.
Addam hoc vt coronidem. Aliud quodammodo
elementum aqua creat, mare inquam, cuius vtili-
tates vt maximæ, ita plurimæ. Heracliti eſt, ſi ſole

 care-

careremus, noctē nobis futurā perpetuā: con-
tur nobis cū Plutarcho non abſimile huic
absq; mari fuiſſet, homo animal omniū
efferatiſsimū & impudētiſsimū fuiſſet. Et h
dē iſto modo, & hactenus. A. Si tā egregiè p
diſputabitur aduerſus aērē, quā pro aqua di
eſt cōtra ignē, tam vincet Balbus Callippū, q
ctinus vicit Afraniū. S. Ecquid auditis? ſe p
à me victūq; pronuntiat. C. Eo timidius ac
cauſsā orandā, quia deſperatur de me. A. N
ſperationis ſed fiduciæ iniiciendæ dictum
quid dictū eſt. C. Perpauca de natura & vti
ēris attendite, palmāq; Balbo, nihil repug
dicate: ita aqua & terra erunt vtiliora ele
minus nobiliora. Vtrū verò in his duobus
de eo ferat litem qui voluerit. A. Ad te h
B. Prome laudes aēreas.

AER.

C. Aēr mediocriter eſt calidus, ſummè h
ſubtilis etiam, quod terræ & aquæ negatu
cilè fugiens, agitabilis, aliiſq; ipſum coē
terminis opus habens. Quocirca inter
terram medium ipſum maximus ille p
dit, vt ita muris firmiſsimis ſepiretur. N
nes, nec animantes vllæ motu cierentur,
rarent ſine eo, cum eas ipſe ducto ſpiritu
ſtentet: ac ne locutionis quidem vſum
ſu haberemus. Ille cordis membrorumq;
æſtuantium feruorem moderatur, pellu
quem oculi noſtri ſolis luce paſcuntur,
radiorum vim vehementiorem humo
turali, caloreq; ſubfrigido ea temperat

vt iis citra moleſtiam perfruamur. Locum omnem alio corpore vacuum implet, per cauernulas & rimas ſe ingerit, oculis ad cernendum, auribus ad audiendum, naribus ad odorandum inſeruit. Ad calorem & frigus, ad humorem & ſiccitatem excitandam idoneus ſponte ſua ſuperiora appetit vt ignis, at celeritate impari, quia leuitate poſterior. Verũ ob tenuitatẽ mobilitatẽq́; introrſũ, extrorſũ, dextrorſum, ſiniſtrorſum, & in orbẽ agitatur. Cum per ſe luminis ſit expers, à ſole ſideribusq́; illuſtratur. Tenet ipſe quoque animantes ſuas, vt aqua piſces, terra quadrupedes: volatus, inquam, auium ſuſtinet, & per vnumquodque earum genus ἱερογλυφικῶς notatus reperitur, potiſsimumq́; per accipitrem paſsis alis, ob excellentem eius celeritatem inter aues, & per columbam: vel quia de domeſticis alitibus nulla neque longius domo, neque diutius auolat: vel quod illi tanta cum aëre familiaritas, vt ibi tutius quàm humi verſari videatur: tantaq́; eſt eius in volatu facilitas, vt Virgilius dicat: Radit iter liquidum, celeres neque commouet alas. Itaque Syri, qui aërem tantopere colebant, occidere columbam religione vetabantur. Viciſsitudines illæ quatuor hyemis, æſtatis, veris, & autumni quid ſunt, niſi commutationes aëris, ad tuendam animalium vitam, ad rerum ſub luna poſitarum conſeruationem prouentumq́; neceſſariæ? Hoc elementum in nubes concreſcit, humoremq́; colligens terram irrigat imbribus, atque etiam, vt quidam ſenſerunt, huc illuc effluens ventos creat, annuasq́ue frigorum & calorum varietates conciliat. In eodem generantur rores, niues,

& res frigidæ, quæ ſuis locis ac tempori
bres cognoſcuntur.

*Illic & nebulas, illic conſiſtere nubes*
*Iuſſit, & humanas motura tonitrua mente*
*Et cum fulminibus facientes frigora vent*

Non temerè ſcripſit Hippocrates: aërem
quid eſſe: & vires cùm in temporum, t
corporum ac ingeniorum mutatione no
habere. Ægyptij deorum nuntium voc
Hem Balbe, prodi in medium, & cum om
ſuis terram tuam introducito, nobiſq; op
be ſpectaculum.

TERRA.

B· Velim quidem ſanè, ſi queam modo. Q
vltimum locum terra inſideat, non tame
poſſedit laudem: elementum inprimiſ
frigidum, cuius ſiccitas aquæ humorem
ribus temperans, ea durabiliora præſtat.
terea denſum, graue, immobile. Exin
cubus. Vt enim ille quocunque voluitur,
iacet, nec facilè mouetur: ſic ipſa per ſe
lis, ſi fortuita vi commoueatur, mox ru
quieſcit. Alia tria elementa continet. Deli
in eius viſceribus ignem, perpetua flámm
latio in Ætna monte, aliiſq; locis perſuad
complurium aquarum igneo calore fer
ex eadem ebullitio. Quantam aëris copi
ceat, crebri terræ motus, propter ſpiritũ
intus agitatum conflictatumq; teſtantur:
riores cauernas, & ſpecus ſubterraneos m
completos prætereamus. Aquæ vim imm
eius intimis contineri, perpetuæ fontium

gines, & origines fluminum, & puteorum effoſsiones docent. Iam vos ipſius vocem auribus accipere fingitote. Ea ſit huiuſmodi. *Me ob multa ingentiaq́; merita parentis nomine mortales venerantur, quæ vt cœlum diuorum, ſic ego hominum ſedes, naſcentes excipio, natos alo, ſemel editos ſemper ſuſtineo ac porto, poſtremoq́; hac luce defunctos gremio meo complector & operio. Vos ſacros facio (ſacri enim ſepulti) titulos veſtros & monumenta gero, veſtraq́; vitæ breuitatem futurorum ſæculorum memoria compenſo. Aquæ ſubeunt in imbres, rigeſcunt in grandines, tumeſcunt in fluctus, præcipitantur in torrentes: aër denſatur in nubibus, procellis furit: ego conſtans, ego benigna, mitis & indulgens, quaſi ancilla ſedula vobis miniſtro. Vomeribus, raſtris, ligonibus ſollicitata quæ non gigno? quæ vltro ac libens non fundo? quid à me deſideratis vel odorum, vel ſaporum, vel ſuccorum, vel colorum, vel tactionum denique? Paſco veſtros oculos, recreo nares, delecto guſtatum, demulceo aures, tangendi quoq; ſenſum ſuauiter rebus pluribus afficio. Medicas herbas ad corporum humanorum incolumitatem ſemper effero, venenatas beſtias patior quidē, ſed inuita, & homines ſuis me criminibus vrgent culpamq́; ſuam mihi imputant. Venena me gignere confiteor: ſed quis eorum vſum nocentiſsimum præter hominem inuenit? Cauere ac refugere alitibus feriſq́; ſatis eſt. Atq; cum arbore exacuant limentq́; cornua elephantis, & ſaxo rhinocerotes, & vtroque apri dentium ſicas, ſciantq́; ad nocendum ſe præparare animalia, quod tamen eorum tela ſua, excepto homine, venenis tingit? Illi & ſagittas vngunt, & ferro aliquid dant nocentius. Inficiunt flumina, & rerum naturæ elementa. Ipſum quoque aërem quo viuitur in perniciem vertunt. Creditum mihi cum fœnore magno reddo: vt à me diſcatis cumulatè referre gratias: & non ſolum altricem, verum etiam magiſtram virtutis pulcherrimæ, vel virtutum potius agnoſcatis: nec tantum velitis eſſe alumni mei, ſed etiam diſcipuli. Quæ namque Themis dicitur, dea æquitatis, eadem*

*& Terra, ſumq́; ſymbolum iuſtitiæ, benignitatis, grau mi, virtutumq́; ſimilium. Contemplamini pauliſper, & c iem in omnem partem protendite, meumq́; decus, ſpec ac pulchritudinem admiramini. Quæ copia, quæ varie florum è ſinu meo prodeuntium? quibus tanquam marga tis & gemmis ſplendeſco. Quàm inexplicabilis herbar diuerſarum vbique multitudo? qua vt viridiſſimo ami conueſtior. Quàm proceræ, quàm formoſæ arbores? quæ veluti cæſaries mea, & illa tot arbuſta, tot frutices ci cinnuli mei. Per me vagantur, & pabula pinguiſſima detondent tot animalium ferorum cicuratorumq́; gene nec conqueror. Tot & tam vaſta maria humanis vſibu res commutandas apportandasq́; opportuniſſima ego con neo. In me fluminum gelidorum piſcoſorumq́;, ac fonti lymphis ſtrepentibus manantium mira iucunditas, quæ ſu quaſi vbera mea quibus rigantur ſtirpes, potanturq́; anim lia. Hic ſpeluncis vſque ad delicias excauata ſum, illic cliuis & ſurrecta proceritate ſuperba montium. Non mo in me plana, vel ardua, ſyluis, pratis, montibus, vallibusq́; di ſtinguor. Et cum foris alimenta animantibus ſufficio, & q vitam mihi debent (quare etiam ζείδωρος vitæ datrix, fum πολυφορβεῖρα, πολυφόρβη multorum nutrix appel ſum) non ſum ſterilis in ipſis viſceribus, vbi tam varia m talla, aurum, argentum, ſtannum, plumbum, aliaq́; pa Produco inſuper marmora plurium generum ad fabrica das columnas, ad ædes & palatia fulcienda & exornan ad contegendos & incruſtandos parietes, ad ſigna & ſtat conformandas, ad regum tumulos, ad omnigena monum Nec gemmas à me non conſequimini, quibus articuli veſt niteant. Habetis denique è ſyluis meis molliſſima vell inde veſtes ſericas. Quas ego prætereo, quàm innume magnificasq́; vrbes ſuſtento, quibus vt corona circumda Et ego quondam dearum fui in ordine, & habita ſum de rum vetuſtiſſima, ne ſeſe hoc bono tantum ignis & aqua ctent. Ac multo quidem iuſtius ego fui, propter plura &*

*præſtantiora beneficia, quibus cum aſsiduè fruamini, non eſt neceſſe ea deinceps à me percenſeri.* Hæc vt imparatus: de palma non curo, vincat æquitas. A. Quid ſentis Callippe? C. Quod antequam diceret ſentiebam: vicit Balbus. A. Et de Sanctino? C. Teſtatus es ipſe, te ab eo victum. S. Nos duo igitur quod de vobis iudicemus nihil habemus: & tam bonis iudicibus agimus gratias. Poſthac ad ſimilia certamina paratiores veniemus, quo paratius vincamus. A. Neſcio: nam & nos armati, & graui quidem armatura in arenam deſcendemus.

## ANNOTATIONES.

PER ΣΥΖΗΤΗΣΙΝ) *Interpretari poſſumus hoc verbum diſputationem, diſceptationem, qua inter ſe aliqui de re quapiam quærunt rationibus & argumentis, mutuam quæſtionem. Nam συζητέω valet vnà cum alio de re aliqua diſquiro, diſputo, cum aliquo rationes & argumenta ad rei cuiuſpiam indagationem confero.* SECVNDVM PHILOSOPHORVM RHETORICAM) *Alia quædam eloquentia philoſophorum eſt, eorum dico, qui eloquentes ſunt habiti, vt Platonis, Xenophontis, Ariſtotelis, Theophraſti, &c. alia oratorum: quod diſcrimen explanat non vno in loco per libros de arte dicendi ſuos M. Tullius. In 2. autem de finib. vno verbo, & ſummatim indicat. Sed hæc Rhetorica philoſophorum, inquit, non noſtra illa forenſi, quam neceſſe eſt, cum populariter loquamur, eſſe interdum paulo hebetiorem* PETERE ME

VERVM

VERVM EST ) *Verum apud maiorum gentium ſcri-res latinos eſt idem perſæpe quod iuſtum, æquum, pa-ctum : id teſtimoniis planum fiet. Cic. pro. Quintio. C-tinuò ne verum fuit poſtulare, vt ex edicto bona p-dere liceret? Pro Muræna. Negat verum eſſe all-neuolentiam cibo. Ad Att. lib. 2. Quid verius, qu-in iudicium venire, qui ob rem iudicandam pecuniam a-ceperit? Liuius lib. 32. Cæterùm & ſociorum a-poſtulata verum eſſe. Virgil. lib. 12. Æneid. me ve-rius vnum Pro vobis fœdus luere, & decernere ferro. T-rent. And. Id ne verum eſt? immò id genus hominum peſſimum. Horat. ſat. 3. lib. 2.*

*An, quodcunq; facit Mæcenas, te quoq; verum eſt*
*Tanto diſſimilem, & tanto certare minorem?*

Et epiſt. 7. lib. 1.

*Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede verum eſt.*

*Sic veritas pro æquitate nonnunquam. Cic. pro Qu-Cùm tot tantiſq; difficultatibus affectus, atque aff-in tuam C. Aquilli fidem, veritatem, miſericordiam Quinctius confugerit. In Verrem Act. 1. Si n iſtius ing-tes diuitiæ iudiciorum religionem veritatemq; perfr-rint.* SCHOLAS EXPLICABIMVS ) *Nom-ſcholæ Cic. etiam adhibet in controuerſiis, & diſpu-tionibus de rebus cognitione dignis. Tuſcul. 1. Vt iam e-tiam ſcholas Græcorum more habere auderemus. Ibi. Itaque dierum quinque ſcholas, vt Græci appellant, in-tidem libros contuli. Et lib. 3. Sunt enim certa quæ d-paupertate, certa quæ de vita inhonorata & ingloria.*

cij

ci ſoleant. *Separatim autem certæ ſcholæ ſunt de exilio, de interitu patriæ, de ſeruitute, de debilitate, de cæcitate, de omni caſu, in quo nomen poni ſoleat calamitatis. Has Græci in ſingulas ſcholas, & in ſingulos libros diſpertiunt: opus enim quærunt, quanquam planè diſputationis, delectationiſq́; ſunt.* 2. de finib. *Primùm deprecor, ne me tanquam Philoſophum putetis ſcholam vobis aliquam explicaturum.* SACRA QVÆDAM νήφαλια) *In ſacris iſtis quæ Athenis fiebant Mnemoſynæ, Auroræ, Soli, Lunæ, Nymphis, Veneri, & Vraniæ non libabatur vinum, ſed aqua melle diluta, ſeu aqua mulſa. Per prouerbium dicitur nephalium ſacrificium de conuiuio abſtemio, aut nimium frugali ac ſobrio.* PRIMIGENIVM CORPVS IGNIS) *De igne videbis, ſi libuerit, quæ ſcribat lectu mirè iucunda ſacra & profana vir omnibus maximarum artium diſciplinis politiſſimus Pererius lib. 4. in Daniel.* IPSA PROCREATIONIS RATIO SIMVL OMNIA) *Quomodo per copulationem qualitatum elementa corpus mixtum generent, egregiè, vt alia compluſcula phyſica Baſil. Homil. 4. Omne autem corpus eſſe mortale, ſic oſtendit Cic. lib. 3. de nat. deor. Etenim omne corpus aut aqua, aut aër, aut ignis, aut terra eſt, aut id quod eſt concretum ex his, aut ex aliqua parte eorum. Horum autem nihil eſt quod non intereat. Nam & terrenum omne diuiditur, & humor ita mollis eſt, vt facilè comprimi collidiq́; poſſit. Ignis verò & aër omni impulſu facillimè pellitur, naturaq́; cedens eſt maximè, & diſſipabilis. Præterea omnia hæc tum intereunt, tum*

*in aliam naturam conuertuntur: quod ſit cum te*
*aquam ſe vertit, & cum ex aqua oritur aer, & co*
*aere æther, cumq́ eadem viciſſim retro commeant.*
LA INSTRVMENTA AVT OPERA ARTI
*Toti mundo, variisq́ artibus neceſſarium eſſe ignem*
*bit Baſil. Homil. 3. Neceſſariam mundo naturam*
*ipſius eſſe, nemo adeo expers eſt vitæ, vt ignoret,*
FLVMINVM MAG. CAPITA ET ORIGIN
*Inſinuat hoc Virgil. 4. Georg. loquens de Ariſtæo.*
*ſtis ad extremi ſacrum caput aſtitit amnis.* VT CO
NIDEM) *Cum alicui rei ſummam manum imp*
*aut extremum finem addi ſignificare volumus, co*
*dem addi, colophonem addi, ſeu imponi dicimus.*
*translatum eſt à nauibus, quibus quiddam roſtri ſ*
*gerens addi ſolet: poſterius ortum à Colophoniis, q*
*naualibus copiis abundabant, tum equeſtribus ade*
*cellebant, vt vbicunque gentium bellum gereretur*
*conſici non poſſet, Colophoniorum equitum auxilio*
*ſtigaretur. Legendus Paroemiographus.* ET HO
NES SVIS ME CRIMINIBVS) *Hæc eſt d*
*terræ, deſcripta à me ex Plinio, lib. 18. cap. 1. in*
*tiam docet, homines vt venena naſci.* MEVM Q
CVS SPECIEM) *Non pauca, nec vulgaria de*
*terra Philo Comment. De æternitate mundi.*
*plicat item, cur à poëtis Pandora vocetur. Ter*
*nondum ſenuit, vt videri poſſit effœta præ ſen*
QVASI VBERA MEA) *Si mater quodammod*
*ra, ergo & vbera quodammodo, quibus alat qu*

ha

habeat neceſſe eſt. Super ea re Philonem audiamus, lib. de mundi opif. *Mater autem etiam terra eſſe videtur. Quapropter & priſcis illis placuit, vt nominaretur δημητηρ, compoſito è matre & terra vocabulo. Non enim terra mulierem, vt dixit Plato, ſed mulier terram imitatur: quam verè poëtica gens omniparam, frugiferam, Pandoramq́ue appellare ſolita eſt: quippe cauſſam ortus & perpetuitatis tam ſtirpium quàm animalium. Meritò igitur terræ quoque antiquiſſimæ matrum, ac fœcundiſſimæ natura tanquam mammas dedit, amnium fluenta fontiumq́ue, vt ſtirpes rigentur, & omnia animalia potum copioſum habeant.* Varro 3. de re ruſt. cap. 1. Itaque non ſine cauſſa maiores noſtri ex vrbe in agros redigebant ſuos ciues, quod & in pace à ruſticis Romanis alebantur, & in bello ab his tuebantur. Nec ſine cauſſa Terram eandem appellabant matrem, & Cererem, & qui eam colerent, piam & vtilem agere vitam credebant, atque eos ſolos reliquos eſſe ex ſtirpe Saturni regis. Ad terræ commendationem non me teneo quin eius cum humano corpore pulcherrimam comparationem ex Bened. Pererio adiungam, è lib. 4. Comment. in Daniel. *Videtur etiam terra ad humani corporis exemplar formata. Sunt enim in corporibus noſtris, venæ & arteriæ: illæ ſanguinis, hæ ſpiritus receptacula. In terra quoque ſunt alia itinera, per quæ aqua, & alia per quæ ſpiritus currit: adeoq́ue illam ad ſimilitudinem humanorum corporum natura finxit, vt veteres, aquarum appellauerint venas. Sed quemadmodum in nobis, non tantum ſanguis eſt, ſed multa genera humorum, alia neceſſarij, alia corrupti, ac paulo pinguioris: in capite cerebrũ, in oſſibus medulla, ſaliuaq́ue, & lachryma, & quiddam additum articulis, per quod agilius flectantur ex lubrico: ſic in terra quoque ſunt humorum genera complura. Quædam, quæ natura durentur: hinc*

*eſt omne metallorum genus, ex quibus aurum argen-
petit auaritia: quædam, quæ in lapidē ex liquore verti-
In quibuſdam verò locis terra humore liqueſcit, ſicut
men, & cætera huic ſimilia. Et ſicut noſtrum corpus
tu interius clauſo, ſæpe quatitur & conflictatur, ven-
ita etiam contingit terra: vnde horribiles terræmotus
non modo ſingulorum hominum & locorum, ſed etiam p-
lorum & regionum exiſtunt.*

# PROGYMNASM. VNDECIMVM.

## *De ſublimibus generatim.*

*CELERINVS, VENNONIVS, SIMONETTVS.*

CELERINVS. Cum multæ res ſint in na- ræ ratione, quam Græci phyſiologiam ap- lauerunt, & ad ſpectionem iucundiſſim ad cognitionem animi pulcherrimæ, operoſè undanterq; à Phyſicis explicatæ, patere la- videntur, quæ, quoniam ſupra caput noſtrum ætheriis in oris, ex cęli elemētorumq; actione tua præter naturam pariuntur, meteora, item limia, ſiue ſupera legitimè nominantur: qu partim in alto manent, vt fulgura, tonitrua: pa in ſola terrarum decidunt, vt pluuiæ, rores, Numquid ſecus eſt Vennoni? V. Minimè Ac tametſi imperfectæ concretionis ſunt, ſe imperfecta, atque à genitalibus rerum corpo nihil fermè ſecernuntur, & eorum pleraque

gign

gignuntur exoleſcunt, aut ad ea mox reuertuntur, è quibus nata ſunt (quod in perfectè mixtis non ſit, quæ non illico in elementa ſua, ſed in alia quædam mixta prius occidunt, aliaq́; & alia forma veſtiuntur) attamen in ſpatioſiſsimo huius mundi theatro, quemadmodum non eſt quod crebrius, ita profectò non eſt quod auidius aſpicias, libentius inueſtiges, delectabilius comprehendas. S. Cum cætera vobis tanquam Geometris, quæ vocant poſtulata, concedo, tum hoc ad laudem meteôron (quas impreſsiones noſtratium philoſophorum greges nominitant, quod in aëreis regionibus velut imprimuntur, & impreſſa quodammodo viſuntur) non arbitror omittendum, vſuram ea præſtare multiplicem, & commodiſsimas vtilitates. Eſſe quædam ſpectacula, ſeu miracula mundi huius lunari orbitæ ſubiacentis, quotidiana propemodum, ſummopere illa quidem grata contemplatu, periucunda inueſtigatu, ſuauiſsima cognitu, vt dicebat modo Vennonius. ſed nonnulla interim viſu, nonnulla auditu horribilia. Vt enim ſileam⁹, illas cœli ruinas, illos perterricrepos in nubibus ſonitus: vt abſtineamus meminiſſe fulgurationum, aliorumq́; profanæ multitudinis animos percutientium, aſpectus ſiderum ſanguineo crine horrétium, & comarum ſpecie in vertice hiſpidorum, quia grauium publicorumq́; incommodorum prænuntia exiſtimantur, nunquam non timorem facit. Hoc etiam aſſeuero, diuinam potentiam, ſapientiam, prouidentiam non aliis, quam è perturbationibus illis cæleſtibus, aut apertius vulgò cognoſci, aut magnificentius prædicari. At

enimuero, vt inueſtigatores atq; interpretes rerum à natura inuolutarum his quæſtionibus ſtudium magnum dederint, ſicut Celerinus confirmauit, mihi ſanè videntur, nequaquã tamen omnia adeo penitus enucleata, dubia multa, & valde propter obſcuritatẽ opinabilia ab iis relicta inuenias: vt variis doctiſsimorum hominum, diſcrepantibus ſententiis ſæpius occurrat, à quo aſſenſionẽ cohibeas, ne perperã ſentias, quàm quod ſine vlla ambiguitate defendas. C. Totum iſtuc largimur tibi: ideo non ſatis percepta, & exploratè cognita, quæ de communibus ſublimium cauſsis aſſeruerunt. Illi viderint: nos quidẽ & planè percepimus, & penè cognouimus. Nã quæ aliæ poſſunt eſſe efficaces, quàm cælum, quàm aſtra, quàm ſol ipſe, quorum omnium motu, lumine, virtute excitari ea prorsus gnaroq; cõpertiſsimum eſt. Materiam dant quæ variæ & multa, quædam humida, quædam arida, quædam algentia, quædam feruida è terris & aquis, ſimilia vt fumi quidam craſsiores, tenuioresq; afflatus. Formam eorum aliam, quam elementorum, ex quibus creantur, nullam cerno. Finis eſto animantium ſalubritas, ſtirpium, corporumq; cæterorum commoditas. Afflatus enim tetri, putiſcentes, venenati, quibus vitiatum & corruptum cælum morbos inuectat, & funera agglomerat abſumuntur, ventis aër perpurgatur, terra recreatur, imbribus arua irrigantur, quò pinguiora pabula concipiant, ſolis feruores mitigantur. Et quamuis proprietates quædam elementorum cenſeri queant, quæ tum demum illis conueniunt, cum alterutra vicem agendo, aut vi cæleſti immutata, ac per-

bata, aliquantulum à conditione ſua receſſerunt, & effectus naturæ quales quales, ſingula nihilominus ad vniuerſitatis elegantem & perfectam conſtitutionem pertinere ſentiendum eſt. Quemadmodum præterea morborum iactationibus pecudum corpora ſuperuacuos humores atque noxios cum ſpiritibus fæculentis amittentia purgari, atq; ita ad vitam diuturniora ſolent euadere: ſic opinantur eruditi, elementa humores non neceſſarios & ſuperuacaneos, & tanquam virulentos flatus in meteoris amittere, & quaſi renouari. Qui idcirco ea oriri dicunt, vt futura portendant, probabilia loquuntur, ſi ea ſignificationes habere intelligunt veriſimiles eorum, quæ ab eadem cauſſa & materia exiſtere poſſent, vnde ipſa extiterunt. Sic è cometa ſiccitatem, ventos: ex cæli mutationibus ægritudines vaticinari licebit. Locus & quaſi patria cuiuſq; vbi eduntur, eſt aër, aqua, tellus, ignis. Verùm aër totus, aqua tota, terra & ignis ea parte, qua impura ſunt. Nam philoſophi non ignobiles elementa certas in partes diuiſerunt. Ignem in geminas, quarum cælo proxima omnino pura: altera proprior aeri, eiuſdem actione paulum infecta eſſet. Reliqua in tres, pro tripartita in quolibet puritatis impuritatiſúe differentia. V. Cæleſtium corporum tanquam imperio exhalationem diſparilem è terra & aqua emanantem, & per aerios ſeſe tractus attollentem, conſtitui duplicem animaduerto: vnam craſsiorem, quæ humecta ſit, & calida: eam ſuo vocabulo ἀτμίδα, latinè vaporem, qualis è locis humentibus, & omnino ex aquis excernitur: alteram tenuiorem,

ſiccam, & calentem, qualẽ propriè terra,& arenoſa maximè loca in ſole remittunt: hanc commu voce græca ἀναθυμίασιν,& exhalationem latinè vo citant, ſtatuuntq́; materiam igneorum & aëreor meteôron,vt vaporem humidorum. Nos vtrun que genus non modo indiſcriminatim exhalatio nes,verum etiam halitus,anhelitus,fumos,exſpira tiones,aſpirationes, afflatus, euaporationes,ſpiri tus,animas, vapores nominemus: ſiquidem non adeo ſubtiliter in hac diſſertatione limare verita tem propoſitum eſt. A Seneca aliquoties aer no minatur. Videris autem,Simonette,elementa duo feciſſe,quæ exſpirent: duo quæ exſpirata recipian Hoc abs te ego & Celerinus pluribus diſſeri percu pimus, ſimulq́; de illis æthereis campis,quomodo quótue regionibus interſecentur ac diſtinguantur S.Ad efflatus elementi neceſſariũ eſt ineſſe illi par tes alias craſſas & ſolidas, alias tenues ac ſubtiles quarum hæ ab illis vi & actione corporis alicu calefacientis ſecludantur: hoc enim eſt exſpirare Ita pomum odorem exſpirat, cum partes eius ſu tiliores abeunt. Corpora illa præter ignem, ſu cælum, ſtellæ, & ſol inprimis: quæ infima hæc, qua verſantur ſempiterna volubilitate & luce ca facientia, halituum copiam in ſublime elicium Quod ſi corpus aliquod partibus aut ſubtilita aut craſsitudine paribus reperietur, nulla illic ſpectabitur euaporatio. Sin autem craſsis mi buntur tantopere ſubtiles, vt earum ſubtilitate o mnis vincatur exhalatio, ne tum quidem aſpira tiones ſequentur. Cur igitur non exhalat lapis? ſo æquabilem craſsitiem ſcilicet. Cur non ignis? qu

cor-

corpus eſt puriſsimum, partibus omnibus, & ęqualiter ſubtiliſsimis. Cur non aer? quia partium eius nimia eſt tenuitas. Quamobrem, ſi duo duntaxat extarent elementa, ignis & aer, non eſſet vnde meteora conflarentur. In aqua autem & terra quoniam iacet huiuſcemodi partium inæquabilitas, ideo crebros anhelitus reddunt. Vidimus frequẽter, dum aqua, aſtituta ad focum olla ferueſceret, fumum quendam ollari ſublato exire. Sic per radios ſolis atomos, hoc eſt, indiuidua quædam corpuſcula volitantia, quas ſubtiliores ſui partes terra eiectabat. Quanquam nec exhalatio verè terra. ſed terreſtre quiddam: nec vapor verè aqua, ſed aqueum quiddam eſt. Partes porrò, ſpatia, ſeu regiones aeris ſunt tres. Prima initium capiẽs, vbi montes excelſiſsimi finiuntur, igni viciniſsima, eouſque deorſum pertinet, quouſque calor ignis ſe diffundit. Hæc cum eodem igne ad cæli conuerſionem circumagitur, cui cum ſemper propinqua ſit, & ille caloris ſui formam conſtantiſsimè retentet, nemo negabit continenter eſſe calidiſsimam, & magnopere ſiccam, cum naturâ tamen humore ſit, & calore mediocri. Tertia à terra mariſq; extremitatibus illuc vſque ſurſum verſus porrigitur, quò ex ſolis redeuntibus ac replicantibus ſeſe radiis calor vltra non intenditur: in qua vagantur & victitant animalia quæque reciprocas ducunt auras, quæque non ducunt. Hanc cum reflexa illa Phœbi ſpicula calefaciant, vt dictum eſt, ob eiuſdem acceſſum diſceſſumq; magis & minus caleſcere oportet: quam maximè variam inconſtantem, & mutabilem experimur. Secunda ſeu media, quid-

N 3 quid

quid aeris inter ſummam & infimam interfuſu eſt, quam claret propter vtriuſq; extremi contr rium (antiperiſtaſin vocant) à frigore obtine eoq́; ſæuiore, quo extremorum calor validu trinq́; incumbens, velut in medium locum frig ab aere conceptum compellit. Cui rei indicio bium, niuis, aliarumq́; rerum algidarum conn tio: quæ res quoniam nec in hoc cælo terris pro mo, quod ſæpius calet, nec in extima illa regio ſemper æſtuante gigni vllo modo poſſunt, conſe taneum ſit, aliquam eſſe aeris regionem frigid iis generandis accommodatam. Euolant aq rum terrarumq́; animæ partim in ſupremum r gionis vltimæ, ſeu ignis infimum, partim pe medium, partim hæſitant in poſtrema, partim, q ſunt terreſtres nimium, in terræ viſceribus reſi Antiperiſtaſis eſt, vt planius explicemus, actio cuius in ſeipſum ob contrarium circumſtam hyeme calidiora ſunt hominum intima, ſtoma ad concoquendum obſequētior quàm æſtate. gus enim poros ſtringens, calorem exitu prohi ſic ignis hyeme plus calet, & eſt eius flamma cior. C. Quia materia rerum ſupra nos orien exhalatio eſt, eaq́; vel craſsior atque humidior tenuior & aridior, inde quiſpiam tria earum ra collegerit (nam quartum illud, in quo Ari les librum μετεωρολογικῶν extremum conſu ad libros de ortu & interitu, vt ſupplementu ctius additur) quæ ſingula formas ſuas conti vt ſicca quidem & tenuis ignitis, craſſa & hu aeris, & aqueis concipiendis idonea ſtatuunt. Sinite me tentare memoriam meam de fide

& ſub vnumquodque genus ſubiectas ſpecies percenſere. S. Tenta. V. Igneorum quædam verè ſunt quod apparent, vt virgæ, æges, doci, draco, domus ardens, faces, pyramides, candelæ, lanceæ, lucernæ, erraticus ignis, ſtellæ tranſuolantes, caſtores, fulgura, fulmina, cometæ: alia non verè ſeu alia, quæ huic velut curiæ annumerantur, ex repercuſſu luminis fermè fiunt, vt chaſma, colores nubium, iris, area, & parelia. Ad ordinem aeriorum aggregantur venti, terræmotus, ecnephias, typhon, preſter, tonitru. In numerum aqueorum referuntur pluuia, nix, ros, pruina, grando, nebula: in quo eodem reponuntur fontium, fluminum origines, maris ſalſedo, accedentiumq́; & recedentium eius aquarum viciſsitudo. Adnectitur genus quartum, terreorum, quæ nimirum humo effodiuntur & exciduntur, varia metalla, lapides, terræ inſigniores. C. Non te fefellit tua cuſtos. S. Quis autem à primo ſuſpicatus eſſet, hoc ſermone tam aptè ordinateq́; à nobis explicatum iri quid eſſent meteora, quantum valerent, quibus è cauſsis exiſterent, quibus ſedibus, quæ illorum claſſes? C. Quia igitur neſcientes tam præclara, & firma fundamenta locauimus, de reliquo noſtra, & quidem haud ſcio an expiabilis culpa fuerit, ſi ædificationem aut intermittemus, aut procraſtinabimus: cum præſertim delineatam futuri operis deſcriptionem ab architecto non deſideremus, copiasq́; ad huius ædificij perfectionem aptas iam pridem quæſierimus.

# ANNOTATIONES.

METEORA, ITEM SVBLIMIA ) *Ob hanc lam cauſſam hoc illis nomen: quod nempe editis locis, & mundo ſublimiore pleraque omnia producuntur non quod à cauſis ſublimibus: nec quod animum admiratione ſuſpenſum teneant: etſi vtrumque horum conuenit.* SEV MISTA IMPERFECTA ) *Corporum alia ſimplicia ſunt, quæ nimirum materia, forma & duabus qualitatibus conſtant, vt elementa: alia mista, in quibus inſunt plures qualitates. Mixtorum ſus quædam imperfecta ſunt, vt meteora: quædam perfecta: & horum alia inanima, & ſub terris latentia, vt foſſilia: alia animata, & ſupra terras extantia, vt ſtirpes & animantes.* QVÆ VOCANT POSTVLATA ) *Dictio ſollemni Geometrarum Cic. 3. Off. Geometræ ſolent non omnia docere, ſed poſtulare, vt quædam ſibi concedantur, quò facilius quæ velint explicent. Et Tuſcul. 5. Verum tamen Mathematicorum iſte mos eſt, non philoſophorum. Nam Geometræ cum aliquid docere volunt, ſi quid ad eam rem pertinet eorum, quæ ante docuerunt, id ſumunt pro conceſſo & probato: illud modo explicant, de quo ante nihil ſcriptum eſt. Philoſophi quamcunque rem habent in manibus, in eam quæ conueniunt, congerunt omnia, etſi alio loco diſputata ſunt. Talia poſtulata ſunt: Quæ eidem æqualia ſunt, inter ſe quoque ſunt æqualia. Si ab æqualibus, ſeu paribus demas paria, quæ remanent paria, aut æqualia ſunt. Omnis triangulus habet tres an-*

gu-

gulos æquales duobus rectis. PROFANÆ MVLTITVDINIS) Profanum quod eſt ante fanum. Varro. Quod fani religione non tenetur. Feſtus. Profani demum qui fanum ſacrumúe locum intrare non poterant, non initiati. Gloſſis ἀμύητοι, βέβηλοι, ἀνίεροι. Virgil. lib. 6.

procul hinc procul eſte profani,
Conclamat Vates, totoq́; abſiſtite luco.

Qui literas non didicerunt, qui quaſi myſteriis philoſophiæ initiati nondum ſunt, homines idiotæ, rudes, imperiti, lanij, ſartores, olitores, collegia pharmacopolarum, & opificum, etiam quodammodo profani cum ſint, ita à ſcriptoribus nobilibus dicuntur. Plato Theæteto. ἄθρει δὴ περισκοπῶν μή τις τῶν ἀμυήτων ἐπακούῃ. Contemplare igitur circumſpiciens, ne quis profanorum, & non initiatorum exaudiat. Sic Horatius modulaturus res non ludicras, ſed ſerias & graues, è media philoſophia petitas, myſteriorumq́; ſimiles, peruerſis, laborantes opinionibus, & frugifera vitæ præcepta aſpernãtes, quaſi indoctos, & à ſacris remotos auditione ſuorũ carminum excludit lib. 3. Ode. 1. Odi profanum vulgus, & arceo. Profanum quoque vocabimus, quem indocti laicum. DIVINAM POTENTIAM, SAPIENTIAM) Impius Lucretius, cum obſeruaſſet haſce res ad venerandos, timendosq́; deos multum poſſe in hominum mentibus, ſolis naturæ viribus eas contingere, deos omni curarum impeditione liberos viuere vitam otioſam lib. 6. docere non dubitauit. Verebatur quippe, ſi eoſdem rerum humanarum habere procurationem fateretur, ne beatitate eos ſpoliaret: & genus huma-

num vitam ſollicitam & anxiferam ducere nol
Principium ſceleratæ doctrinæ hoc eſt.

*Cætera quæ fieri in terris, cæloq; tuentur*
*Mortales, pauidis quom pendent mentibu' ſæpe*
*Efficiunt animos humiles formidine diuûm &c.*

Efficiuntur hæc quidem à cauſsis, quas ſecundas no nant: at non ab his ſolis efficiuntur, hoc eſt, opere diuino deſtitutis. In ſcriptis ſacratis ex iſtiuſmodi orologicis, & frequentius & mirabilius poteſtas, pru dentia, maieſtas, æquitas Dei prædicatur. Teſtim collegit Pererius Comment. in Daniel. Cic. 2. de nat. Ex quatuor cauſsis, ob quas in hominum animis formatam deorum notionem Cleanthes dixit, hanc tertiam, quæ terret animos fulminibus, tempeſtati nimbis, niuibus, grandinibus, vaſtitate, peſtilentia, motibus, & ſæpe fremitibus, lapideiſq; imbribus, & imbrium quaſi cruentis: tum lapidibus, aut repen terrarum hiatibus: tum præter naturam hominum cudumq; portentis: tum facibus viſis cæleſtibus: tum lis iis quas Græci cometas, noſtri crinitas vocant, quæ per bello Octauiano magnarum fuerũt calamitatum nuntiæ: tum ſole geminato. Quibus exterriti homi vim quandam eſſe cæleſtem ſuſpicantur. CONSTI DVPLICEM ANIMADVERTO) Ariſtotel. 1. M teor. cap. 4. de vtriuſque diſcrimine, ac triplici in uallo aerio venuſtè Iouinianus Pontanus.

*Terra etenim duplicem exhalat ſaturata vapore*
*Humidus hic, craſſoq; madens ſe corpore vix fert*

Ari

*Aridus & calido ſuffimine proſilit alter.*
*Accipit hos latè in gremium circumfluus aer.*
*Hunc ipſum triplex regio ſecat: altera candet*
*Ignibus, horrentiq; gelu riget altera: vtrunq;*
*Prima quidem æſtatemq; ſuam, ſua frigora ſentit.*

OLLARI SVBLATO) Aular vel ollar eſt aulæ ſeu ollæ operculum, vt puteal τοῦ φρέατος κάλυμμα, ad exemplum τοῦ ſpecular, torcular, lucar, & aliorum. Secunda ſignificatione eſt operculum cadi, aut dolij. Varro. 3. de re ruſt. Quibus in tenebris cum aular impoſitum eſt in doliis fiunt pingues. REGIONES AERIS SVNT TRES) Ariſtot. lib. 1. Meteor. cap. 3. Deſcriptionem naturamq; harum partium ſuccinctè proponam è Seneca, cap. 10. & 11. lib. 2. & cap. 10. lib. 4. Quæſt. natural. *Permeat ab æthere lucidiſſimo aer, in terram vſq; diffuſus: agilior quidem tenuiorq; & altior terris, nec minus aquis: cæterùm æthere ſpiſſior grauiorq;, frigidus per ſe & obſcurus. Lumē illi calorq; aliunde ſunt, ſed per omne ſpatium ſui ſimilis non eſt: mutatur enim à proximis. Summa pars eius ſicciſſima calidiſſimaq;, & ob hoc etiam tenuiſſima, propter vicinitatem æternorum ignium, & illos tot motus ſiderum, aſſiduumq; cœli circumactum. Illa pars ima & vicina terris, denſa & caliginoſa eſt, quia terrenas exhalationes receptat. Media pars temperatior, ſi ſummis imiſq; conferas, quantum ad ſiccitatem tenuitatemq; pertinet: cæterùm vtraque parte frigidior. Nam ſuperiora eius calorem vicinorum ſiderum ſentiunt: inferiora quoq; tepent, primùm terrarum halitu, qui multùm ſecum calidi affert: deinde quia radij ſolis replicantur, & quouſque redire potuerunt, replicato calore benignius fouent. Deinde etiam illo ſpiritu, qui omnibus animalibus, arbuſtiſq; ac ſatis calidus eſt.*

Ima ſui parte aër maximè varius, et inconſtās, & mutabilis

tabilis eſt. *Circa terram plurimùm agit, plurimũ*
*titur, exagitat & exagitatur: nec tamen eodem mo*
*tus afficitur, ſed aliter alibi: ac partibus inquietus &*
*turbidus.*

*Omnis aër quo propior eſt terris, hoc craßior. Qu*
*admodum in aqua, & in omni humore fæx ima eſt:*
*in aëre ſpißißima quæque deſidunt. Sed quo elatio*
*aër, & quo longius à terrarum colluuie receßit, hoc ſin*
*rior, puriorq́ eſt. Itaque ſolem non retinet, ſed velut*
*inane tranſmittit: ideo minus caleſit: nam omnia q*
*craßioris ſolidiorisq́ materiæ ſunt, hoc fideliùs calo*
*receptum cuſtodiunt.* SVB VNVMQVODQVE GEN
SVBIECTAS) *Quamuis non adeò partitè diſtinctè ſe*
*nidicis tamen numeris, & poëtica prorſus Venere meto*
*rorum genera principio libri ſui de hoc argumento Ioui*
*nus pertexit. Eam ego enumerationem non quidem*
*neceſſariam, verum vt feſtiuam atq́ iucundam, & G*
*naſiis alumnis perquã vtilem adducere in mediũ decr*
*Eſt autem explicata in hunc modum.*

*Hinc ego, quæ nubes cauſſa, quis ſpiritus auras*
*Sollicitet, quæ vis agitet liquida æquora ponti*
*Expediam, & ſalſæ doceam ſapor vnde lacunæ,*
*Quid denſas cogat nebulas, denſumq́ relaxet*
*Aëra, cum lato deſcendit plurimus imbri,*
*Aut abit in rorem, aut crepitanti grandine tecta*
*Diſſilit, aut vaſto cælum quatit omne fragore.*
*Vndeq́ præcipites liquidum per inane ferantur*
*Siue faces, rutilìue angues, aut ignea lampas,*
*Quiq́ micántue, cadúntue coruſci è nubibus ignes,*
*Aut cæloque impulſa ruunt Vulcania tela,*
*Seu quis per dirum miſeris mortalibus omen*

*Spargit ſanguineos flammato vertice crines,*
*Ille quidem morboſq; ferens, inopinaq; bella.*
*Vnde etiam tanto ſpirent cum murmure venti*
*Aëra per vacuum, & pelago dominentur aperto.*
*Nunc alto in ſpeluncis tellure ſub ima*
*Incluſi ſuperas quatiant cum mœnibus vrbes.*
*Atq; hinc digrediens fontes, quiq; amne citato*
*Flumina diuerſis erumpunt partibus orbis,*
*Vndarumq; vages latebroſo è pumice ductus,*
*Et quæ ſint liquidis memorabo exordia lymphis.*

# PROGYMNASMA DVODECIMVM.

## *Ignea meteora.*

*IIDEM.*

SIMONETTVS. Niſi à Cicerone monitus intelligerem, ſemper ex eo quod maximas partes continet, latiſsiméq; funditur, rem appellari, abſolutiſsimum perfectiſsimumq; philoſophorum Ariſtotelem in reprehenſionem adducerem, qui tribus illis libris μετεωρολογικὰ præſcripſit (tribus inquam: nam quartum re ſubiecta quam tractat, cæterorum diſsimilem, ſiquidem de mixtis perfectis eſt, iurè ſubmouemus) cum terrarum tremor, fontes, flumina, mare, de quibus explicauit in tertio, certè in ſuperis oris non procreantur. Sed tamen quia ſupera illa non tantum numero, verùm dignitate quoque reliquis antecellunt, maioreq; animos admiratione percutiunt, & in terra hęc cum

iiſdem

iiſdem materia coniunguntur, non inſcitè hoc-
tius quam alio, ceu communi nomine ambo d-
tur. C. Doctè. At hoc amplius cēſeo, inter ipſa
limia, quæ diuerſa & multa ſunt, imagines illa
ſpectacula ignita, Græcis ὑπερκαύματα, ſiue cali-
ſiccos, & terroſos fumos inflammatos (quod e-
num idemq́ ignium meteorologicorum alim-
tum) mirationem facere maiorem, ac præcipue
metam, qui in hoc habet inſtar omnium. Form-
ſtarum impreſsionum, nēpe vt mixtorum imp-
fectorum, vix eſt diſpar illi, qua conſtant vnde
naſcuntur. Differunt autem inter ſe rebus cō-
ribus. V. Quibus tandem illis? C. Figuris, q-
diſsimilium inflammationun ratione orium
Cernimus virgas, lāceas, candelas, capras & ſ-
tas demum terreſtrium reri ſpecies ac ſimul-
quæ cum propter longinqiam diſtantiam m-
nobis videantur, ſcire cōuenit, eſſe mole ampl-
ma, aeriſq́ ſpatia non paria occupare. Deinde
ferunt ardoribus, copia, raucitate, ſitu materi-
lore, diuturnitate, motu, & aliis. Exſpiration-
pro calore quem cohibent, altius altiuſq́ ſub-
re haud in incerto eſt. In quibus caloris ineſt
mum, ad aerem celſiorem contendunt. In q-
parum, eæ in propinquo terræ incenduntur.
buerint non ita parum, ad medium enitentur
exardeſcent. S. Quæ flammeſcunt in ſuprem
ego te hinc excipiam) earum figuræ pyram-
candelas ardentes, lanceas, trabes, faces, lucer-
ſtellas tranſuolantes, ſtipulas imitantur. Ca-
cum effectionibus percurram. Si halitus bene
tenus, bene calidus, partibus bene compactus

rit, quodq; in eo leuius eſt, in longitudinem teten-derit, quod reſederit, vi caloris ſeſe dilatauerit, tum vel pyramis, vel columna recta baſi ſuæ inſiſtens viſetur. De hoc meteoro Iouiniani Pontani Muſam percipiamus.

*Sed neq; tam tenuis terrarum eſt halitus, vt non*
*Et denſas habeat fumoſo in corpore partes,*
*Quæ ſurſum raptæ, totoq; volumine miſtæ*
*Denſantur, leue in aerium ſe tollit acumen*
*Conſurgens: grauiora ſuo ſeſe ordine ad imum*
*Detrudunt, donec cunei ſub imagine flammam*
*Concipit, & rutilus micat inter ſidera conus.*
*Tunc aliquis limoſa agitans ad flumina Nili*
*Piſcator, dum nocte oculos ad ſidera tollit,*
*Obſtupuit, doluitq; ſimul ſuper aſtra referri*
*Pyramidas, veterumq; rapi monumenta virorum,*
*Aegyptumq; ſuis ſuperos ſpoliare trophæis.*

Candela generatur ex æqualiter ſubtili exhalatione, æqualiterq; extenſa ac dilatata. Lancea aliis ignis oblongus, aliis iaculum, aliis ſagitta ardens nūcupata fit, cum materia ęqualiter craſſa, & ſubtilis, nec dilatata, ſuperiora capeſsit, & accenditur, de qua rectè vſurpes illud poetæ ex 5. Namq; volans liquidis in nubibus arſit arundo. Doci ſeu trabes ſunt effigie trabiū latè, æqualiterq; in longum porrectæ flāmæ. Fax ſiue lampas non ante conſpicitur, quàm cum ad terras delabitur. Plinio duplex. Eius verba hærent animo. Emicant & faces, non niſi cum decidunt viſæ: qualis Germanico Cæſare gladiatorum ſpectaculū edēte, præter ora populi meridiano tranſcurrit. Duo genera earum: lampades vocant planè faces: alterū bolides, quale Mutinēſibus malis viſum eſt. Diſtāt, quod faces veſtigia lōga

faci-

faciunt, priore ardente parte: bolis verò per ardens, longiorem trahit limitem. Emicant & bes ſimili modo, quas docos vocant. quales Lacedæmonij claſſe victi, imperium Græciæ ſerunt. Lucerna principio ſui candelę incenſ rit imaginem, cuius materiam deſuper ignis a gens, paulatim eam ſerpendo conſumit. St tranſuolãtes, ſeu ſtellarum diſcurſus accidunt vna & cadem materia flammis correpta, affri ne aeris in duas pluresúe partes diſtracta decu velut cum aquam manibus comprimimus, g per digitos effluunt. Stultiſsimum eſt exiſtim inquit Seneca, aut ſtellas decidere, aut tranſ aut aliquid illis auferri, & abradi: nam ſi hoc f ſet, iam defuiſſent. Nulla enim nox eſt, qua plurimæ ire, & in diuerſum videantur abduci. qui, quo ſolent, quæque inueniuntur loco. Ma tudo ſua ſingulis conſtat. Sequitur ergo, vt illas iſta naſcantur: & citò intercidant, qui fundamento ſunt, & ſede certa. Eaſdem mo dẽ faces nominat. Stipulæ quas Ariſtoteles virgas dicit, definiuntur raræ quædam inter ſtantes, diffuſiores, longeq́; paſcentes flamma modo ſcintillarum è fornace prorumpẽtium ſim accenduntur: exhalatio enim vt linea pro ditur. Hæc ferè ſunt, quæ altiſsima ora nouit. N abs te meis, & huius Vennonij verbis quæ ſol rine, vt de ignibus medio aere excitatis ſubiu V. Tu ſi hoc feceris, neceſſariò mihi de igni litibus infimæ orę differendum erit: niſi fortè veſtrum hoc etiam onus vt ἐπίμετρον geſtare vo rit. S. Non volet profectò. V. Nolitis, quid

refert quàm imperitè dicam, ſi vos non inuiti audiatis? S. Aggredere ad opus tuum Celerine. C. De capris ſaltantibus, ſtellis cadentibus, & draconibus meus erit ſermo. Materiam conglobatam, & ſimiliter atque ramis productis in alios globos circum latera diſperſam, nullo ordine, ignis veluti per ſaltus inflammat, inde nomen caprarum ſaltantium. Informemus mente puluerem tormentarium ſparſim in pugillos digeſtum, & à primo ad vnumquemque puluercam pertinentem lineam. An non quocunque pugillo ſuccenſo, reliqui omnes ſaltuatim quodammodo ſuccendentur? Alij rationem appellationis afferunt hanc: quòd in morem caprarum, quaſi barbulas dependentes oſtentent. Alij capras iſtas definiunt duas faces accenſas de exhalatione diuiſa in duas partes. Condenſata & pinguis exhalatio, nō ita magno calore, cum ad cæli medium ſe extulerit, à frigore excepta, per antiperiſtaſin igneſcet, deiicieturq́ nonnunquam recta, nonnunquam obliqua linea. Ex eo ſtella cadens dicitur. De qua Ouid. 2. Metamorph. ſimilitudine exprimens lapſum Phaëtontis, quem Iupiter curru pariter, & anima exutum in præceps deturbauit.

*Voluitur in præceps, longoq́ per aera tractu*
*Fertur vt interdum de cælo ſtella ſereno*
*Etſi non cecidit, potuit cecidiſſe videri.*

Hæc materia glutinoſa aliquando inter cadendum ſopito ſeu extincto igne non penitus abolita, ſeu adusta, tanquam atra pix, aut bitumen in agris ab agreſtibus, & paſtoribus reperitur, ſtellarumq́ mucus vocatur. Ex qua verò parte huiuſmodi men-

daces ſtellæ deorſum volant, ex ea vehemen-
res plerunque venti cooriuntur. Exhalatio diu
alimenta flãmis ſufficiens, & in obliquum conto
ta, draconis tortuoſi vocabulũ accipit. Hæc ſu
matim de meis. V. Soluamus quod debemus, t
metſi poteramus non debere. Sunt domus arde
ignis fatuus ſeu erraticus, Caſtores, de quibus f
bulabor. C. Modo ne fabulas. V. Caue bi
Vapor ille ex complexione calidi aridiq́ con
ptus, eſt cum in receſsibus terræ à frigore eum c
ſtringente coërcetur. Hic quia calidus, aquas t
ræ cauis incluſas tepefacit: quæ vna cauſſa eſt c
puteales & fontanæ per tempus hybernum te
ant, per æſtiuum gelidæ ſentiantur. Æſtate ex
egreſſus liberos nanciſcitur, & in ſublime ex
dens, aliquod meteôron procreat, niſi raritas
moderata eum in aerem migrare cogat. Cum
que per regionem hanc imam effertur, ſi mu
eſt, & ad facile incendium aptatus, tum qui arde
intuentur, domum, aut cumulum palearum c
flagrantem ſe iudicant intueri. Fatuus ignis
cognomentum ſortitur, vel quòd, vt alij ignes
vrit: vel quòd viatoribus vt fatuis illudit, eos
fatuos circumducit. Eius pabulum ſeu ma
pinguiores quædam aſpirationes, cuiuſmodi
cis potiſsimùm pinguioribus, & viſcoſioribus
promuntur: vt ſunt paludes, cœmeteria, pa
la, aliaúe capitalium ſuppliciorum loca. Hæc
re aeris, prope terram ſole feruentiore toſtam
cliuius in flammas concedunt. Et ſpectari ſo
ignes huius generis ſupra hominũ, equorumq
pita in longiore celerioreq́ motu. Quippe ex c
ta

tate motus in corporibus currentium feſtinantiúmúe calor acrior excitatur, vnde fumus quidam ſiccus, tepidus, tenax è membris ſurgit, qui ab aere circumfuſo extemplò inflammatur, & ſupra vertices luminis, aut globi candentis ſpeciem gerit. Interdum inſequentes fugere, fugientes inſequi videntur: id quod aeris agitationi adſcribamus, quicum vnà agitantur. Progredientes enim aerem dimouemus, ac repellimus, tantóq; vehementius, quantò contentius ambulamus. Iam aer impulſus, ipſum halitum flammatum impellit. Dum porrò fugimus, aerem à tergo nobiſcum quodammodo rapimus: vt in aqua fas eſt animaduerti: atq; ita etiam erraticum illũ ignem. Quod ſi flabra ventorum eò quò viator tendit, aerem egerint, tum ille talem ignem neq; ſi inſequatur aſſequetur: neq; ſi maximè fugiat effugiet. Eundé nocturni illi viatores lucernã aut faculã eſſe rati, quæ ab homine quopiam geſtetur, & eam veluti certam itineris ducem proſequentes, aliquando in foſſas, ſenticeta, & paluſtria incidunt. De Caſtoribus Plinium teſtem dabo grauem, & dignum fide. Is ita ſcribit. *Vidi nocturnis militum vigiliis, inhærere pilis pro vallo fulgorem effigie ea: & antemnis nauigantium, aliisque nauium partibus, ceu vocali quodam ſono inſiſtunt, vt volucres ſedem ex ſede mutantes: graues cum ſolitariæ venere, mergentesque nauigia: & ſi in carinæ ima deciderint, exurentes: geminæ autem ſalutares, & proſperi curſus prænuntiæ, quarum aduentu fugari diram illam & minacem, appellatamque Helenam ferunt. Et ob id Polluci & Caſtori id numen aſſignant, eosque in mari deos inuocant. Hominum quoque capita veſpertinis horis, magno præſagio circumfulgent.*

*Omnia incerta ratione, et in naturæ maieſtate abdita. Ve-*
*rò ſpei melioris cauſſa naturalis eſt, quod Caſtoribus ap-*
*rentibus tempeſtas intelligitur frangi, & deſinere ven-*
Omnino, fulgores iſti de quibus adhuc verba
bis facta ſunt, plus dant cernentibus admiratio
quam horroris: qui autem fulgura, fulmina, f
getra nominantur, quoniam incendiorum p
miles ſunt, & eos terribilis plerunq; tumultus f
gorq; comitatur, magis valent ad timorem. Au
te Iarbam Getulum, aduenam ſibi à Didone p
latum ægre patientem, & cum Ioue acriter e
ſtulantem apud vatum Regem. Sic ille ante a
media inter numina Diuûm.

> *Iupiter omnipotens, cui nunc Mauruſia pictis*
> *Gens epulata thoris, Lenæum libat honorem,*
> *Aſpicis hæc? an te genitor, cum fulmina torques*
> *Nequidquam horremus? cæciq; in nubibus ig-*
> *Terrificant animos, & inania murmura miſcent.*

Videas ſtupere ac trepidare mortales, quand
idem poeta aliâs: intonuere poli, & crebris m
ignibus æther. Sed opportunum videtur fo
fulminum, & fulgurationum diſcrimina add
prius è ſecundo Quæſt. natural. Senecæ, qu
communi amborum origine explanem. *Fu-*
*tio oſtendit ignem, fulminatio emittit. Illa (vt ita*
*comminatio eſt, conatio ſine ictu: iſta iaculatio eſt*
*Fulguratio eſt latè ignis explicitus: fulmen eſt co-*
*& impetu iactus. Solemus duabus manibus inter ſe*
*aquam concipere, & compreſſa vtrinq; palma in mo-*
*phonis exprimere. Simile quiddam & illic fieri pu-*
*bium inter ſe compreſſarum anguſtia medium ſpi-*
*tunt, & hoc ipſo inflammant, & tormenti modo e-*
*Nam baliſtæ quoque, & ſcorpiones tela cum ſonu ex-*
*Fulguratio eſt aeris diducentis ſe, corruentiq; ia-*

*quidum ignem nec exiturum aperiens. fulmen eſt acrioris denſioriſq; ſpiritus curſus. Illa eſt fulmen non in terras vſque perlatum: hæc eſt fulgur vſque in terras perductum. Fulmen eſt quiddam plus, quàm fulguratio, & fulguratio eſt pene fulmen. Vt ergo vno complectamur verbo, fulmen eſt cum è conflictu exhalationis & nubis exprimitur & eiicitur ardor: fulgur cum oſtenditur. Quod quia fit celerrimè, ideo antiqui ad ſignificandam hanc è nubibus ſubitæ lucis eruptionem correpta ſyllaba dicebant fulgere, qua nos producta dicimus fulgere, vt ſplendere.* S. Hæc tam multis declarata qui nondum percipit, ne Mercurius quidē ipſe cum Muſis hominem ſanauerit. Tam plana & indubitata ſunt, vt eorum cauſſa nullius philoſophi ſchola petenda ſit. Conflictum illum quem nominabas, in quo cauſſas efficientes horrificantium iſtorum ignium perſpiciemus, quin depingis? At lingua, non coloribus. C. Quin & coloribus: eſt etenim quædam ſeu picta, ſeu picturata oratio. V. Eam me eloquentioribus volens relinquo. Cum exhalatio calido, ſicco, craſſo, & denſo cōſtans, in mediam regionem emicuerit, ſi ibidem denſa frigidaq; nube omnem in partem quaquà verſus circumdetur, obſideatur, conſtringatur, & haud ſecus quàm ab aduerſario impotentiſsimo vndique quàm acerrimè oppugnetur, & ad ſummas rerum anguſtias redigatur, animoſius reluctāte, & tanquam ſolidiſsimis armis ſeſe contra tuente calore interiore, contra frigus extraneum, æſtuans mirum in modum exhalatio, collectis viribus, omniq; qua poteſt arietatione inſurgens cum vaſto ſonitu crepituq;, quà data porta per nubem victrix erumpit, atq; in ipſa adeo violenta eruptione inflammatur, ſeſeq; in terras penetrat. C. Tantam

ergo inflammationẽ calidi oppreſsi, & frigidi
primentis duellum atrociſsimum progenerat, n
tura valeſcente hoc amplius, quo propior eſt
tio: ſiquidem omnia iam peritura vires ſuas e
atque etiam validiſsimèq́; contendunt, ne pere
Quem autẽ auribus haurimus ſonitum mugi
is dum perfringitur ac dirumpitur nubes exiſt
tonitruum appellatur. V. Sic eſt. Habeo exem
rei illuſtrandæ. An non, ſi quando ardenti can
læ guttas frigidæ iniicimus, calor obnitens fri
fit auctior, factoq́; ſtrepitu plures veluti ſcintilla
uibrat? An non ſalem in ignem proiectum ſ
an nõ caſtaneam nucem prunis impoſitam di
dere tunicam videtis? S. Materia & procreatio
minis atq; fulguris ita ſunt, vt declarauit Venn
us: de fulgure tamen hoc amplius dici poteſt:
ſplendorem repentinum fulminis, at quandoq
tra fulmen emicare per ſe: quandoquidem h
nube cinctus ob tenuitatem in copulationem
mineam cogi ac denſari nequit. C. Interroga
nunc nuper non planè illiteratus, qui fieret, vt
ad oculos noſtros veniret fulgur quàm fulme
rurſum tardius ad aures tonitru, cum, vt ſe au
affirmabat, omnia tria eodem tempore con
rent, quod appoſita ſimilitudine monſtrab
cum, inquiebat, militare tormentum explo
ſeu exoneratur, ſimul puluis accenditur, lux
globus cum tonitru prouolat. Docuerat e
quidam philoſophaſter, cauſſamq́; obſcurius d
uolutius diſſeruerat. Orabat igitur me, vt ea
ne grauarer indicare: capi enim ſe mirificè c
tionibus naturalium. Obſecutus ſum petenti,

erat liberalis petitio, & in hanc ferme ſententiam reſpondi. Quoniam, inquam, aſpectus noſter tenuior eſt, auditus craſsior & hebetior, & ille ſine aeris motu aſpectabiles formas ſubitò apprehẽdit, ideo ſplendorem mox vt editur cernit. Aures non niſi aeris impulſionibus formas ad ſe perlatas corripiunt: quod quidẽ, vt aerem trudat aer, donec ad auditũ perueniatur, confici perceleriter neutiquam poteſt. De iſta re proferam animi gratia verſus Lucretij è lib. 6.

*Fulgit item, nubes ignis cum ſemina multa*
*Excuſſere ſuo concurſu, ceu lapidem ſi*
*Percutiat lapis, aut ferrum. Nam tum quoq; lumen*
*Exſilit, & claras ſcintillas diſſupat ignis.*
*Sed, tonitrum ſit vti poſt auribus accipiamus,*
*Fulgere quam cernant oculi, quia ſemper ad aures*
*Tardius adueniunt, quam, viſum qua moueant res.*
*Id licet hinc etiam cognoſcere, cadere ſi quem*
*Ancipiti videas ferro procul arboris auctum:*
*Ante ſit vt cernas ictum, quam plaga per aures*
*Det ſonitum: ſic fulgorem quoque cernimus ante,*
*Quam tonitrum accipimus, pariter qui mittitur ignî*
*E ſimili cauſſa, & concurſu natus eodem.*

Ad hoc idem vtitur Ariſtoteles exemplo remorum. Declarat autem, inquit, triremium remigatio. Nam tum demum primus agitationis remorum ſonitus aures tangit, cum iam remiges iterum remos ſublatos inferunt. Denique ipſum de tormento militari quod afferebas, in exemplis ducendum eſt. V. Fingas licet, me quoq; ab eodem philoſophaſtro audiſſe quippiam de fulgetro, quod neq; ille ipſe, neq; ego intellexerim, mihiq; da paulùm operæ. C. Fiat, paulùm Celerinus tibi: at tu illi, & huic Simonetto non paulùm. V. Quî nam?

S. Odoror, quid machinetur Celerinus: oneri
te vult onere maiore aliquo, vt multùm ſudes. V
Quonam illo? quæſo. S. De fulmine cumula
adhuc diſputandum eſt: ad eam diſputationem
tua ſolius virtute fretum peruellet aggredi, qu
ſcitu pulcherrima tibi viſa fuerint, quo ordine c
libuerit depromere. V. Nō ingenio, aut perreco
dita doctrina mea confiſus: ſed humanitate ve
beneuolentiaq́; innixus ſubibo humeris, nec m
grauabit iſte labor: præſertim cum nihil ſit, qu
vobis mei cupidiſsimis gratificari non debeam. C
Hoc verbum, ſi quis venerit licitator, nulla à me
citatione impetrauerit. Ergo ad rem. Fulgetra
ſeu coruſcatio fit, cū à nube rarior exhalatio ha
magna vi comprimitur, nec ſe clariſono cum fr
gore prorumpit, nec vt fulmen cadit. Exiſtima
Heraclitus fulgurationem eſſe veluti apud nos
cipientium ignium conatus, & primam flamm
incertam, modo intereuntem, modo reſurgentem
hæc antiqui fulgetra dicebant. Per noctes plu
tempeſtatesq́; apparent crebrius fulgetra, & per
mas domorum ſe infundunt. Si in nube luctet
flatus aut vapor, tonitrua edi ſcribit Plinius: ſi
rumpat ardens, fulmina: ſi longiore tractu nitat
fulgetra. His findi nubem, illis perrumpi. Age
Vennoni, curſum meum peregi. V. Breue ma
modum profectò, & tanta velocitate, quanta
ille Tarſenſis curſor, qui græco epigrammate m
moratur. Fulminum genera tria ſunt potiſsimum
vnum quod res percuſſas terebrat ac perforat,
exhalationem tenuiorem ſcilicet, perq́; idem fo
men quod fecit redit. Alterum oppoſita diſſi

ac diſiicit: hoc quidem cum ſpiritu procelloſo coagmentatum eſt. Tertium terreni multum complexum, & igneum magis quam flammeum, vrit, claraſq; ignium notas ictis à ſe rebus inhærentes relinquit. Et quanquam nullum fulmen igne vacat, hoc tamen propriè igneum vocatur, quod non dubia, vel manifeſtiſsima potius ardoris veſtigia imprimere conſueuit. Vrit tripliciter: aut enim afflat, & leui iniuria lędit, aut comburit, aut accendit. Eſt quoddam genus fulminis (niſi hoc ad tertium iam dictum ſpectare malumus) quo tacta fuſcantur. Hoc aut decolorat, aut colorat. Decoloratur id, cuius color vitiatur, non mutatur. Coloratur, cuius fit alia facies quàm fuit: tanquam cærulea, vel nigra, vel pallida. Communia ſunt omnium generum. Quod pernicitate mira decidunt: hinc illud: & fulminis ocyor alis. Quod vim & poteſtatem ſuam momentis breuiſsimis exerunt, exercentq;. Quod teterrimum efflant halitum, quandoquidem è craſſa, glutinoſa, ſeu tenaci, fœda euaporatione gignuntur, quem halitum ipſæ quoque animantes, iis in locis vbi deciderunt degentes, deſertis cubilibus fugiunt. Effecta quamplurima, maximeq; admirabilia credita litteris tenemus: vt dubium non ſit, ſubtilem quandam in illis ineſſe diuinamq; potentiam. Crumena nec ambuſta & illæſa auri, argenti, & æris quod intus eſt conflatur: igne videlicet tenuiſsimo per occulta foramina inſinuante. Intra vaginam inoffenſam gladius liqueſcit: haſtili inuiolato ferrum deſtillat: ſtat fracto dolio vinum, qui rigor vltra triduum non perſeuerat. Exhauriuntur dolia intactis operimen-

tis. Hominum & animalium ictorum caput ad e
tum fulminis ſpectat: arborum omnium percuſſ
rum haſtulæ contra fulmina ſurgunt. Serpentiu
beſtiarumq́ꝫ quibus mortifera vis ineſt, cum fulm
nata ſunt, venenum omne conſumitur. Hoc ind
liquet: quod cum in corporibus venenatis non n
ſcatur vermis, percuſſa fulmine intra dies pauc
verminant. Vinum fulmine gelatum, cum ad pr
ſtinum habitum ſe receperit, potum, aut exanima
aut dementes efficit. In eadem materia multa d
uerſa facit eadem vis fulminea. In arbore, qu
aridiſsimum eſt, vrit: quod ſolidiſsimum & d
riſsimum eſt, terebrat & frangit: ſummos cort
diſsipat, interiores libros interioris arboris rum
ac ſcindit, folia perſtringit ac tundit: olei quoq
omnis vnguenti teter poſt fulmen odor eſt. Qu
cunq́ꝫ decidit, ibi odorem ſulphuris eſſe certum e
qui, quia naturà grauis eſt, ſæpe hauſtꝰ alienat. M
tia fœminarum Romanarum illuſtriſsima, icta f
mine grauida, partu examinato, ipſa citra vllum
liud incōmodum vixit. Vnum animal homin
non ſemper extinguit, cætera illico: hunc videli
illi natura tribuente honorem, cum tot bellu
ribus præſtent. Omnia contrarias incubant in p
tes: homo niſi conuertatur in percuſſas, non
ſpirat. Vigilans fulminatus, conniuentibus ocul
dormiens patentibus reperitur. Nullum ani
niſi examinatum fulmine accenditur. Vulnera f
minatorum reliquo corpore frigidiora ſunt. E
quæ è terra producuntur, lauri fruticem non
fulmen: nec vnquam quinq́ꝫ altius pedibus in t
ram deſcendit. Quare pauidi altiores ſpecus tu
ſim

ſimos pūtant: aut tabernacula è pellibus belluarū, quibus vitulis marinis nomen eſt: quoniam hoc ſolum animal ex marinis non percutit fulmen: ſicut nec ex volucribus aquilam, quæ ob hoc Iouis armigera fingitur. Non ſimiliter omnem materiá vexat. Valentiora, quia reſiſtunt, vehementius diſſipat: cedentia nonnunquam ſine iniuria tranſit. Cum lapide ferroq́; & duriſsimis quibuſq; conſligit: quia viam neceſſe eſt per illa impetu quærat. Itaq; facit viam qua effugiat: teneris & rarioribus parcit quanquam & flammis opportuna videantur: quin tranſitu patente minus ſæuit. Bruta fulmina & vana, quæ nulla veniunt ratione naturæ. Iis percutiuntur montes, iis maria. Sic dicuntur omnes alij irriti iactus. Feriuntur autem ſæpius mōtium culmina, & editiora locorum, quod Lucretius indicat lib. 6.

*Altaq́; cur plerunq; petit loca, plurimaq́; huius*
*Montibus in ſummis veſtigia cernimus ignis?*

Idem lib. 5.

*Inuidia quoniam, ceu fulmine, ſumma vaporant*
*Plerunq; & quæ ſunt aliis magis edita cunq;.*

Horat. Ode 10. lib. 2.

*Sæpius ventis agitatur ingens*
*Pinus: & celſæ grauiore caſu*
*Decidunt turres, feriuntq́; ſummos*
*Fulmina montes.*

Sen. lib. 2. cauſſam eſſe putat: quia oppoſita ſunt nubibus, & è cælo cadentibus, per hæc tranſeundū eſt. Hyeme & æſtate rara ſunt fulmina, contrariis de cauſsis: quoniam hyeme denſatus aer nubium craſsiore corio ſpiſſatur: omnisq́; terrarum exhalatio rigens ac gelida, quidquid accipit ignei vapo-

vaporis,extinguit. Quæ ratio immunem Scythi
& circa rigentia, à fulminum caſu præſtat, & 
uerſo minus ardor Aegyptum. Siquidem ca
ſicciq; halitus terræ, raras admodum tenueſq;
infirmas denſantur in nubes. Vere autem & a
tumno crebriora,corruptis in vtroque tempor
ſtatis hyemisq; cauſsis. Hæc legere memini ap
ſcriptores primi ordinis, Senecā præſertim ac P
nium. C. Mira miris modis,& diligentiſsimæ o
ſeruationis. S. Et non cuiuis credibilia; ſicuti a
in natura non pauca habemus, quæ niſi docti,
rationes cuiuſque perſcrutantur & capiunt, ne
credat. Tametſi inuenias aliquando, quæ nu
nec recondita ratione cernantur: vt imbecill
tem intelligentię noſtræ,Deiq; poteſtatem imm
ſam,vel è nobis ipſis diſcamus. Et hæc quidem
ctenus,atq; iſto modo: nunc aliunde ſumpto p
cipio,de crinito ſidere colloquamur. C. Ing
entibus nobis explicare deſcriptionem come
per mihi mirus,& illaudatus videtur mos, qu
locorum cæleſtium ſpectaculis oſtentisq; hom
cuſtodiunt: magis noua quàm vetera: inuſi
quàm aſsidua: parua denique quàm ingentia
rantur. Quàm illic in ſole, luna, aſtris multa,
qualiacunq; miracula,quibus adminiſtratur m
dus, & natura hæc omnis inferior tēperatur? Q
tamē fiunt quotidie, nulla eſt apud nos eorum
tatio,nulla animaduerſio: negliguntur. Sin au
ordini conſtantiſsimo aliqua fuerit allata per
batio: ſi quippiam præter ſtatum ſolitumq; e
ſerit, continuò ibi omnium oculi morantur, in
ſeſe aſpectamus, curioſiſsimè interrogamus,

fu

fœminatiſsimè formidamus, cupidiſsimè inuicem commonſtramus. Atque iſtuc cum in aliis ignitis ſpiritibus, tum in vno exaggeratiſsimo, & ſummè conſpicuo, quem cometam nominare didicimus, vulgaris conſuetudo inprimis recepit. Exoritur cometa, concurſantur compita, portenti nouitas vnumquemque ad ſe rapit, domi & in publico ſeruntur fabulæ, attonitas mentes non lætitiæ, ſed timores calamitatum imminentium peruagantur. Dirum quippe mortalibus omen, & inauſpicatiſsimus vates cometa, terrificum magna ex parte ſidus. S. Iſtis ſideribus (quæ, quod habent ramulos tanquam crines circumcirca ſparſos ardentesq́; à Græcis cometæ, à latinis crinitæ ſtellæ nuncupantur) me quoque nonnihil primo aſpectu commoueri, vt viſo perraro ac terribili ſum expertus (quoniam viſiones animi, quas appellant φαντασίας, quibus mens hominis prima ſtatim ſpecie accidentis ad animum rei pellitur, nō pendent à libertate voluntatis: ſed vi quadam ſua hominibus ſe inferūt, & iis carere nec ſapientibus conceditur) at me numero plebeiorum Philoſophia ſcientiarū mater, & naturę ſolertiſsima indagatrix iam pridē exemit, cū mihi talium monſtrorum euentorumq́; ſtuporē & admirationem ademit. Ac ſæpius etiam priſcorum commenta philoſophorum de natura cometæ mecum derideo. Pythagoreis quibuſdam placuit eſſe ſtellam ex earum ordine, quæ ſtatis temporibus ambitu certo peracto, rurſus ad ortum venirent. Aliis obtutus noſtri repercuſſum ad ſolem, vt accidit in ſpeculo. Anaxagoræ & Democrito duarum pluriumúe ſtellarum coitionem, viciſ-

ſim

ſim ſe illuſtrantium. Stratoni ſideris lumen de nube obuelatum: quomodo ſcilicet in laternis venit. Horum confutationem Ariſtoteli, opera totam permittamus. A germanis autem natu ſpeculatoribus veriora nos doceri patiamur: n eſſe corpus cæleſte, non corpus à ſole illuſtratum eſſe exhalationem terrenam, ſiccam, calida craſſam, beneq́ compactam, & tenacem, ſeu p guem, quæ velut membratim leuata in ſuprem partem aeris, in collimitio ignis diducitur (cal enim proprium eſt diducere ac dilatare) orbium æthereorum incitatione agitato aere, ignis affl contactuq́ accéditur, ſerpentibus æqualiter fla mis, quæ propter materiæ copiam haud ita bre poſſunt deſinere: præſertim cum continenti q dam ſimilis alimenti, cæli circumuolutione, cal req́ue ſolis attracti conciliatu inſtaurentur & a plificentur. Ex quo elucet eo durabiliorem com tam fore, quo abundãtior fuerit exhalatio. Nec eſt inquit Seneca his cometis diuturniorib⁹ & c ſioribus plenior materia ſit: neq́ enim diutius parerent, niſi maioribus nutrimentis ſuſtinere tur. Quendam totos ſex menſes mãſiſſe idem n rat. Plinius ait: breuiſsimum quo cernerentur tium ſeptem dierum annotatum eſt: longiſsim octoginta. Vbi cenſet eruditus quidã, Plinio ad dam vnam litteram C. vt ſit, C. octoginta: toti enim diebus ſex menſes continentur. Poſtqu diu ſe viſendum præbuit, tandem in aerem igne úe conuerſus diſperit. Quid tu agis Vennoni taces? V. Vt vos loquamini. C. Scio Herac tum interrogatum cur taceret, hoc dixiſſe. At

nos tacemus, vt tu loquare. V. Non longum faciam. Cometarum naturam dico eſſe admodum ſiccam, cum exiſtere ſoleant ſiccis calidisq́ temporibus, æſtate videlicet & autumno, frequentius autumno: & ita apparet eos humani corporis temperamento aduerſari. Hos Seneca tradit non in vna cæli parte aſpici, nec in ſignifero tantum orbe, ſed tam in ortu quam in occaſu, frequentiſsimè tamen circa ſeptentrionem, quia illic plurimum eſt aeris pigri, & illi denſo aere creantur. Quia verò non ignem modo, verùm & aerem ſupremum rapit ſecum in orbẽ cæleſtium illorum corporum aſsiduus circumactus, cometam qui in aere illo pendet, eadem vertigine conuerſari atque in orbem ſimiliter cieri neceſſe eſt. Inde natus error illorum, qui ſtellam aſſeruerunt. C. Quid de coloribus tam diuerſis? V. Pro raritate denſitudineq́ue materiæ alios eſſe atque alios. C. Quomodo? V. Exhalatio rara dat videri candidos & argenteos: denſa & craſſa ſuffuſos ſanguine. Species autem ſeu formæ cometarum idcirco multiplices, quia ſuccenſæ exhalationis figura non eſt vniuſmodi. Caudati formidabiliores veniunt, & crebrius eiuſmodi veniunt. Hoc genus naſcitur, cum ex vna parte materies tenuata ad effigiem caudæ pauoninæ producitur. Quod ſi inferiore ex parte in ſpeciem barbæ longæ promittatur iuba, dicuntur Pogoniæ: vt Acontiæ, qui iaculi modo vibrantur: Xiphiæ breuiores, & in mucronem faſtigiati, omnium pallidiſsimi, quodam nitore gladij, ſine vllis radiis. Ceratiis cornuum ſimilitudo nomen dedit. S. Nihil addis? V. Nihil

Nihil hodie, niſi hoc vnum: plures duobus co
tis, ſummum tribus ſimul nunquam viſos. S. V
boſiores ſunt nonnulli ſcriptores in exponen
tot cometæ ſignificationibus, cum earum cau
Docent portẽdere famem, tempeſtates, vento
atque imbrium intemperantiam, ſterilitates,
rarum concuſſus, peſtilentiam, tumultus, bell
indeq́; fata Principum, & mutationes imperio
atque regnorum, nouis videlicet dominis ſce
capeſſentibus: cauſſas in ſiccitatem eius, & c
rem conferunt: ſed probationes non habent
omnes numeros veritatis, videnturq́; magis
dorum hominum errores ſimpliciorum ani
anili ſuperſtitione obligantium, quàm pruden
eruditorumq́; rationes. Veruntamen nolo di
tiones huiuſmodi repudiare ſingulas, ne inq
dam patriciæ gentis philoſophos dicar fuiſſe
rioſus: vniuerſas non admitto: præcipuè il
bello, & occaſu Principum ridiculæ ſunt. C
igitur pro nihilo habes illas voces poëtæ Ro
inter præſagia necis Iulij Cæſaris: & diri to
ſere cometæ. Contemnis illa Lucani,

*Ignota obſcuræ viderunt ſidera noctes,*
*Ardentemq́; polum flammis, cæloq́; volantes*
*Obliquas per inane faces, crinemq́; timendi*
*Sideris, & terris mutantem regna cometen.*

S. Non plus eis, quàm populari iudicio, ex qu
bebantur, fidei adhibeo. V. Tecum ſuper hac
dem controuerſia ad manus in præſens non v
emus. Eſt aliquid, nos quoque arcta naturæ
tarum clauſtra confregiſſe, vt Lucretij verb
S. Supereſt quoddam genus oſtentorum cæli,

non ſunt id, quod intuentium obtutibus obiecta-tur. Cum enim appareant vel flammantia in aere, vel colorata, id ſecus eſt: expertia enim ſunt ardo-ris & coloris: chaſma, inquam, color nubium, co-rona, parelion, iris, lineæ perpendiculares, adde ga-laxiam. De quorum procreatricibus cauſsis, vti hucuſque de reliquorum, ſtrictim, & ſine vlla ex-ornatione ſimpliciter commentemur. V. Chaſma ſeu hiatus tum fieri traditur, cum in editiſsima re-gione aeris exhalationis denſæ glutinoſæq́; extre-ma rariora inflammata, lucis ſuæ vicinitate medi-um denſius, nec flammiferum, & ideo obſcurum hiatui, & cauo ſimile reddunt, cælo ſplendore illo ſubito velut vtrinq; aperto: vt quis cum poëta ex-clamauerit: video medium diſcedere cælum. Si anguſtior fuerit, dolium: ſi latior, vorago nomina-bitur. C. Nimirum vt pictores, dum puteum, re-ceſſum profundum quippiam, introitum, feneſtrá penicillo imitantur, coloribus lucidis atrum am-biunt, quo illud cernatur magis: ſic naturam ſe ge-rere in chaſmate, partibus videlicet lucidis ac te-nuioribus caliginoſam, craſſam ac denſam ſæpire cogitemus. S. Idoneum ſimile. V. Atq; vt progre-diamur vlterius, quid ſint colores illi nubium, ex-pedire non eſt laborioſum. Nubes eſt vberior ex-halatio, in medio aeriarum regionum frigoris vi coacta & compacta caloreq́; interiore, quæ euoca-ta fuit, quiq́; in ea remanſit ſuſpenſa. Coeunt è di-uerſis vaporibus, aliæ craſsioribus, aliæ tenuiori-bus, aliæ aridioribus, aliæ humentioribus: ex quo eſt, quod ſolis afflatæ radiis, quædam albentes quædam rubentes, quædam nigricantes, quædam

pallentes, quædam cæruleæ à nobis conſpiciun
Rubor quidem pallorq́ rariore & ſicciore ca
litu conduplicatas indicat, ob id ſperanda ſer
tas. Fuſcum, atrum, cæruleum, terreno admod
& humido: proinde tum pluuias & procella
nantur. Dicam verbo, colores nubium ex va
rum conuectorum diſsimilitudine, & lumine
diato proficiſcuntur. S. Sit fas mihi tuarum
bium coloribus poëticum quendam colorem i
gere, quo ſint aſpectu pulchriores. Nam de hi
canit Iouianus.

*Alba parum denſa eſt, raroq́ immiſta vapore,*
*Quam ſol irrumpit radiis, & ad intima tranat.*
*Nigra grauem traxit denſa caligine fumum,*
*Non illum vt penetrent Nemæi lumina Phœbi.*
*Puniceam multus ſubiit calor: occupat humor*
*Cæruleam, grauidamq́ imbri, longeq́ madentem.*

Ad alia iam perge. V. Quæ nobis circulus ſi
corona & area, Græcis eſt halos. Ea non ni
tranquillum & ſerenum exiſtit. Eſt autem ſi
rotũdus, ſolem, lunam, & hanc ſępius, aliam u
lam de maioribus circumnectens, & hæret u
bibus, non in axe ſtellifero: in quo deceptus
tur Plinius, & refutat iſtuc opinantes Seneca
ctiſsimus. Tum porrò gignitur, cum raram a
tilem nubem radij ſideris, cui illa ſubeſt, tra
tunt, atq; in medio velut aream relinquunt. L
adducere, quem in hiſce noſtris diſputationi
rallelis perſæpe, & meritiſsimo quidem no
mus, Senecam. *Cum in piſcinam, inquit, lapis miſ*
*videmus in multos orbes aquam diſcedere, & fieri pr*
*anguſtiſsimum, deinde latiorem, ac deinde alios ma*
*donec euaneſcat impetus, & in planiciem immot*
*qu*

*quarum ſoluatur. Tale quiddam cogitemus fieri etiam in aere, cum ſpiſsior factus plagam ſentire poteſt, lux ſolis aut luna, vel cuiuſlibet ſideris incurrens, recedere illum in circulos cogit. Nam humor & aer, & omne quod ex ictu formam accipit, in talem habitum impellitur, qualis eſt eius quod impellit. Omne autem lumen rotundum eſt: ergo & aer in hunc modum percuſſus lumine, exibit. Ob hoc tales ſplendores Græci areas vocauere: quia ferè terendis frugibus loca deſtinata ſunt rotunda.* Quod ſi ſenſim euaneſcát hæ coronæ, ſerenitas portenditur: ſi nigreſcant denſenturq́; pluuia: eſt quippe humoris multi ſpiſſarumq́; nubium argumentum. Si perrumpantur, venti inde ſpirantes, à quibus etiam ruptus eſt contextus. S. Tu quaſi via longiuſcula confecta in diuerſorio quieſces, quodq́; ſequitur in hac claſſe ſublimium, mihi & Celerino tractandum dimittes. V. Ego verò gratiam vobis habeo, reſpirabo, quieſcamqúe perlubens. Sic enim parebo pulchre ingenio meo, quod quidem ad audiendum quàm ad audendum ſemper ſenſi adhuc ferri procliuiùs. C. Quam tu conſuetudinem hanc tuam autumaſti, eam tenent, quicunq; non in ſpeciem, verùm re ipſa ſunt eruditi: nec ſub leonino tergore id quod ſunt manent, aſini videlicet: vt cauſſæ nihil ſit, cur tu gloriæ huius principatum ad te potiſsimùm deferendum exiſtimes. V. Equidem, Celerine, non exiſtimo, niſi fortè imprudens inſanio: me tamen hoc audientibus vobis profeſſum eſſe non pudet, nec profiteri aliquando pudebit. S. Optimè, & optimorum hominum optimus homo es. Si partitio tibi iniquior non videtur, Celerine, explica tu ſodes de pareliis, de lineis, de galaxia, vt ego poſtremò dicam de iride. C. Parelia nominamus, quæ non-

nulli plures ſoles & lunas. Sunt autem imag ab hac & ab illo in propinquis, ac ſpiſsis nub in formam ſpeculi impreſſæ. Vtramque obc ſam hoc nominis habent, vel quia in propin ferè à ſole viſuntur: vel quia ſimilitudinem lis aliquam adipiſcuntur: quanquam quæ na eduntur, ſuo prædita ſunt vocabulo, dicun qúe paraſelena: ſed eo vix vtimur. Creantur relia, cum nubes aliqua modicè denſa aut ra æquabilis atque humida ſeu rorida, aere qu ſolis vicini radiis verberatur ita, vt eius effi exhibeat. Sic in fontibus & ſtagnis, aqua imm eiuſdem ſimulacrum intuemur. Hinc Se Num quis noſtrûm miratur, ſi ſolis effigiem i quo fonte, aut placido lacu vidit? Non, vt Atqui tam in ſublimi facies eius poteſt, quàm nos reddi, ſi modo idonea eſt materia quæ re Eſt cum bina, aut terna parelia per idem te conſpiciuntur, quando ſcilicet ad ſolem re dum plures aptatæ ſunt nubes. Indicia ſeu m menta gerunt pluuiarum: ſiquidem & nube rum receptatrices, quoniam humidæ, denſæ roridæ, pluuiis generandis opportunæ cenſ Perpendiculares illæ lineæ, & tanquam fune bus tentoria diſtendi mos eſt, varios color tantur, quos etiam iris, puniceum, viridem, pureum: quandoquidem ſimiliter fiunt, vt fieri tu docebis: diſtant ab ea quod rectæ in longum porriguntur, non in arcum curua propterea nimirum, quod nubes in quibus tantur nihil habent cauitatis, vt illæ, quæ patiuntur, ſed planæ ſunt, inſtar ſpeculorum:

radij ſolis quaſi propter leuorem non poſsint adhæreſcere, defluunt, & figuram linearum exprimunt. Color ergo, concretio nubis, inflexio radiorum eadem virgulis iſtis quæ iridi: at forma diſpar, quia plana nubes. De via ſublimi, cælo ſereno manifeſta poetæ fabulantur eſſe iter ad palatiũ ſeu regiam Iouis. Opinio fuit animos optimorum clariſsimorumq; virorum compagibus corporum expeditos huc ſe velut in ſedem propriam recipere. Id perſpicuum fit ex verbis Africani, qui eſt ita loquens in extremo ſexto de Repub. Ciceronis. Et corpore laxati incolunt illum locum, quem vides (erat autem ſplendidiſsimo candore inter flammas circulus elucens) quem vos, vt à Græcis accepiſtis, orbem lacteum nuncupatis. Cælo puro quaſi nubeculas candidas, raras, ſiue quendam velut album fumum, ſiue lactis ſparſi copiam contuemur, à quo albore, ſiue lactis, viæq; imagine, latinis via lactea, græcis γαλαξίας, vt ſubaudias κύκλος, circulus lacteus vſurpatur: Quid hic orbis lacteus re ipſa ſit, philoſophi pugnant: à Plutarcho & Macrobio complures opinationes enumerantur. Ariſtoteles materiam eius eandem conſtituit, quam cometæ, ſubtiliorem ac puriorem tamen: ita vt in altiſsima regione aeris intra circulum illum diſsipata, & diffuſa, à ſtellarum concurrentium radiis perpetim accẽdatur, & quem videmus candorem acquirat. Sanè quidem ſerenato cælo numeroſa ſtellarum vis ibidem ſpectatur. Aſtrologorum plures cæli partem eſſe volunt, ſtellis denſiorem, atq; idcirco lucidiorem, & albicantem propter copiam luminis. Inter exhalationes vtique falsò reponi-

tur, quando eodem perpetuo loco, eademq; ma-
gnitudine aſpicitur, & nunquam euaneſcit. S. Q
ſtatuis ergo, quod credis quam veriſsimum?
Cum recentioribus affirmo, eſſe lumen natu
reciprocantibus radiis plurimarum, minutiſsi
rumq; ſtellarum, & contiguarum in octaua ſphæ
ra, quæ magnam partem ob loci diſtantiam ocu
rum noſtrorum viſu non attinguntur. Nun
mus arrectis auribus Vennoni, nam iſte admi
da effabitur de ſua iride. Quam cum poëtæ Th
mantis filiam confinxerint, rei vtiq; miraculo
ducti, oportebit nos etiam in eius conſiderati
θαυμάζεσθαι. S. Eſt ne omnium quæ locis illis
ſioribus naturæ vi & ingenio procreantur, a
quidquam aut ſpectatu formoſius, aut obſerua
dignius hoc arcu? Hoc monumentum eſtima
tabilis decreti, de mundo quantumuis omni
ſceleribus cooperto, nunquam de cætero vnd
molibus cooperiendo. In libris qui dicuntur
pientiæ, en quàm graui oratione, quanquam
nus culta, eius pulchritudo laudatur. *Videarcu*
*benedic qui fecit illum. Valde ſpecioſus eſt in ſplendo*
*Gyrauit cœlum in circuitu gloriæ ſuæ, manus excelſi*
*ruerunt illum.* Sed forſitan non eſt aliud etiam
difficilius ad intelligendum: quando multa &
in eo, ſollertiq; inueſtigatione digna. Nunq
gignitur niſi aduerſo ſole: nec circulo integro
item nocturnis horis, atque ideò veteres pro
raritatem eum noctu nunquam fieri opinaba
De hoc iſtis verbis Ariſtoteles καὶ μεθ' ἡμέραν μὲν
γίγνεται, νύκτωρ δὲ ἀπὸ σελήνης, ὡς μὲν οἱ ἀρχαῖοι

ἐκεγίγνετο. Τοῦτο δὲ ἔπαθον διὰ τὸ σπάνιον, ἐλάνθανε γὰρ αὐτούς. γίγνεται μὲν γὰρ ὀλιγάκις δὲ γίγνεται. Adiicit id fieri tantum plenilunio: atque ita inſolenter, vt ipſe totis quinquaginta annis non plus ſemel & iterum factum obſeruauerit. Cauſſam raritatis exequitur Seneca. Quia luna non habet tantum virium, vt nubes tranſeat, & illis colorem ſuffundat, qualem accipiunt ſole perſtrictæ. Humili ſole fit ſublimis, ſublimi humilis, & eo occidente aut oriente minor, ſed in latitudinem diffuſa, meridie exilis, ſed ambitus maioris, & eo minor, quo ſol eſt altior. Hybernis menſibus cerni ſolet potiſsimùm ab æquinoctio autumnali decreſcẽte die: quo rurſus creſcente, ab æquinoctio verno non exiſtit: nec circa ſolſtitium longiſsimis diebus: bruma verò, hoc eſt breuiſsimis dieb⁹, crebrò. Ariſtoteles ait, poſt autumnale æquinoctium qualibet hora diei arcum fieri: æſtate non fieri, niſi aut incipiente, aut inclinato iam die. Cuius rei ratio in manifeſto eſt. Primùm quia medio die ſol præferuidus nubes euincit: nec ab his imaginem ſuam poteſt recipere quas ſcindit. Matutino tempore & veſpertino cum ad occaſum ruit, eſt imbecillior: & ideo à nubibus & ſuſtineri & replicari, ſeu repercuti poteſt. Deinde cum arcum creare non ſoleat, niſi oppoſitus iis nubibus, in quibus creat, cum breuiores ſunt dies, ſemper obliquus eſt. Itaque qualibet diei parte, etiam cum altiſsimè fertur, habet nubes aliquas in quas tela ſua proiicere ex aduerſo poteſt. At temporibus æſtiuis ſupra noſtrum verticem vehitur. Quocirca medio die excelſiſsimus rectiore

linea terras aſpicit, quã vt vllis nubibus poſito
curri: omnes enim tunc ſibi ſubiectas habet. Com-
paratur ergo iris, quando ſolis radij in nubem c
uam, humidam, roridam, tenuem, æquabile
quæq́ in guttas liquari iam cæperat exaduer
ſoli poſitam reflectuntur. Radius ſolis cauæ n
immiſſus, repulſa acie in ſolem refringi & retr
gitur. Et quoniam radij figuram rotundam ge
rant, arcuata nobis imago oſtenditur. Lucreti
quoque teſtem ne aſpernemur.

*Hinc vbi ſol radiis tempeſtatem inter opacam*
*Aduerſa fulſit nimborum aſpergine contra:*
*Tum color in nigris exiſtit nubibus arqui.*

Cæterùm cur arcus iſte, cum ſit imago ſolis, lo
maior ſole ipſo cernatur, cauſſa ponitur hæc: c
ſpeculi alicuius natura talis eſt, vt maiora m
quàm videat oſtendat, & in portentoſam magn
dinem formas augeat: alicuius inuicem eiuſm
eſt, vt minuat. Fit diſcolor, quia partes aliæ in
bibus tumidiores ſunt, aliæ ſummiſsiores: q
dam craſsiores, quàm vt ſolem tranſmittant: a
imbecilliores, quàm vt excludant. Hæc inæqu
tas alternis lucem vmbramq́ permiſcet, & m
bilem illam varietatem conciliat. Color au
ille non eſt color, ſed videtur. Non eſt propri
iſta nube ſubſtantia, nec corpus, ſed mendaci
& ſine re ſimilitudo. Si ſolem obtexeris, euan
arcus. Oppone ſoli alteram nubem, mox pe
huius varietas. Atque interdum tres ſimul, d
ſæpius irides videmus: quarum prima ſi ſit p
cida, aliam, & hæc viciſsim aliam reflexa prod
Verùm prima ſemper lucidior erit, ſecunda

nus, tertia exiguè. Affectionum, inquit Plutarchus, quæ ſublimè fiunt, partim per ſubſtantiam vt imber, grando: partim per ſpeciem nullam ſuam habentes ſubſtantiam: vt ecce tibi nauigantibus nobis continens cieri videtur. Per huiuſmodi nimirum ſpeciem cæleſtis arcus exiſtit. Hunc porrò ipſum dimiſsis in terram cornibus haurire aquam à fontibus, ſeu in nubes aquam elicere, quæ poſtea per imbrem redderentur vulgus olim opinabatur: ex qua opinione ſcripſit Virgil. 1. Georg. & bibit ingens arcus. Plaut. Curcul. ecce autem bibit arcus, pluet credo herclè hodie. Propert. lib. 3. eleg. 5. Cæruleus pluuias cur bibit arcus aquas. Vitruuius lib. 9. cap. 4. non minus aquæ vapores à fontibus ad nubes per arcus excitari. Tibull. lib. 1. eleg. 4.

*Quamuis prætexens picta ferrugine cælum*
*Venturam admittat imbrifer arcus aquam.*

Vbi hoc verbi, admittat, multi exponunt, accipiat, hauriat. Alij, ſignificet, portendat, vt ſit augurale. Hæc hactenus, quæ ſi alter veſtrûm meliora & vberiora facere velit, me haud nolente faciet. C. Diſſertationes longiores congreſſus iſte noſter non pateretur: ſtrictim atque compreſsius aut μετεωρολογεῖν, aut μετεωρεσχλέχειν, quæque didicimus aliquando ea iſto modo potiſsimum celebrare, interq́ue nos recolere & regeſtare nobis eſt ſatis.

## ANNOTATIONES.

HOC AMPLIVS CENSEO) *In ſenatu, cum qui ſententiam dicturus erat, probabat quidem quæ ab alijs dicta erant, addebat tamen aliquid etiam de ſuo,* SED

HOC AMPLIVS CENSEO, *dicebat. Eſt ergo ſenatoriu loquendi genus.* CVR PVTEALES, ET FONTANÆ) *Fri gidum, & calidum ſemper in contraria abeunt, & v eſſe non queunt: eò frigidum confluit, vnde vis calidi d ſceſsit: & inuicem ibi calidum ſuccedit, vnde expulſu eſt frigus. Ita hyberno tempore, cum ſupra terrã viget fri gus, calent putei, nec minus ſpecus, atq; omnes ſubterrane ceſſus propterea quod eò ſe calor contulit, ſuperiora poſſi denti frigori cedens: qui cum in inferiora peruenit, & ſe quantum poterat ingeſsit, quo denſior, hoc validior e Seneca lib. 6. cap. 13. Hinc etiam diſcas, cur cellæ vina caleant hyeme.* DE CASTORIBVS PLINIVM) *Vide i ſuper Senecæ cap. 1. lib. 1.* TERTIVSDECIMVS) *Ordi nales numeri vſq; ad viginti, compoſitè, & ſub vno acce tu latinius ita efferũtur, vt minor numerus præcedat, m ior ſequatur: tertiusdecimus, quartusdecimus, quint decimus, octauusdecimus, nonusdecimus. Poſt viginti norem ſequi oportet. Viceſimusprimus, viceſimusſe dus, triceſimusprimus, triceſimusſecundus, &c. Si a diſſoluatur cõiunctione intercedente compoſitio, & bus accentibus pronuntientur, poſt viginti, & ante vi ti præcedet minor, vt, primus & viceſimus, ſecũdus & ceſimus, primus & quadrageſimus, &c. ſextus & mus, ſeptimus & octauus, &c. Hoc præceptum eſt Pri ni, lib. de pond. & menſ. In cardinali quoq; numer viginti, ſi adhibeatur coniunctio, præſtat minorem p ponere maiori. Liuius lib. 1. ab vrbe condita. Romulu ptem & triginta regnauit annos: Numa tres & qua*

gi

ginta. INANIA MVRMVRA) *Lucret.lib.5. Et rapidi ſremitus,& murmura magna minarum. Lib.6.*

*Inde tremor terras grauiter pertentat,& altum*
*Murmura percurrunt cælum.*

Ouid. 1. Metamorph. & *humanas motura tonitrua mẽtes.* Nemo porrò tam graphicè expreſſit vim tonitrus in terrore afferendo,pectoribuſq́; concutiendis, quàm Plautus in Amphit. Bromiam ancillam loquentem inducens.

*Spes atq; opes vitæ meæ iacent ſepultæ in pectore,*
*Neq; vlla eſt confidentia iã meo in corde, quin amiſerim:*
*Ita mihi videntur omnia,mare,terra,cælum conſequi,*
*Iam vt opprimar,vt enecer. Me miſerã,quid agã neſcio.*
*Ita tanta mira in ædibus ſunt facta. Væ miſeræ mihi,*
*Animo malè eſt,aquã velim,corrupta ſum,atq; abſumpta*
*Caput dolet,neq; audio, nec oculis proſpicio ſatis, (ſum.*
*Nec me miſerior fœmina eſt,neq; vlla videatur magis(cat.*
*Ita heræ meæ hodie cõtigit.Nã vbi parturit,deos ſibi inuo-*
*Strepitus, crepitus,ſonitus,tonitrus, vt ſubitò,vt properè,*
*Vbi quiſq; inſtiterat,cõcidit crepitu. (vt valdè tonit?*

E SECVNDO QVÆST. NATVRAL.) Diuerſis capitibus, videlicet 12.16.18.21.27. QVI GRÆCO EPIGRAMMATE) Lib.1.Anthologiæ,titulo εἰς ἀγῶνας, καὶ ἀγωνιστάς. HOC VERBVM, SI QVIS VENERIT) Verbum Terentio eſt ἀξίωμα, pronuntiatum, dictum,ſententia integra,quòd aliâs à me notatum arbitror. Loquendi genus à Plauto eſt, apud quem in Aſinaria Clæreta Argyrippo.

*Vnumquodq; iſtorum verbûm nummis Philippeis aureis*
*Non poteſt auferre hinc à me,ſi quis emptor venerit.*

FVLMINVM GENERA TRIA) Lege Senecam lib. 2. cap. 40. & 41. Plin. lib. 2. cap. 51. EFFECTA QVAM PLVRIMA) Etiam Lucret. de natura effectuq́; fulminis lib.6. talibus cecinit.

Quod

*Quod ſupereſt, quali natura prædita conſtent*
*Fulmina, declarant ictus, & inuſta vapore*
*Signa, notæq; graues halantes ſulphuris auras.*
*Ignis enim ſunt hæc, non venti ſigna, neq; imbris.*
*Præterea per ſe accendunt quoq; tecta domorum:*
*Et celeri flamma dominantur in ædibus ipſis.*

Cætera è fonte ipſo lector philologus ſibi petat. LAVI FRVTICEM) Cauſſam aſſerunt Pythagorici, qu Apollini ſacra arbor: quaſi eius Dei templa fulminu cta, & ambuſta conflagraſſe apud hiſtoricos non legam Adeas licet Brodæum lib. 3. Miſcell. cap. 2. MA NOVA, QVAM VETERA) Lucem non modicam dabunt iſtis, quæ prudenter Auguſtinus in Ioan. tract. *Quia non eſt talis ſubſtantia Deus, quæ videri oculis p & miracula eius quibus totum mundum regit, vniuerſ creaturam adminiſtrat, aſſiduitate viluerunt; ita vt p nemo dignetur attendere opera Dei mira & ſtupend quolibet ſeminis grano: ſecundùm ipſam ſuam miſeri am ſeruauit ſibi quædam, quæ faceret opportuno temp præter vſitatum curſum ordinemq; naturæ, vt non ma ſed inſolita videndo ſtuperent, quibus quotidiana vil Maius enim miraculum eſt gubernatio totius mundi, q ſaturatio quinque millium hominum de quinque pa Et tamen hoc nemo miratur: illud mirantur homine quia maius eſt, ſed quia rarum eſt. Quis enim & nu ſcit vniuerſum mundũ, niſi ille, qui de paucis granis creat?* Hunc eundem locum vide, mi lector, quam niter, & facundè tractauerit Seneca lib. 7. cap. 1. adducens pro exemplo cometam, de quo nos in parti dialogi, & ille toto libro. *Nemo, inquit, vſque et & hebes, & demiſſus in terram eſt, vt ad diuina non tur, ac tota mente conſurgat: vtiq; vbi nouum aliquid*

lo miraculum fulſit. Nam quamdiu ſolita decurrunt, magnitudinem rerum conſuetudo ſubducit. Ita enim compoſiti ſumus, ut nos quotidiana, etſiamſi admiratione digna ſunt, transeant: contra minimarum quoque rerum, ſi inſolita prodierunt, ſpectaculum dulce ſiat. Hic itaque cœtus aſtrorum, quibus immenſi corporis pulchritudo diſtinguitur, populum nõ conuocat. At cum aliquid ex more mutatum eſt omnium vultus in cælo eſt. Sol ſpectatorem niſi cum deficit, non habet. Nemo obſeruat lunam niſi laborantem. Tunc urbes conclamant, tunc pro ſe quiſque ſuperſtitione vana trepidat. Quanto illa maiora ſunt, quod ſol totidem (ut ita dicam) gradus, quot dies habet, & annum circuitu ſuo claudit: quod à ſolſtitio ſtatim inclinat, & dat ſpatium noctibus: quod ſidera abſcondit, quod terras, cum tanto maior ſit illis, non urit, ſed calorem ſuum intenſionibus ac remiſſionibus temperando fouet: quod lunam nunquam implet, niſi aduerſam ſibi, nec obſcurat? Hæc tamen non annotamus, quamdiu ordo ſeruatur. Si quid turbatum eſt, aut præter conſuetudinem emicuit, ſpectamus, interrogamus, oſtendimus. Adeò naturale eſt, magis noua, quam magna mirari. Idem in cometis ſit. Si rarus, & inſolitæ figuræ ignis apparuit, nemo non ſcire quid ſit, cupit: & oblitus aliorum, de aduentitio quærit: ignarus, utrum debeat mirari, an timere. Non enim deſunt qui terreant, qui ſignificationes eius graues prædicẽt. EFFAEMINATISSIME FORMIDAMVS) Vide Senecam lib. 6. cap. 3. QVONIAM VISIONES ANIMI) Legendum cap. 1. lib. 19. Noctium Atticarum. NVMERO PLEBEIORVM EXEMIT) Horat. Ode 2. lib. 2.

*Redditum Cyri ſolio Phraaten*
*Diſſidens plebi, numero beato-*
*Rum eximit virtus, populumq́; falſis*
*Dedocet uti*
*Vocibus.*

Exi-

*Eximere eſt auferre, detrahere, excludere, excipere. Tem-*
*producere, conſumere. Eximere diem dicendo, tempu-*
*ctionem, horam, è rerum natura amicitiā. Illud quod*
*angit non eximis. Græci* ἐκκρούειν τὸ πρᾶγμα τῷ χρόν-
τὴν ἡμέραν ἐν τῷ λέγειν καταтρίβειν. Τὸν χρόνον ὑπε-
ρεσθαι, τὴν ἡμέραν ὑφαιρεῖν, ἢ καταναλίσκειν. *Notio-*
*lia eſt, effodere, extrahere, eruere. Cato de re Ruſt. Q-*
*genus aut ficum, aut oleam eſſe voles, inde librum ſca-*
*eximito. Ibid. In amphoram muſtum indito, & corti-*
*oppicato: demittito in piſcinam: poſt trigeſimū diem e-*
*mito: totum annū muſtum erit. Vitruuius. Sequitur,*
*de lapicidinis explicare: de quibus & quadrata ſaxa,*
*cæmentorū ad ædificia eximuntur copiæ, & compara-*
*Aliquando in eam ſignificationem vtuntur, in qua*
*berare, ſoluere. Eximere aliquē à culpa, ex miſeriis, ex*
*culis, ex obſidione. Eximere de reis. Eximere ex ærari-*
*condonare mulctam. Eximere noxæ eſt gratiam cri-*
*facere, hoc eſt remißionem dare. Eximere notæ, eſt re-*
*tere infamiam. Gell. lib. 4. Sed cum ille deieraſſet,*
*tißimum ſeſe ac repugnantem oſcitatione victum, t-*
*riq; eo vitio, quod oſcedo appellatur, tum notæ iam d-*
*natæ exemptus eſt à Cenſoribus. Eximere ſupplicio.*
*Bud. in Pand.* PYTHAGOREIS QVIBVSDAM) *Plu-*
*de placit. philoſoph. lib. 3. cap. 2.* DVARVM PLVRIV-
STELLARVM) *Hanc opinionem in medium adducit,*
*cōuellit. Seneca li. 7. c. 11. et 12.* ARISTOTELI, OPINI-
TOTAM) *De cometis ægit Ariſtoteles primo Meteoro-*
*cap. 6. & 7.* SPECIES AVTEM SEV FORMÆ) *Sen-*

lib.7.cap.11. Plin.lib.2.cap.25. QVÆ NOBIS CIRCVLVS SIDERVM) *Ariſtot.lib.3. Meteor.cap.9.& 10.Sen. lib.1.ca.2. Cum arcu & virgis coronas componit cap.10.* SENECA DOCTISSIMVS) *Verba tranſcribam ex eodem libro & cap.2.* NOS *autem non exiſtimemus iſtas ſiue areæ, ſiue coronæ ſint in vicinia ſiderum fieri: plurimùm enim abſunt, quamuis cingere ea & coronare videantur. Non longè à terra fit talis effigies: quam viſus noſter ſolita imbecillitate deceptus, circa ipſum ſidus putat poſitam. In vicinia autem ſolis & ſtellarum nihil tale poteſt fieri: quia illic æther tenuis eſt. Nam formæ craſſis demum, ſpiſſuq; corporibus imprimi ſolent: in ſubtilibus non habent vbi conſiſtant, aut hæreant.* FERRI PROCLIVIVS) *De voce, procliuitas, Cic.4.Tuſcul. Hæc igitur procliuitas ad ſuum quodq; genus à ſimilitudine corporis ægrotatio dicitur, dum ea intelligatur ad ægrotandum procliuitas. Sed hæc in bonis rebus, quod alij ad alia bona ſunt aptiores, facilitas nominetur: in malis procliuitas: vt ſignificet lapſionẽ, in neutrũ habeat ſuperius nomen.* PARELIA NOMINAMVS) *Seneca lib.1.ca.12.* NONNVLLI PLVRES SOLES) *Plin.lib.2.cap.31.& 32.* PERPENDICVLARES ILLÆ LINEÆ) *Sen.lib.1.ca.9.* ITER AD PALATIVM IOVIS) *Hypotypoſis eſt apud Ouid.1.Metamorph.*

*Eſt via ſublimis cælo manifeſta ſereno,*
*Lactea nomen habet, candore notabilis ipſo.*
*Hac iter eſſe ferunt ad magni tecta tonantis*
*Regalemq; domum, dextra leuaq; deorum*
*Atria nobilium valuis celebrantur apertis.*

Plebs

*Plebs habitat diuerſa locis, à fronte potentes*
*Cælicolæ clariq; ſuos poſuere penates.*

*Diſputat de galaxia Ariſtot. lib. 1. Meteor. cap. 8.* SVA IRIDE) *De hac Seneca lib. 1. ca. 3. 4. 5. 6.* Ar... *lib. 3. cap. 11. & 12.* DIGNIVS HOC ARC... *Arcus omnis ſuſpenſus fornix appellatur: arqu*... *niſi qui in cælo apparet, quem Irin poëtæ dixerunt.* ... *& arquati dicuntur, quibus color & oculi virent,* ... *in arqui ſimilitudinem. Lucret. lib. 6. Tum co*... *nigris exiſtit nubibus arqui.* Hæc Nonius. *Priſcian.* ... *6. ex 3. Cic. de nat. deor. probat arcum arci in* ſ... *quoque declinatione dici, pro arcu cæleſti. Sic veri*... *ro. Cur autem arci ſpecies non in numero deoru*... *ponatur?*

# PROGYMNASM.
## TERTIVMDECIMVM.

## *Aeria meteora.*

*IIDEM.*

CELERINVS. Tonitura definiuit A... mander, nubis ictæ ſonum. Inæquali... ideo, quia & ipſe ictus eſſet inæqualis. ... nare ſereno, quia tunc quoq; per craſſum, & ſic... acrem ſpiritus proſiliret. Aliquando fulgurare... tonare: quia tenuior infirmiorq; ſpiritus, q... flammam non valuiſſet, in ſonum valeret. ...

definiemus: fragorem & crepitum diruptæ nubis, ex repugnantia caloris, qui in exhalatione inhæret, & frigoris aerei illam circumuallantis. Aliter, ſonitum ex collisa ac dirupta nube per aerem editũ, qui ſenſim amplificatus, ad audiendi ſenſum tanquam circulis quibuſdam accidit. S. Fiam Aeolus ego, cauumq́ conuerſa cuſpide montem in latus impellam, & laxas, quamuis iniuſſus à Ioue, habenas dabo. V. Vt te ſimiliter Prometheo ad Caucaſum Vullcanus eius mandato affigat. S. Ha ha. Hinc autem incipiam. In perampla iſta, & communi deorum hominumq́ ciuitate, nihil eſt profectò tam exiguum, nihil tam abiectum & caducum, cuius accurata diligensq́ meditatio vſqueadeò ſpatioſæ ac ſpecioſæ molis inuentori ac principi collaudando non multum ſit argumenti præbitura. Ille etiam & in minimis maximus, & in imbecillimis potentiſsimus, & in contemptiſsimis ſummè admirabilis eſt. Quid inanius, aut fugatius vento? Atqui non eſt iſtuc niſi magnificum diuinæ prouidentiæ opus, cuius opera omnia magnificata ſunt. Ob multimodas vtilitates ventos Deus & inuenit, & ſuum cuique locum deſcripſit: quas ego cum nuperrimè legerim apud Senecam aceruatas in quinto Quæſt. natural. quanta licebit cum breuitate memoriter eas recitabo. V. Optimum verò conſilium. S. *Primùm vt aera non ſinerent pigreſcere, ſed aſſidua vexatione vtilem redderent, vitaleq́ tracturis. Deinde vt imbres terris ſubminiſtrarent, iidemq́ nimios compeſcerent. Fruges percipi non poſſent, niſi flatu ſuperuacua admixta ſeruandis ventilarentur: niſi eſſet quod ſegetem excitaret, & latentem frugem velamentis ſuis, quæ folliculos agricolæ vocant adaperiret. Omnibus inter ſe*

*populis commercium dederunt, & gentes diſſipatas hom… ſcuerunt. Dedit ille mundi diſpoſitor Deus Ventos ad… diendam cæli terrarumq́; temperiem, ad euocandas ſup… mendasq́; aquas, ad alendos ſatorum atque arborum… ctus: quos ad maturitatem cum aliis cauſſis adducit ip… ſtatio, attrahens cibum in ſummo, & ne torpeat præm… Dedit Ventos ad Vlteriora noſcenda. Fuiſſet enim im… tum animal, & ſine magna experientia homo, ſi circu… beretur natalis ſoli fine. Dedit Ventos, Vt commoda c… regionis fierent communia.* Hæc interpolatim a… nobiliſsimus. C. Tenuis res ventus, at eius … oſtenſum eſt, non tenuis in natura commod… nec tenuis gloria, eiuſdem tenere ſcientiam. … hoc impeditior eſt, & intricatior, quod mult… quæ ſuper ventis in quęſtionem veniũt, & inte… ctos non leuibus referta controuerſiis diſce… tur. Plinius amplius viginti de iis ſcripſiſſe p… cat. Quàm illi nec pauca, & diuerſa ac differ… ſcripſerint? V. Exempla. C. Hem tibi ex… Quid ſit ventus. Quæ materia. Quomod… Quot venti. Quæ ſingulorum loca. Quæ n… Quæ tempora. Quæ cauſſa tanti, tamq́; viol… rapidi impetus. Qua demum ratione tam… ſtabili lege ventorum viciſsitudo procedat. … illis tanta poteſtas, tantaq́; mirandorum eff… diuerſitas. An hæc nondum ſatis multa? V… tè ſatis. Anaximander ventum cenſuit aere… dum, ſubtiliſsimis eius, humidisq́; partib… citatis, aut illiquefactis. Stoici omnem fla… reum eſſe fluxum, pro varietate locorum va… pellatum: Metrodorus humido expiramen… le efferuefacto flatus impetum cieri. Sen… fluentem in aliquam mundi partem. Vitru…

ris fluentem vndam, cum incerta motus reduntantia. Idem aliâs: Aer cum ruit, inquit, trudens quocunque humorem præuium, ſpiritus & impetus, & vndas creſcentes facit ventorum. Ariſtoteles terreni halitus copiam, quæ circum terras agitetur. V. Materia ergo ventorum, ſi quidem ſtamus ab Ariſtotele, erunt vapores calidi & ſicci, è terra virtute ſolis euocati. S. Sanè quidem. C. Quoniam materiã habemus, quod ſequitur, genera nobis vẽtos: id eſt, doce quo pacto fiant. S. Cum ſuopte nutu exhalatio illa feruidum & aridum intra naturam ſuam cohibens, ad aerem medium, ſeu ſuperiora enitatur, ab aere frigidiore ac denſiore intercipitur. Quia verò nec aſcendere amplius poteſt, nec ob nouos halitus identidem ſurſum nitentes deſcendere, in tranſuerſum per infimam regionem retorquetur, conſurgitq; flatus aut pro materiæ affluentia, aut pro antiperiſtaſi vel lenior, vel turbulentior. Nunc te interrogatum volo, Celerine, quid de ventorum numero, locis etiam, ac natura ſentias. C. Quoniam per mundi plagas omnes efflari corpora manifeſtum eſt, plurima quoq; certum eſt naſci ventorum genera. A quatuor cardinibus olim quatuor celebrabãtur, qui hodieq; ſunt principes. Ad vnumquemque deinde applicati duo, velut ſtipatores & adminiſtri, factiq; duodecim, in totidem ſcilicet partes diuiſo horizonte: non quia vbique tot ſint, ſed quia plures nuſquam ſunt. Sic caſus ſex dicimus: non quia omne nomen ſex recipit: ſed quia nullum plures quàm ſex. Duos ſupra triginta numerant nautæ, cùm finitorem in totidem partes diſtribuant. Flat igitur ab oriente Eu-

rus, latinis ſubſolanus. Ab occaſu Zephyrus, q
& Fauonius. A polo arctico Septentrio, ſeu B
reas, ſeu Aquilo. A meridie Auſter, ſeu Notus. S
dales Euri Cæcias, & Vulturnus: ille ab ortu æ
uo: hic à ſolſtitiali. Zephyri Corus, qui & Iap
ac Libs ſiue Africus. Ille ab æſtiuo occaſu, hic à
ſtitiali. Boreæ Aparctias & Traſcias, ſeu Circi
ille ab orientali latere, hic ab occiduo. Auſtri L
bonotus ab occaſu, Euronot⁹ ab ortu. Pro inge
regionũ vnde prouehiunt venti, alia atq; alia e
orũ natura. Eoi calidi ſunt & ſicci: occidui tep
humidi: Auſtrales calidi & humidi, eaq; de cau
nubili, procelloſi, peſtilentes: ſeptentrionales fri
di & ſicci. Deinde ſunt quidam prouinciales, a
quibuſdam gentibus peculiares, non vltra cer
procedentes tractũ: vt Athenienſibus Sciron, p
lùm ab Argeſte deflexus, reliquæ Græciæ igno
Auſtros in Ægyptũ penetrare negant. Atabul
puliam infeſtat, Calabriam Iapix, Pamphyliam
tægis, Galliam Circius: cui ædificia quaſſan
men incolæ gratias agunt, tanqtiam ſalubrita
ſui cæli debeant ei. Nulla propemodum regi
quæ non aliquem flatum ex ſe naſcentem, & c
ſe cadentem habeat.

*Omnis in aduerſos ventus non peruenit axes,*
*Et quidam certo ſedem poſuêre receſſu.*

Ver aperit nauigantibus maria, cuius in prin
Fauonij hybernum molliunt cælum. Subſo
datur exortus Virgiliarum ante Maias idus.
niculæ exortum diebus octo ferme Aquilone
tecedunt, quos prodromos appellant. Poſt h
autem exortus iidem Aquilones conſtantiu

ſlant diebus quadraginta, quos Eteſias dixerunt. De his ſcriptum legimus apud Tullium 2. de nat. deor. Quàm tempeſtiuos autem dedit, quàm ſalutares non modo hominum, ſed etiam pecudum generi, iis denique omnibus, qui oriuntur è terra, ventos eteſias? quorum flatu nimij temperantur calores. Ab iiſdem etiam maritimi curſus celeres & certi diriguntur. Poſt eos rurſus Auſtri frequẽtes, vſque ad ſidus Arcturi, quod exoritur vndecim diebus ante æquinoctium autumni. Quæſtiones cæteras illi diſcutiant, qui me doctrina & intelligentia præſtant. Et arbitror pro inſtituta breuitate hæc ſuffectura nobis. V. Plura ſi das, non aſperner: non das? non requiram. S. Si occaſio fuerit, vberius iſta inter nos. Ad caput de ventis aggregemus repentinorum flatuum, ſeu potius tempeſtatum genera, quoniam ex natura ſpirabili progenerantur, de quibus hæc Plinius. Simili modo ventos, vel potius flatus poſſe & ex arido ſiccoq́; halitu terræ gigni non negauerim: poſſe & aquis aera expirantibus, qui neque in nebulam denſetur, nec craſſeſcat in nubes: poſſe & ſolis impulſu agi, quoniam ventus non aliud intelligitur, quàm fluctus aeris, pluribusq́; etiam modis. De his putem accipiẽdum potiſsimùm, quod verſiculis perelegantibus in Marcipore Varro.

*Ventiq́; ab axe ſe erumpebant frigidi,*
*Phrenetici Septentrionum filij,*
*Secum ferentes tegulas, ramos Syri.*

Etſi non ignoramus Aquilonem eſſe ventum procelloſum ac tumultuoſum admodum. Primùm ecnephias quid ſit videamus. Flatus eſt vehemens

ac procelloſus, quanquam non diuturnus, è ſicca calida exhalatione exiſtens, quæ quidem exhalatio nube compreſſa ſe foras eiicit, & obliqu per terras ſe ſpargit. Quandoq; ex celeritate vo ſui ignem concipit. Sine pluuiis nubem diſcin quæ autem nube impulſa erumpentes cum im bus graſſantur, illis nomen eſt exhydriæ. Typh perinde vaſto impetu eluctatus, vt turbo & in terras ruens obuia quæque corripit, & c uerſat, à latinis idcirco vortex dictus. Similis eſt Preſter. Hic dum in terras ſe contorquet, vim motus, materiæq; aritudinem inflamm quæq; contigerit incendit. Ob id igneus turbo necæ. De terræ motu agendum aliquantò dil tius. Bellum, fames, eluuiones, peſtilentia & publicæ calamitates ſunt: grauis etiam & p ca terrarum commotio & ſuſſultus. Res, mihi dite ſodales, funeſta: res trepidationis, pauor ſternationisq; communis, commiſerationis, crymationis, vlulatus & eiulatus pleniſsima: vt auertat, deteſteturq; à patria noſtra chari proinde vt aliud malum quoduis nocentiſ ac luctuoſiſsimum, votis ſupplicibus maxim gandus eſt Deus. Quas labes facit ruri, terra finitam prope altitudinem deſidente? Mon uidit, puteos obſcurat, ſaxa dirumpit, diſsip ficia, emouet ſubſtructiones, extirpat ſtirpes, ruit animantes, homines ex timoris magnit lymphatos reddit. Amnes in alium curſum torquentur ac deflectuntur, aut abſorbentur exareſcunt, & in eos mare influit. Nonnunq noua, vti nouæ inſulæ, noui montes excitant

tæ regiones contremiſcunt, totæ vrbes, inſulæ, mõtes in imum hauriuntur, vt aliquando nullum ſuperſit veſtigiũ. Adhuc, cũ motu iſto formidabilius nihil ſit, aliorum inſuper ingentium, intolerabiliumq; malorum eſt prænuntius atrociſsimus. Sed cum ipſum affuturum monent, & præcurrunt ſilentium cæli, ac tempeſtatum, ſeu maris quietiſsimus ſtatus (non enim vnquam terræ tremeſiunt, teſte Plinio, niſi ſopito mari, cæloq; adeo tranquillo, vt volatus auium non pendeant, ſubtracto omni ſpiritu qui vehit: nec vnquam niſi poſt ventos, condito ſcilicet in venas & cauernas occultas flatu: neque aliud eſt in terra tremor, quam in nube tonitruum) ſubitò citra flatum tumeſcens fluctus, crepitantia ædificia. Præterea in puteis aqua turbida, cum tetri odoris afflatu. Tenuis quædam linea nubis per cælum longius porrectæ. Docti aiunt, autumno & vere ſæpius accidere, noctu crebrius quàm interdiu, & tum quidem circa meridiem. Grauiores eſſe terræmotus matutinos & veſpertinos, maritima quati inclemẽtius, & frequentius. In locis arenoſis non fieri, quod aer ibi ſenſim liberè egrediatur: ſed in denſis ac duris potius. V. De cauſſa huius conquaſſationis diu eſt cum neſcio quid legi. Quid viſum eſt antiquis Celerine? C. An tu credis me curare antiquorum ſomnia? V. At certè ad veri cognitionem falſa ſæpe proſunt: nec puduit conſiliorum naturæ participem Ariſtotelem rei illuſtrandæ & corroborandæ in medium proferre identidem, quid priſci de re propoſita decreuiſſent. C. Curioſitati tuæ hoc dabo. Thales, qui terram aqua ſuſtineri, & vehi ab eius mobi-

litate, vt nauigium putauit, hanc commotion
& quaſi fluctuationem ab aquis eſſe credidit: cu
præſertim obſeruaſſet, in omni vehementiore m
tu fontes humo, & flumina conſueſſe prorump
Quam opinationem labefactauit Seneca lib. 6. c
6. Democritus eundem aquis adſcripſit: quia p
meatus ac venas terræ ingens aquarum vis flu
ret, quæ cæleſtibus ſuperuenientibus auctæ, ta
corporis molem impellerent, ſiquidem tan
impetum violentiamq́ ferre non poſſet. Hu
ſententiæ affines ſunt poëtæ veteres, qui Nep
num Ennoſigæum, & Siſichtona vocarunt, q
dicas, terræ quaſſatorem. Anaxagoras ignem p
nunciauit agitationis iſtius auctorem, qui ex
quærens, obſiſtentia ſibi quatiat ac diuellat, a
ita viam ſibi in oram cæleſtem pandat. Anaxi
nes terram ipſam ſibi eſſe cauſſam, nec incur
extrinſecus, quod illam concutiat: ſed intra ip
& ex ipſa quaſdam partes eius decidere, qua
humor ſoluerit, aut ignis exederit, aut ſpiritus v
lentia excuſſerit. His quoque ceſſantibus, non
eſſe, propter quod abſcedat, aut reuellatur ali
Nam primùm omnia vetuſtate cõficiuntur &
labaſcunt, nec poteſt quidquam non ſentire ſe
ctutem. Plurimis, primæq́ claſsis auctoribu
cet, ſpiritum eſſe, qui incluſus in latebris & ca
nis terræ luctatur foras erumpere, & quaſi fug
ornat. Quæ ſententia mihi cum veritate vi
coniunctior. V. Vellem etiam de formis. S
huius vicarium accipito. Tres memorantur
neca: vnam ſuccuſsionem appellat, cum terra
quaſſata ſurſum ac deorſum mouetur: alteram
cli

clinationem, qua ceu nauigium in latera nutat, vnde ruina, ſeu inclinatio ædificiorum & montium conſequatur: vt eadem rurſus erigantur, ab altera parte aliò ſe ſimili afflatu attollente: tertiam tremorē, qua terra in ſe ipſa vibratur. V. Quænā verò illa ingentia & intolerabilia mala, quæ motibus iſtis prænuntiantur? S. Quæ? Peſtilitas. Multa quippe mortifera in alto latent: & aer ipſe, qui vel terrarum culpa, vel pigritia & æterna nocte torpeſcit, grauis haurientibus eſt: vel corruptus internorum ignium vitio cum eſt longo ſitu emiſſus, purum hunc liquidumq́ maculat ac polluit, inſuetumq́ ducentes ſpiritum, inſuetis morborum generibus infeſtat. Item aquæ inutiles ac peſtilentes terra occultantur, quas nullus exercet vſus, nunquam aura liberior perſtringit. Quamobrem craſſa & graui caligine ac ſempiterna tectæ, quid aliud in ſe habeant, niſi corporibus noſtris inimicum atque peſtiferum? Aer quoque illis admixtus, & inter illas paludes iacens, cum emerſit, latè vitium ſuum ſpargit, & haurientes necat. Plura ſuper his Seneca. Ecquid dirum mortiferumq́ malum eſt ipſa peſtilentia? Dirum profectò hominum generi pecudumq́ cateruis. Famem quoq; & clades bellicas terræmotum portendere arbitrantur, vt benè ſcriptum ſit à Plinio: Nec verò ſimplex malum, aut in ipſo tantum motu periculum eſt, ſed par aut maius oſtentum. Nunquam vrbs Roma tremuit, vt non futuri euentus alicuius id prænuntium eſſet. Maximus memoria mortalium extitit Tiberij Cæſaris principatu, duodecim vrbibus Aſię vna nocte proſtratis. Creberrimus Punico bello, intra eun-

dem annum ſepties atque quinquagies nunti
Romam. Imperatore Theodoſio iuniore quid
ſex menſibus durauit. Quidam annuo, & bi
ſpatio permanſerunt. V. De magnis, ac verè in
ſitis & terrificis motibus terrarum ex hiſtoriis p
ſteriorum Imperatorum ſubiungam exempl
vnum. C. Eò aures cum mentibus dedimus.
Ad memoriam inſignisſimus eſt ille Antioche
qui Traiano præſente & ibi hyemante conc
multisq́ue ciuitatibus, Antiochiæ inprimis detr
toſisſimus fuit. *In quam vrbem cum magnus mi
numerus, nec parua priuatorum multitudo, litium, le
num, negotiationis, & ſpectaculorum gratia vndique
uenisſet, id damnum ad omnes nationes populosq́ue
nuit, vt in vrbe hac totius terrarum orbis imperii Ro
ſubiectus afflictus ſit. Primùm de improuiſo mugire
vehementer, poſt fremitus maris audiri horribilis.
ſublimè tolli, ædificia ſurſum erigi, erecta partim ru
conquaſſari, partim, velut in ſumma tempeſtate, huc
illuc commota nutare: loca pura mirificè agitari,
ædificiorum frangi, lateres & lapides collidi, horum
fragor incredibilis audiri. Tantus excitari puluis, v
dere, non alloqui, non audire quenquam per eum lic
tra domos paſſim vagabantur, quod inde agitatu
bulatiq́ue, & in ſe corruentibus parietibus vel tanqua
cipites darentur, vel ruinis aut mutilarentur, aut ſep
tur. Etiam arbores radicitus vellebantur. Qui l
aut lignis læſi iacebant, Nec viuere poterant, nec m
cupiebant. Qui euaſerant, eorum pars magna viſeb
ſigniter attrita, alij fractis cruribus, alij humeris,
ceruicibus, multi ſanguinem reiiciebant. Nulla fu
calamitas, quam illi homines non experirentur.
nit terræmotus, fuit qui ruinas conſcēdens vocem
lieris acciperet, habentis infantem, quem vnà ſe
ſuo ſuſtentabat. Cœperunt indagare cætera, neminem*

*amplius viuum inuenerunt, præter puerum alterũ, mortuæ matris vbera ſugentem. Et cum mortuos eruerent, de ſalute ſua præ errore mentis, quo illos doloris magnitudo afficiebat, haud quaquam lætabantur. Coraſius mons ita concuſſus eſt, vt eius culmina ſubſidere, & conuulſam ipſam ciuitatem cadere viderentur. Subſedere præterea alij montes, & aquæ, vbi antea viſæ fuerant nunquam, extiterunt: contra nonnulla vbi fluxerant, deſtiterunt.* Nonne hîc exclamabimus: quis talia fando Mymidonum Dolopumúe aut duri miles Vlyſsi temperet à lacrymis? Quid ad immenſitatem ærumnarum accedere potuit? Perſpicitis vel vno hoc exemplo quãtum malorum pariat hoc vnum malum, terrę moles ſuccuſſa. S. Nullane auxilia, nulla arma, nulla denique munitio aduerſus hancce cladem? V. In puteis remedium fore ait Plinius, & in ſpecubus crebris. Præconceptum enim ſpiritum exhalant, quod in certis notatur oppidis, quæ minus quatiuntur, crebris ad eluuiem cuniculis cauata. Tutiſſimi ſunt ædificiorum fornices, anguli quoque parietum, poſtesq́; alterno pulſu renitentes. Et latere terreno facti parietes minore noxa impellũtur. C. Ego verò putarim, nihil tutius eſſe abſentia ab his locis quæ concutiuntur. V. Hoc adde, niſi te fugientem etiam aut caſus inopinatus opprimat, aut terra diſcedens deglutiat. Contra communia mala nil ſatis tutum eſt. Ad mortem quamcunque, quandocunque, vbicunque paratam paratum eſſe, hoc ego præſidium periculo omni vacuum cenſeo. S. Et nos.

ANNO-

# ANNOTATIONES.

AERIA METEORA) *Vocamus aeria, vt ab d... duobus generibus, igneis, & aqueis ſeparemus ... nomine, & quia videntur aere conſtare: quod ſecu... Aerinus dixiſſe Varronem, ab aere, vt à tartaro tam... nus, ex Nonio in compedes probat Turneb. lib. 29. ca... 17.* TONITRVA DEFINIVIT ANAX.) *Di... nitru Ariſtoteles lib. 3. Meteor. cap. 6. & 7. de ven... 2. 3. Seneca lib. 2. cap. 18.* TONARE SEREN... *De huiuſmodi tonitru cælo ſereno Horat. lib. 1. Od...*

*namq; Dieſpiter*
*Igni coruſco nubila diuidens*
*Plerumq; per purum tonantes*
*Egit equos volucremq́; currum:*
*Quo bruta tellus, & vaga flumina*
*Quo Styx & inuiſi horrida Tænari*
*Sedes, Atlanteusq; finis*
*Concutitur.*

*Sed hæc fulmina tonitruaq́; prodigioſa ſunt, & mal... liquod hominibus portendunt. Quocirca & Luca... prodigiis ciuilibus lib. 1. Emicuit cælo tacitum ſin... bibus vllis Fulmen. Naturalia enim niſi nubilo cæ... nequeunt. Rectè Lucret. lib. 6.*

*Fulmina gignier è craßis, altaq́; putandum eſt*
*Nubibus extructis. Nam cælo nulla ſereno,*
*Nec leuiter denſis mittuntur nubibus vnquam.*

Idem.

*Deniq; cur nunquam cælo iacit vndiq; puro*
*Iupiter in terras fulmen, ſonitusq; profundit?*

VT TE SIMILITER PROMETHEO) *Propter ignem furtim ſubductum, & hominibus impertitũ Prometheus iuſſu Iouis à Vulcano ad Caucaſum Scythiæ mõtem affigitur apud Aeſchylum. Apud Lucianum de hoc, aliiſq; criminibus, nempe de Ioue in diſtributione carnium deluſo, de hominibus formatis cauſſam dicit interea, dum ferreis vinculis ad rupem alligatur, coram Vulcano ipſo & Mercurio. Euolue dial. qui inſcribitur,* προμηθεὺς, ἢ καύκασος: *& alium* προμηθέως καὶ διός· *& illum præterea,* πρὸς τὸν εἰπόντα, προμηθεὺς εἶ ἐν λόγοις. *Contra eum qui dixerat, Prometheus es in verbis. Huic frater fuit Epimetheus: de ambobus Heſiodus in operibus & diebus. Ille prouidus & conſultus: hic improuidus, & poſt rem factam deliberans inducitur: id quod etiam vtriuſq; nomen declarat. Hinc prouerbium: Prometheus, Epimetheus. Lucianus.* Τόγε μεταβουλεύεσθαι, ἐπιμηθέως ἔργον, οὐ προμηθέως ἐστί. *poſt rem conſulere Epimethei opus, non Promethei eſt. Idem affert hunc verſiculum ex quopiam Comico in Cleonem, qui ſerò, nec niſi confecto negotio ſaperet.* Κλέων προμηθεύς ἐστι μετὰ πράγματα. *Plato Romanos Prometheos appellat, procul aſpicientes, & præmaturo vtentes conſilio: Siculos verò Epimetheos, & imprudentes.* MAGNIFICVM DIVINÆ PROVIDENTIÆ) *Quæ in dialogo deinceps diſſeruntur è Seneca, certiſſima huius prouidentiæ diuinæ, ac beneficentiæ argumenta ſunt. Sacræ item litteræ Deum formatorem, Dominum, rectorem ventorum ſuo illos arbitratu vel cohibentem, vel emittentem prædicant.* QVO PACTO FIANT)

FIANT) *Hac de re ita Vitruuius ca.6.li.1. Naſcitur ve-*
*tus cum feruor offendit humorem, & impetus feruoris*
*primit vim ſpiritus flantis. Id autem verum eſſe ex Aeoli-*
*pylis æreis licet aſpicere, & de latentibus cæli rationi-*
*artificioſis rerum inuentionibus, diuinitatis expri-*
*veritatem. Fiunt enim Aeolipylæ æreæ, cauæ: habe-*
*punctum anguſtiſſimum, quo aquæ infunduntur, col-*
*canturq́; ad ignem, & antequam caleſcant, non hab-*
*vllum ſpiritum, ſimul ac autem feruere cœperint, eff-*
*ad ignem vehementem flatum. Ita ſcire & iudica-*
*cet, è paruulo breuiſſimoq́; ſpectaculo de magnis, & im-*
*manibus cæli ventorumq́; rationibus. Aeolipylæ, in-*
Turneb. *lib. 25. cap. 11. ſunt ex eo vocatæ, quia cre-*
*antiquitas Aeolum ventos tenere clauſos carcere: & p-*
*tefacta ab eo porta erumpere, terraſq́; perflare ca-*
*ro 1. Æneid. Itaque quia è cauis illis globis aqua-*
*quà foramen eſt, cum induuntur in ignem, magu-*
*habitus effertur: propter eius eruptionem ſunt Aeol-*
*vocatæ, id eſt, Aeoli portæ.* PER MVNDI PLA-
OMNES) *Seneca libro 6. capite 16. Non poſſet*
*tam multa, tantaq́;, & ſe ipſa maiora terra nutri-*
*plena eſſet anima, quam per diem & noctem ab o-*
*partibus ſuis fundit. Fieri enim nō poteſt, vt non m-*
*illi ſuperſit, ex qua tantum petitur, ac ſumitur.*
*tempus quidem, quod exeat, naſcitur. Nec enim*
*perennis illi copia ſuffecturi in tot cæleſtia ſpiritus, ni-*
*uicem iſta excurrerent, & in aliud alia ſolue-*
*Sed tamen neceſſe eſt abundet ac plena ſit, & e-*

dito proferat. Non eſt ergo dubiū, quin multum ſpiritus lateat intus, & cæca ſub terra ſpatia aer latus obtineat. PLVRIMA QVOQVE VENTORVM GENERA) *Plin. lib. 2. cap. 47. Seneca lib. 5. cap. 16. & 17. Vitruuius libro 1. capite 7. Gell. libro 2. capite 22.* DIVISO HORIZONTE) *Cic. 2. de nat. deor. Cum enim illi orbes qui cælum quaſi medium diuidunt, & aſpectum noſtrum deſiniunt, qui à Græcis ὁρίζοντες nominantur, à nobis finientes rectiſſimè nominari poſſunt, varietatem maximam habeant, aliiq́ in aliis locis ſint: neceſſe eſt ortus occaſusq́ ſiderum non fieri eodem tempore apud omnes.* AB ORIENTE EVRVS) *Quod ex auris procreatur, ea re à Græcis εὖρος videtur appellatus, inquit Vitruuius. Nonius ſcribit dictum ἀπὸ τῆς ἕω ῥέοντα, quod flatus eius ab oriente ſit hyemali. Auſtrum qui græcè νότος, ab humore & nebula, νότις enim latinè humor, & eſt is ventus ſudoris effector. Homer. κατὰ δὲ νότιος ῥέεν ἱδρώς. Circium à turbine & vertigine. Boream ἀπὸ τῆς βοῆς, quod ſonorus ſit, & procelloſus. De notationibus ventorum Iſid. lib. 13. cap. 11.* CALIDI SVNT ET SICCI) *Non cælum tantum ſudum, ſine vdo dicitur, ſed etiam ventus, qui ſiccus ſit. Varro apud Nonium in Anima. Dum nos ventos flamine ſudo. Sepultos etiam ventos pro quietis dixit Lucret. lib. 6. In ſtatione locata ſepultis vndique ventis. Id eſt, ſedatis & ſtratis ventis. Tralatio eſt. Sic Græci dicunt κοιμίζειν ἀνέμους, id eſt ſopire.* ECNEPHIAS QVID SIT) *Conſule Senecam lib. 5. cap. 12. Plin. lib. 2. cap. 48.* IGNEVS

TVRBO

TVRBO NOMINATVS A SENECA) *Vtrum*
*genus turbinis ab eo deſcribitur lib. 5. cap. 13. Plin.*
*de turbine lib. 7. cap. 5.* PVBLICÆ CALAMITATIS)
*Publicum & commune qui nihil differre putant, inter*
*re ſunt. Publicum dictum eſt, quaſi populicum, ſiue*
*plicum, & eſt totius populi, vt campus Martius publi*
*eſt pop. Rom. Ager Campanus lege agraria lata publi*
*tus eſt. Flumina omnia & portus publica ſunt. Pra*
*Conſul, cæteri Magiſtratus, & Reges ſunt publicæ per*
*næ: nam totius populi perſonam ſuſtinent. Publico*
*ponitur priuatum. Commune vno modo appella*
*quod eſt duorum aut plurium, vt paries communis,*
*mus communis. Altero modo dicimus, quæ à nemin*
*occupata, neque poſſeſſa & poſſunt fieri occupantiũ, v*
*qua profluens, aer, lapilli & gemmæ in littore m*
*Opponitur commune proprio. Diffuſius iſta Lam*
*Horat. epiſt. ad Piſones.* RES TREPIDATION
PAVORIS) *Quamobrem tremorem terræ, homin*
*topere metuant, cauſſas explanauit Seneca lib. 6. n*
*Quem audire non alienum fuerit. Quid enim cui*
*ſatis tutum videri poteſt, ſi mundus ipſe concutitur, &*
*tes eius ſolidiſſima labant? Si, quod vnum immobile*
*illo, fixumq; vt cuncta in ſe intenta ſuſtineat, fluctuat,*
*quod proprium habet, perdidit, ſtare: vbi tandem*
*metus noſtri? Quod corpora receptaculum inuenient,*
*ſollicita cõfugient, ſi ab imo metus naſcitur, & fundam*
*hitur? Conſternatio omnium eſt, vbi tecta crepuere, &*
*na ſignum dedit: tunc præceps quiſque ſe proripit, &*
*tes ſuos deſerit, ac ſe publico credit. Quàm latebram p*
*mus, quod auxilium, ſi orbis ipſe ruinas agitet? Si hi*

*nos tuetur ac ſuſtinet, ſupra quod vrbes ſitæ ſunt, quod fundamentum quidam orbis eſſe dixerunt, diſcedit ac titubat? Quid ibi eſſe non dico auxilij, ſed ſolatij poteſt, vbi timor fugam perdidit?* Lege quæ conſequuntur. Veruntamen in eodem capite & duobus ſuccedentibus huic timori egregiam, prorſusq́ Stoicam conſolationem adhibet. IN PVTEIS AQVA TVRBIDA) Quare Pherecydes magiſter Pythagoræ, cum è puteo aquam ſitula eduxiſſet, hoc ſigno præſenſit ac prædixit terræ motum fore. Et Anaximander, quanquam non eodem ſigno, Lacedæmoniis prædixit, vt vrbem ac tecta linquerent, armatiq́ in agro excubarent: inſtare enim motum terræ, cum & vrbs tota eorum corruit, & Taygeti montis extrema quaſi puppis auulſa, cladem inſuper eam ruina preſſit. Cic. 1. de Diuinat. Plin. lib. 2. cap. 79. MARITIMA FREQVENTIVS) Spiritus terram intrat per occulta foramina quemadmodum vbique, ita & ſub mari. Deinde cum eſt obſtructus ille trames per quem deſcenderat, reditum autem illi à tergo reſiſtens aqua abſtulit, huc & illuc fertur, & ſibi ipſe occurrens terram labefactat, ideò frequentiſſimè mari oppoſita vexantur, & inde Neptuno hæc aſſignata eſt mouendi potentia. Quiſquis primas litteras græcas didicit, ſcit illum apud Homerum ἐννοσίγαιον vocari. Sen. lib. 6. cap. 23. QVID PRISCI DE RE PROPOSITA) Pauca præfatus Marcellinus lib. 17. decreta antiquorum refert. Adeſſe tempus exiſtimo, inquit, pauca dicere, quæ de terræ pulſibus coniectura veteres collegerunt. Ad ipſius enim veritatis arcana non modo hæc noſtra vulgaris inſcitia, ſed ne ſempiterna quidē lucubrationibus longis nondum ex-

*hauſta phyſicorum ingenia penetrarunt. Vnde & in*
*tualibus, & pontificiis obtemperantibus ſacerdotiis,*
*tum ne alio deo pro alio nominato, cum qui eorum*
*concutiat ſit in abſtruſo, piacula committantur.* SPI
TVM ESSE, QVI INCLVSVS) *Videto Senecam lib. 6.*
*12. 13. & ſequentibus.* TRES MEMORANTVR A
NECA) *ab Ariſtot. de mundo ſeptem. Adi etiam Plin.*
*2. cap. 28.* PLVRA SVPER HIS SENECA) *Lib. 6. cap.*
*Facilius, inquit, pecora ſentiunt, in quæ peſtilentia in*
*rere ſolet, quò auidiora ſunt, aperto cælo plurimùm*
*tur & aquis, quarum maxima in peſtilentia culpa*
*Oues mollioris naturæ, quò propiora terris ferunt*
*corruptas eſſe non miror, cum afflatum diri aeris*
*pſam humum exceperint. Nocuiſſet ille & homini*
*maior exiiſſet: ſed illum copia aeris ſinceri extinx*
*tequam vt ab homine poſſet trahi ſurgeret.* DVOD
VRBIBVS ASIÆ) *Aſiæ minoris ſub Tiberio Aug*
*uigno quatuordecim vrbes terræmotu concidiſſe*
*riæ proditum eſt, quarum nomina ſunt Epheſus, M*
*ſia, Sardis, Moſthene, Hierocæſarea, Philadelphia,*
*lus, Timus, Myrina, Cime, Apollonia, Hyrcania, D*
*hyra. Niceph. lib. 1. cap. 17. Diſſentit igitur*
*ptor à Plinio, vt vides, in numero. In Campania*
*vno tempore duodecim oppida procubuerunt.* AN
CHENVS QVI TRAIANO) *Deſcribitur à Dio*
*Traiano. Alius Nicomedienſis æquè horri-*
*ficus ab Ammiano Marcellino re-*
*fertur lib. 17.*

# PROGYMNASMA QVARTVMDECIMVM.

## *Aquea meteora.*

*IIDEM.*

CELERINVS. A ſiccis ad humidas, à calidis ad frigidas res ſupernè concreſcentes ſuſceptæ nos diſputationis ordo prouexit. Ab igneis ad aerias, ab aeriis ad aquoſas impreſsiones ſeu affectiones videtis vt delapſi ſimus? Quo genere comprehẽduntur pluuiæ, nix, grando, pruina, ros, nebula, fontium ac fluminum origo, ſalſitudo, & æſtus maris. Hæc omnia propter cauſſæ ſimilitudinem, & mixtionis imperfectam rationem tractatione coniunguntur, & cum his numerantur, quibus cognomentum meteôron loci indidit ſublimitas. Eſt autem pluuia, vt magiſtri meteorologici definiunt, fluxio nubis humidæ, feruore ſolis penetrantis in aquæ guttas colliquefactæ. Nam caloris ea vis eſt, vt humentia diſſoluat. Cum enim in mediam partem aeris humidi calidiq; vapores emicuerint, reperto ibi frigore in nubem ſe induunt atque inde deſuper ſole inſtante, acriterq; feriente, aqua ſicut è ſpongia compreſſa deſtillare incipit. Ac pro ratione quidem vaporis è quo confecta eſt nubes, & efficientia caloris in eam agentis, diuerſæ pluuiarum formæ concipiuntur. Tenuis illa pluuia guttulis minutiſsimis à Græcis ψεκάδιον dicitur. Fit propter vaporem rariorem: vti plu-

uiæ & nimbi propter ſpiſsiorem. Subſtillum cum ſtillis raris iam iam ventura pluuia ſignifica tur. Aquilone flante, & ſuum cælum obtine minutæ deſcendunt pluuiæ: Auſtro imber improbior, & guttæ pleniores. Iuuat è Marci Varronis perbellos de pluuia verſus aſſumere. ille.

*Nubes aquali frigido velo leues*
*Cæli cauernas aureas ſubduxerant,*
*Aquam vomentes inferam mortalibus.*

S. Quid eſt Vennoni, quod cæleſtis aquæ ſap non eoſdem experimur? V. Id ego vaporibus lis nubium parentibus tribuendum ſentio. Hi quidam cum ſint ſalſiores, quidam amariores dulciores, alij inſipidi, alioue guſtu, oportet aqu inde procreatam hæc omnia ſapere. Quod vapores ita diſcernuntur, atque vnus præ al ſincerus, aut concretus eſt, terrarum ex quib mittuntur diuerſitati aſsignetur. Ex ſalſa & a ne vos aliam quàm ſalſam exhalationem, ac p de nec aliûs ſaporis aquam pluuiam expecta cumentum capite fontanas, in quibus non ſapor, quoniam natura terræ qua ſcaturiun per quam voluuntur, non eſt vniuſmodi. C babilius ad quæſitum non potuiſti. De ſign gnoſticis pluuiarum quàm multa liceret! nubium matutinus, ranarum importunæ q læ, ſolis ac lunæ pallor, ſexcenta præterea, q tat ſibi à Plinio, & aliis curioſus. Idem Plin Romanorum annalium monumentis porte pluuias adducit: pluiſſe carne, lacte, ſanguine ferro, coctis lateribus. Ciceronis locus eſt

uinat. vbi de portentorum interpretationibus ex Haruſpicum diſciplina diſſerit. Quid, cum ſæpe lapidum, ſanguinis nonnunquam, terræ interdum, quondam etiam lactis imber defluxit? Quod ex Auicenna Albertus adducit, aliquando vitulum integrum cum pluuia decidiſſe, de eo valde ſum incertus, & eadem ratione oues & boues inde poſſe delabi puto. Ille idem Auicenna conſpexit maſſam ferri cétum librarum è nubibus decidere, vnde poſtmodum gladij præſtantes fabricati ſint. Miror tamen, ſi vitulus ibidem formari potuit, cur enſes non potuerint: vt hoc labore qui fabricam ferrariam exercent, liberarentur. Quid vos? Vnquámne viſas creditis hoc genus pluuias? ſi creditis, num eas (quod ſolent quidam indocti) ſtellis aut ſoli res tales in ſupera attrahenti adſcribetis? S. Nos quia in aliarum quoque gentium annalibus prodigioſas cecidiſſe pluuias reperimus, fidem Plinio abrogare non audemus: rem totam ad cauſam ignotam, & occultam nobis, planè dubiam, ad Dei quoque nutum, ad cacodæmonum impoſturas & nequitias referimus. Ranunculis pluere viſum aliquando per æſtum intentiſsimum. Veruntamen illi per aerem deorſum non aguntur: ex guttis autem pluuialibus magnis atque craſsis, in humum à ſole feruefactam, & pinguiorem lapſis, puncto temporis exiſtunt: quomodo mures & vermes ex putrore enaſci haud neſcimus. Narratum eſt in ſacris quoque libris, quadraginta ipſos dies cum noctibus pluiſſe: ex quo tam inſolita aquarum prognata copia, vt orbem ſummergeret. Imbres ignei & ſulphurei Pentapolim fœdiſsimi

ſceleris impuritate infamem perdiderunt. Hebr[illegible] per inculta & vaſta locorũ tendentibus, annis qu[illegible] draginta in dies ſingulos manna pluit, quo cibo[illegible] ctitarunt. Cæterùm harum pluuiarum auctor[illegible] inquirere quid opus eſt? Ideo porrò multis di[illegible] continenter interdum cadunt pluuiæ, quia nu[illegible] non ſimul ac ſemel, ſed ſucceſsione in aquam [illegible] ſoluuntur. Deinde quia vapores noui ſine int[illegible] miſsione, frequenterq́ nubium pluuiarum ſimi[illegible] ta futuri eleuantur. Cum ergo cauſſa non deſi[illegible] effectum longiorem & continuum ne mire[illegible] At enim cum ſatis iam pluerit, ne omninò vſque [illegible] intimam tunicam permadeſcamus, oro te, Cel[illegible] ne, ningat deinceps aliquantum: niuem enim [illegible] cutere poſſumus. C. Quin me oras, vti etiam [illegible] net, fulguret, grandinet, & Iouem creas altor[illegible] cui illud Horatianum commune fiat?

*Iam ſatis terris niuis atq; diræ*
*Grandinis miſit pater, & rubente*
*Dextera ſacras iaculatus arces*
*Terruit Vrbem.*

S. Tamen fulgurare, tonare, vt Pericles, & v[illegible] hybernis denſiora niuibus poſsit eloquen[illegible] profundere, quemadmodum poëtarum im[illegible] tor de Vlyſſe canit. C. Iungamus vires, Ve[illegible] & hunc virum bonum obruamus niuibus. [illegible] Si faxitis, ego emerſus pro mercede cre[illegible] vos grandine viciſsim egregiè verberatos [illegible] liam. V. Iſti vtrinque iactant minas, & res a[illegible] ſpectat: neutri in hac pugna faueo, nec ob id [illegible] nis legem metuo. C. Ad niualem imbrem [illegible] deducendum aggredior. Sed nix mea non [illegible]

ta: citò enim deſinet ningere: & nihil eſt quod metuas, Simonette, muto conſilium. S. Nec eſt quod tu: nam & ego perpaucis de grandine. C. Nix quæ videtur tãquam ſpuma aquarum ſublimium, pluuiæq́; velut germana ſoror, tum oritur, cum nubes edendæ pluuiæ præparata, priuſquam in guttas abeat, calore vaneſcente, à frigore circumſtante molliter cogitur ſeu congelatur, ventorumq́; frigidorum impulſu in flocculos dirempta terras petit: qui flocculi, quaſi pluuiales guttæ numerãdæ ſunt, quas vtique energia frigoris tam candidas efficit: qua de cauſſa quamuis aquam conglaciantem non rigere modo, verum etiam albere videmus. V. Quid eſt, quod altos montes, vt alpes, niuibus conſputas cernimus (vtar enim verbo antiqui vatis, cuius hoc carmen celebratur: Iupiter hybernas cana niue conſpuit alpes) nec tamen eodem tempore vllas in planicie niues aſpicimus? C. Quia deeſt ibi, in iugis, inquam, excelſorum montium calor ad eas diſſoluendas neceſſarius: ſunt enim proxima regioni mediæ, vbi incolunt perennia & peracuta frigora. Ob quam cauſſam in montibus ningit, cùm apud nos pluit: niuem enim tepor regionis infimæ confeſtim liquefacit, & in aquam ſoluit. Nix alit quodammodo animantes, preſertim oues, quia ex humido aerio generatur, in quo vita conſiſtit: ſegetes & herbas nutrit atque auget: ſuo enim frigore terræ poros occludit, ne calor, cuius fotu ſemina iacta indigent, exhalet. Terram præterea quam cooperit per antiperiſtaſin calefacit, & hyberni frigoris aduſtione ſemina prohibet. S. Ha ha ha. C. Quid noui? Quamobrem tu intempe-

ſtiuè rides? niſi forte derides. S. Rideo atram- uem Anaxagoræ. C. Haud minus in ratione aſſe- tionis quam afferebat, quam in ipſa aſſertione o- lis indigebat. S. Quam ergo afferebat? C. Q- inquiebat, aqua eſt nigra, vnde nix congregat- Et hic vocatur philoſophus? S. Inter vocari & e- immane quantum intereſt. Multa delirauit il- Clazomenius. De grandine auſculta mihi. C. H- ago. S. Grando, conglaciatus imber, modo ſi- pari, & ex eadem materia conflatur, ex qua ni- cum nimirum nubis liquefactæ iá decidentes g- tæ aerio frigore dureſcunt. Rotunda eſt, quod o- mne ſtillicidium conglomeratur. Id etiam ap- ret in ſpeculis, quæ humorem halitu colligunt, & poculis ſparſis, aliaq; omni leuitate: nam & in he- barum vel arborum foliis, ſi quæ guttæ adhæſer- in rotundum iacent. Excauatio ipſa à guttis f- rotunda eſt: ex quo liquet, huic quoque ſimile- quod cauat: locum enim ſibi ad formam & h- tum ſuum exſculpit. Poteſt deinde cum deſce- corrotundari, & toties per ſpatium aeris denſi- uoluta, æquabiliter atque in orbem teri. Gra- nat ſæpius vere & autumno, quàm hyeme & æ- te. V. Cur? S. Quia æſtate non eſt copia vapo- quæ quidem eſt apta grandini materia, propter- ſtum videlicet huiuſmodi afflatus conſumen- In hyeme non viget calor, cuius euocatu in ſup- peruenire vapores debent, nec loci inferioris a- periſtaſis ſufficit. Vere & autumno adſunt om- Cadit crebrius locis calidis quàm algidis: inter- ſæpius quàm noctu, celeriusq; perit quàm ni- quoniam nix ex nube, grando ex aqua facta eſt. S-

quia acriore frigore nix, leniore grando concreuit. Nix terram fæcundat: at quod grandine percuſſum eſt, infæcundum ac ſterile, ſæpe in multos annos efficitur. Plura nolo, ne in hiſce rebus doctiorem me ſuſpicemini, quàm ſum. V. Caueat ergo longitudinem Celerinus. C. Vt aliquid diceres hoc dixiſti, ô noſter Simonette. Rorem noſtis conſtare vapore ſubtili & humecto, qui quoniam ob caloris exiguitatem altius euadere non quit, in aere terris propinquiore ſubſidit, modicoq; frigore nocturno ad aquam redactus, paruulis guttis nō ſentientibus nobis crepuſculo matutino deorſum ruens, aſperginibus leuioribus tanquam gemmulis herbas aliasq; res madefacit. S. Quia gemmas vocaſti, belliſsimorum è Lucretio verſuum redintegratur mihi memoria. Sunt autem lib. 2.

*Nam ſæpe in colli tondentes pabula læta*
*Lanigeræ reptant pecudes, quò quamq; vocantes*
*Inuitant herbæ gemmantes rore recenti:*
*Et ſatiati agni ludunt, blandeq; coruſcant.*

*Et lib. 5.*

*Aurea cum primùm gemmantes rore per herbas*
*Matutina rubent radiati lumina ſolis.*

C. Locum eius eſſe regionem nobis vicinam argumento eſt, quod excelſi montes, & ſublimia ædificia non irrorantur. Gignitur ſerenis noctibus, aere inter frigus caloremq; temperato: in locis præterea calidioribus, & Auſtro inprimis ſpirante, quæ omnia ad eum liquandum tenuandumq; proficiūt. Pruinam dicamus licet rorem nocturno & aerio frigore prius quaſi vinctum, & in ſalis ſpeciem cōſtrictum, quam in aquam penitus abiret. A niue diſtat, quod in hac proxima regione potiſsimùm

Borea flante concreſcit, & minus humoris poſſi-
det. Quod autem inter aquam & rorem inte-
eſt, hoc inter pruinam & glaciem, nec non in-
ter glaciem & niuem. Plerunque fœtet pruin
quoniam naſcitur ex materia fœtida & commu
exhalatione calida cum vapore humido, è palu-
bus & vliginoſis locis educto. Vel ob admiſtu
terreſtre, & impediente frigore non conſumptu
Nebularum eadem eſt materies, quæ roris, qu
pruinæ, quæ nubium, ſic porrò generantur. Va-
por ab aquis terriſúe matutino aut veſpertino c
puſculo ſolis calore redditur. Is vel quia grau
vel quia non ita calidus, ſuperare hoc infim
ſpatium aerium non poteſt, quod ipſum atra c
gine inuoluit. Quod ſi feruore ſolis diſcuſſi p
rierint nebulæ, diem fore ſudum indicab
quoniam ſcilicet earum tenuitas creandis nu
bus pluuialibus haud ſuffecit. Sin eodem ca
re ſolis ſublimius euehentur, & in nubes e
entur, pluuiam denuntiabunt ob humoris ab
dantiam. In magna item cæli temperatione
per ſerenitatem exoriuntur. Nam ſi gelid
aer terras alligabit, vt exhalationi opportun
tus nullus pateat. Si intemperanter calidus, e
dem conficiet. Atque hoc eſt, quod ait Pli
nec æſtate, nec maximo frigore nebulas ex
Si procellæ graſſabuntur, nihil animæ ſurſu
manabit. Rogemus nunc, Simonette, Venn
um, vt meteoricis, quæ propriè hoc vocantu
nem imponat, & breuiter aliquid de fontiū &
minum origine: erimus enim paucis cont
S. Ne deſpexeris te ipſum Vennoni, da ho

cis, caue rogantes deſpuas. Euge, habes diſcipulos. V. Cur me cogitis ineptum fieri? S. Ineptum? Quamobrem? V. Vos maiores, me audire eſt æquius, vos loqui. C. Non annorum ſerie, ſed ingenio paratur eruditio, quod tam non deeſt tibi, quàm adeſt nobis, ſi adeſt modo. S. Satis excuſationum. V. Sitient mei fontes, exareſcent mea flumina, non erunt ad potum ſufficientia. C. Non hic Xerxis exercitus: duo ſumus. V. Aliorſum ego intelligo. S. Adhuc? V. Non perſuadeo. C. Tu vt perſuadeas? qui ne appoſitè quidem dicis ad perſuadendum. V. Ergo fruſtra Rhetoras audiui. Aſt finis hodie nullus erit vrgendi. Ecce facio. Per terræ corpus patent cauernæ & foramina longè plurima, quæ, ne vſpiam ſit inane admiſtum rebus, aer à ſummo penetrans complet, & ob frigus loci tepore ſuo ſpoliatur, craſsior & humidior euadit: hinc deſtillás, paulatimq́; ingeminantibus, & crebreſcentibus guttis aliquò defluens, fontium fluminumq́; ſcaturigines producit. Etenim cum aer humido & calido componatur, aqua frigore & humore, ſi ille coercitus & incluſus in ſubterraneis ſpecubus calorem amittat, neceſſariò in aquam cōmutabitur, quæ ſemel fluendi adepta initium, nunquam deſinit, quod ad vacuum prohibendum nouus ſemper aer in locum colliqueſcentis ſurrogatur, & acceſſionibus poſtmodum aliarum aquarum eam augeri ad perennitatem certiſsimum eſt. Hoc philoſophema iſtis carminibus complexus eſt Iouianus.

*Spiritus hic (Graij fecerunt Aëra nomen)*
*Qui terras, pontumq́; leui circumtegit vmbra,*
*Et penetrat rimoſa means in viſcera terræ,*

(*Certa*

*( Certa fides ) facile humentem permanat in vndam,*
*In liquidumq; coit contracto frigore rorem,*
*Mox abit in latices, & ripis plenior errat,*
*Et magno labens intrat cum murmure pontum,*
*Armatas etiam raptans ad littora claſſes.*
*Ipſe vides ſæpe in foribus ſudantia ſaxa,*
*Et guttas de marmoreis ſtillare columnis.*
*Namque aer circumfuſus dum frigora ſentit,*
*Paulatim ſeſe cogit, mox defluit humor.*
*Ille quidem ſicco ducens è marmore guttas.*
*Speluncis quoque de gelidis manare liquorem*
*Continuum, vnde fluunt crepitanti murmure riui.*

Prouenire auté aquas in cauis terræ ad iſtum mo-dum, montes quoque declarant, vnde fontes e- ac flumina, qui cum emineant, & altius aſſurga- afflantur vndique, & aeris plus concipiunt. Q- de rurſum Iouianus.

*Si Rhenum, Rhodanumq; vides, magnumq; Garum-*
*Aut Hebrum, Eridanumue, aut clari nominis Iſtrum,*
*Aut qui per latos populos mare peruenit Indus,*
*Aut ſeptemgemini rumpunt quà flumina Nili,*
*Perſcrutere ortum, & fontis ſacra antra recluſi,*
*( Non dubium ) inuenies ſummis è montibus illu-*
*Delabi, genus & gelidis deducere ab antris.*
*Namq; aer terræ immiſtus, molemq; ſub ipſam*
*Incluſus, montana rigens vt frigora ſenſit,*
*In ſtillas abit, & longo fluit agmine multus.*
*Deſuper ima petens, donec iam viribus auctis*
*Erumpit vallo, atque in campos turgidus exit,*
*Multum etiam ſtillante ſolo, niuibusq; liquatis*
*Auxilium accedit venis tellure ſub ipſa,*
*Multum etiam nebuloſa iugis immanibus aura*
*Tabeſcens cælo gelido quum ſtringitur humor,*
*Vnde ſibi occulti ſumunt alimenta meatus,*

Plato in Phœdone ita philoſophatur: tartarum ſeu abyſſum ingentem eſſe in terrarum medio, aquæ plenam, è quâ fontes, fluuij, ipſa denique maria emittantur. Sententia non ita aliena ſacro dogmati apud Eccleſiaſten. Omnia flumina, inquit, intrant in mare, & mare non redundat: ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant. Ex hoc fit conſequens, vti in corpore humano ab hepate tanquam conceptaculo ſanguis in venas alias maiores, alias minores dimiſſus membra irrigat: ſic per terræ quaſdam venas contractiores, latiores, ex ipſo mari minorem vberioremúe aquarum copiam fieri, & prorumpere, manareq́ fontes & fluuios non è montibus ſolùm, verùm etiam ab ipſa planicie. Ad naturam ſitumq́ loci referenda eſt illa varietas, quod quædam ſtant, vt in ſtagnis, aliæ fluunt, aliis variis continentur venis, aliæ colliguntur. Et quomodo vaſorum quibus infunduntur ſaporem & odorem trahunt: ſic terrarum per quas labuntur. Quæ per glareoſam, dulces fiunt, per ſalſugineã, ſalſæ, per aluminoſam, aluminoſæ, per bituminoſam & ſulphuratam, bituminoſæ ac ſulphuratæ, & calidæ, vt quæ per lapidoſam, frigidæ. Earum ſimiliter colorem induunt. De mari ſequitur vt quærendum ſit. Philoſophi, Plato, Ariſtoteles, Seneca illud ſemper cum mundo fuiſſe ab initio ita cõſtitutum volunt. Eius conſtitutionem Moſes explicauit, pulchritudinem Cic. in 2. de nat. deor. hoc modo. At verò quanta maris eſt pulchritudo? quæ ſpecies vniuerſi? quæ multitudo, & varietas inſularum? quæ amœnitates orarum, & littorum? quot genera, quamq́ diſ-

paria

paria partim ſubmerſarum, partim fluitantium
innatantium beluarum, partim ad ſaxa natiuis
ſtis inhærentium? Ipſum autem mare ſic terra
appetens littoribus alludit, vt vna ex duabus na
ris conflata videatur. Eſſe ſalſum, ad vtilitatem
nimantium in eo degentium, atque inſuper ad in
gritatem aquæ conſeruãdam Deo placuit. An v
tis etiã ſuper cauſa huius ſalſitudinis philoſoph
rum cognoſcere iudicia, ſi fortè obliti eſtis? S. V
lumus certè, & audiemus perattentè. V. Quid n
ceſſe eſt curare quid quiſque dicat? Probabilior
teris eſt ſententia quam ponit Ariſtoteles: exha
tiones calore ſolis aduſtas & craſſas, aquæ mari
permiſtas, hunc triſtem ſaporem generare. Sol
enim tantummodo dulces ac tenues attrahens,
las alias relinquere. Calidum autem humori
mixtum amarum ſalſumque ſaporem creat. Ex
riri licebit in aduſtis, aut feruẽtibus terræ parti
ſi aquam ſuperfuderis. In corporibus noſtris
ſalſus ſudor ire per artus ſolet, quia humor i
lore decoquitur, atque ita craſſeſcit, & quodam
do ſalitur. Potu item in corpore percolato
ſalſa, & aqua cineribus percolata ſalſa redd
quam lixiuium nominamus. Quare vbi ſol
dentior, eò loci mare ſalſius habetur: & a
quàm hyeme marinam ſalſiorem eſſe ſcribunt
Auſtrum quàm ad Septentrionem, in ſuperi
quàm in imo: exhalatio enim ſuperiora petit, &
bi plus caloris inuenit, magis aduritur. Illa
quam paulò ante ſtatuimus, Dei voluntas nimi
prima cauſſa eſto maris ſalſi: hæc Ariſtotelea ſ
da. Fortè etiam ideo ſalſum eſt mare, quia ſol

ſale,ſulphure, bitumine abundat. Cur porrò flumina è mari prodeuntia hoc ſapore careant, rationem dictitant, quod per longos terræ meatus decurrentia ſalſitudinem exuunt. Deinde cum aſsiduè properent, quamuis ſolibus quotidianis feriantur, nequeunt tamen ſalſo imbui: mare hoc poteſt, quod niſi ventis concitetur, ſtatiſúe temporibus ad littora ſeſe voluat & reuoluat, velut ſtagnũ immobile conſiſtit. Hunc acceſſum receſſumq́; lunæ motu gubernari, eius ortu obituq́; maritimos æſtus fretorumq́; anguſtias commoueri prædicant, cuius in aquas eſt imperium, quæq; telluri coniunctior, ſecundum ſolem poteſt plurimum. Pro huius ortu vel occaſu, progreſſuq́; ad meridianũ circulum mare fluit ac refluit. Sunt autem æſtus locis aliis vehementiores, aliis languidiores, aliis nulli ferè. Sunt item euripi, & multiplices aquarum reciprocationes, quarum difficillima eſt cognitio. Admirabilis eſt natura Nili, cuius inundationis cauſſam cenſuerunt eſſe liquatas niues in montibus lunæ, vnde caput effert. Inſularum enaſcentium, maris æſtu conuectam congeſtamq́; alicubi arenam originem eſſe Plinius & Seneca docent: quam rem in fluminibus ſæpe vidimus. Habetis quæ voluiſtis, etſi melius enodatiusq́; voluiſtis. C. De iſta eruditione modeſtiaq́ue tua amplius te amamus.

ANNO.

# ANNOTATIONES.

DE SIGNIS PROGNOSTICIS PLVVIARVM) C... legimus hæc ſigna dialogo huius partis, De pl... porrò diſputat Ariſtot. 2. Meteor. cap. 1. de niue ca... de grandine cap. 4. RANARVM IMPORTVNÆ QV... RELÆ) De materia & ortu ranarum Ouid. lib. 15. Me... tamorph.

*Semina limus habet, virides generantia ranas:*
*Et generat truncas pedibus: mox apta natando*
*Crura dat: vtq; eadem ſint longis ſaltibus apta,*
*Poſterior ſuperat partes menſura priores.*

De earundem conuerſione ex ruſticis, propter Lat... aquæ potu è ſtagno prohibitam, & verbis contum... appetitam, idem libro 6. in cuius fabulæ extremo ... & corpus earum ſatis iocosè depingitur. POETÆ ... IMP. DE VLYSSE) Iliad. 3. Antenor in compa... eius cum Menelao in eloquentia, ſeu genere dicendi,

Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ ῥ᾽ ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος ἵη,
Καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν.

Cic. in Bruto. Neque enim iam Troicis tempori... tum laudis in dicendo Vlyſſi tribuiſſet Homerus, ... ſtori, quorum alterum vim habere voluit, alterum ... uitatem, niſi iam tum eſſet honos eloquentiæ. NE... ID SOLONIS LEGEM) Commendat Plutar... am Solonis legem, qua eum notauit infamia, qui ... tione neutram eſſet partem ſecutus, quia ſuorum ... patriæ commodorum ſtudioſior videretur: quo q... nihil poteſt boni ciuis officio magis eſſe contrarium. ...

*ſuit autem, oportere vnumquemque meliori & iuſtiori parti ſe adiungere.* RIDEO ATRAM NIVEM) *Cui non audita Anaxagoræ fatuitas, niuem eſſe atram?* Cicer. ad *Q. F. epiſt. 12. lib. 2. Riſi niuem atram: teq́ʒ hilari animo eſſe, & prompto ad iocandum, valde me iuuat. Scripſerat fortè Quintus per iocum, niuem ſe atram inueniſſe, illam, inquam, Anaxagoræ: quaſi triſtem minimeq́ʒ iucundam: quia ſcilicet ei per niues incommodiſſimo itinere eundum, ac fortaſſe etiam in ipſis niuibus cum hoſte, non ſine ſummo vitæ diſcrimine pugnandum foret. Sic locum declarauit Manut.* ROREM NOSTIS) *De rore & pruina legendus Ariſtot. libro 2. Meteor. capite 2. de fontibus & fluuiis cap. 5. & 6. de mari cap. 7. 8. 9.* NEBVLARVM EADEM) *Plautus dixit per nebulam audire, Cicero, in ſtrepitu exaudire, & per caliginem videre: de quibus loquendi modis Victor. libro 13. capite 14.* NON HIC XERXIS EXERCITVS) *Tantas habuiſſe copias Xerxes Græciam inuaſurus fertur, vt flumina ebiberent. Iuuenal. epotaq́ue flumina Medo. Iuſtin. libro 2. Iam Xerxes ſeptingenta millia de regno armauerat, & trecenta millia de auxiliis: vt non immeritò proditum ſit, flumina ab exercitu eius ſiccata, Græciamq́ʒ omnem vix capere exercitum eius potuiſſe.* TERRARVM PER QVAS LABVNTVR) *Quare aquis ſapor varius? Propter quatuor cauſſas. Ex ſolo prima eſt, per quod feruntur. Secunda ex eadem ſimulatione eius naſcitur. Tertia ex ſpiritu, qui in aquam transfiguratus eſt. Quar-*

*ta ex vitio, quod ſæpe concipiunt corrupta per in- riam. Hæ cauſſæ ſaporem dant aquis varium. Hæ- dicaminum potentiam. Hæ grauem ſpiritum odor- peſtiferum. Hæ leuitatem grauitatemq́;, aut calor- aut nimium rigorem. Sen. lib. 3. cap. 20.* ADMI- RABILIS EST NATVRA NILI) *Videbis Sen- cam lib. 4. cap. 1. & 2. De eo multa Herodot. lib. Diodor. lib. 1. Solin. cap. 45. Plin. lib. 5. cap. 9. He- liodor. lib. 2. Æthiopicôn. Ouid. 2. Metamorph. incerta eius origine,*

*Nilus in extremum fugit perterritus orbem,*
*Occuluitq́; caput, quod adhuc latet.*

Tibull. lib. 1. eleg. 7.

*Nile pater quanam poſsim te dicere cauſſa,*
*Aut quibus in terris occuluiſſe caput?*

# PROGYMNASM.
## QVINTVMDECIMVM.
## *Foſsilia.*

*SOPHIANVS, ALBERICVS.*

SOPHIANVS. Vt Africa, Alberice, ſemp- liquid noui monſtri: ita mundus ſemper- quod inſanorum genus, inſanorum, in- ſtultorumq́; ſapientum non æquè. Paucis- dinibus, anguſtoq́; numero includuntur: & c- modè M. Tullius in 2. de Diuinat. *Nam ſi, qu- rò ſit, portentum putandum eſt, ſapientem eſſe por-*

*eſt. Sæpius enim mulam peperiſſe arbitror, quàm ſapientem fuiſſe.* At verò ſtultorum quam infinita eſt natio, tam ſpecies infinitæ: vt ferme nihil quidquam aut paruum, aut magnum, aut diuinum, aut humanum reperiatur, in quo non aliqui ſine magiſtro etiam plerunque delirent. Nam ſtoliditatem, qui data, quique accepta mercede, vel diſcunt, vel docent, longè omnium teterrimi, ſi minus miſerrimi iudicandi ſunt. A. Bene profectò, ſine magiſtro: admodum enim ſcitum illud Senecæ. *Citò nequitia ſubrepit: Virtus difficilis inuentu eſt, rectorē ducemque deſiderat. Etiam ſine magiſtro Vitia diſcuntur.* S. Emerſerunt, quos eruditiores vocant Chemicos, vulgus Alchimiſtas. Hi de metallorum ortu cauſsiſq; longè diuerſum à Platone & Ariſtotele an philoſophantur, an nugantur? In quendam horum die heſterno incidi, ex argento viuo & ſulphure conantem aurum componere. Quocum ſermocinatus pluribus, inueni hominem peruerſiorem, contumacioremq; hæreticū in re metallica, quàm Martinum Iſlebienſem in re Euangelica. Duo præfractè aſſeuerabat eſſe metallorum initia: vnum vt marem, ſeu patrem, in quo ineſſet ſumma efficiendi poteſtas, ſulphur nempe: alterum vt fœminam ſeu matrem, quod illi quodammodo ſubſterneretur, atque vt materia formæ ſubiiceretur, argentū viuum ſcilicet. Horum concretione procreari metalla omnia, meliora è purioribus principiis, deteriora ex impuris. Et naturam quidem nunquam non aurum, veluti perfectiſsimum velle gignere, fruſtratam autem ob inopiam ſulphuris, quod in eo metalli genere affatim requiritur, vel argentum,

vel ſtannum, vel aliud quippiam progenerare. M
tiebatur deinde quædam de virtute motionum c
leſtium, & efficacitate ſiderum in his rebus ſing
lari. Solem auro pariendo præponebat, luná arg
to, Iouem ſtanno, Saturnum plumbo, Venerem
ri, Martem ferro, argento viuo Mercurium. O
ponebam cum alia, tum hæc, quod in pleriſq; m
tallorum fodinis nulla aut ſulphuris, aut arge
viui nota, & in horum ipſorum venis nullum m
talli indicium. Ad ea nihil ille reſpondere, rid
tantum, qui mos eſt proteruitatis ac petulantiæ.
Inania & infrugifera ſunt, quę ad huiuſcemodi
poſtores & fanaticos ſanandos admouentur re
dia: cæci ſunt, cæcorumq; duces: aliis polli
tur diuitias, ipſi vacua crumena incedunt: nec
pecuniam, quàm penuriam fucaciſsimo ſuo f
ciſsimoq; artificio apportant. Iam oppida aur
gentoq; repleuiſſent, ſi quid potuiſſent. Doct
Peripatetica quid poteſt tandem eſſe credibili
certius? Duo inueniri ſub terris halituum ge
vnum ſiccum lapidibus: alterum humidum
tallis conflandis idoneum: ſic tamen, vt ſ
quidam tenax tenui terræ admiſtus, cum v
exhalatione conſtringatur, qui calore frigore
duratus, pro copia humoris interioris maio
noreúe aut lapides, aut metalla reddat. S. O
foſsilium duas eſſe cauſſas efficientes anima
to, calorem & frigus: materiem, cum exhal
ſuccum illum glutinoſum terræ additum, q
lore initiò coagulatus temperatusq; à frigor
tem condenſatus, in alicuius metalli form
pretioſioris, ſeu vilioris, pro diuerſa ſucci h

riſúe temperatione effingitur. Quo enim fuerit humidius, & à terrena cõcretione magis liberum, quoq́ plus illius ſucci frigore alligati ſolidatiq́ cõplexum fuerit, eo purius euadet ac nobilius. Hinc aurum argentumq́ æri & ferro puritate antecellunt, quod minus terrenæ fæcis habent, quæ fæx ſanè ex rubigine metallorum cognoſcitur, cum aliud nihil ſit, quàm ſiccata terræ admiſtio. Ferrum humi defoſſum in terram conuerti compertum eſt, & ex glebis quibuſdam terrenis illud liquari videmus. Hinc item eſt, quod liquantur metalla, quia humore conſtant, minoreq́ negotio humidiora, vt aurum, argentum: maiore ſicciora, vt ferrum & æs. Eorundem ſplendor & color ab humoris temperamento & colore venit. Omnium natura frigida & humida potiſsimùm eſt, calore quidem tẽperatur, & ſiccitate cohæret. Sunt præterea ſolida, denſa, grauia metalla propter diuerſam humoris copiam, & humidiora ponderoſiora, vt aurum, argentum, plumbum, ſiccioribus ære & ferro. Ad metallorum effectionẽ loci & cæli requiritur moderatio, prætereaq́ terræ tepor & humor: ſiquidẽ non vbique, nec quouis loco aurum, non vbicunque ferrum naſcitur. Siticuloſa eſt Africa, quocirca quia deficit humor, rara ibi metalla. Aurum & argentum deſiderant regiones feruidas, cætera frigidas: illa etenim præter humorem calore in primis, hæc frigore abſoluuntur. A. An non videtur tibi, metalla ſic eſſe in fodinis, vt in arbore ſurculi aut rami, aut vt in radice ipſa arbor: hoc eſt foueri & ali à fodinis ipſis, ceu à radicibus quibus nitantur? S. Mihi omnino ita videtur. Species autem

facio ſeptem, aurum, argentum, æs, ſtannnum, fer-
rum, plumbum, orichalcum. A. Ego adiungo ar-
gentum viuum, chalybem, biſemutum, quod inter
plumbum & ſtannum intercedit, plumbo nobilius,
argento inferius, cinereum argentum appellant.
ſingulorum variæ ſunt naturæ atque ortus. S. S.
nè ſic eſt, & hæc declarauerit quiſpiam hunc
modum. Aurum plus humoris quàm terræ ſor-
tum eſt, & hanc flauentem, calorisq; poteſtate
modum compactam. Coaleſcit præſertim ca-
lidioribus locis, vbi humor eius percoctus deſi-
tur. Argento ineſt humor non adeo excalfa-
atq; ſincerus vt auro: & eſt frigidius, prouenitq;
cis alſioſis. Cum liquatur, nunquam non ali-
decedit, quod eſt impurioris naturæ quoddam
gumentum. Aes vulgò cuprum, quod eo Cy-
inſula abundet, terreno potius, quàm humido
litum: eſt enim tenuius, & obnoxium rubi-
dumq; coquitur, ſordes deſpumat. In montib
pidoſis, locis aridis & gelidis crebrius inuen
Stannum perfrigido, nec omnino decocto hu-
re cōflatur: metallum mollius, leuius, rarius. E
ditur è locis humentibus & frigidis. Britannia
narum huius generis maximè diues eſt. Ferr
partes terræ plures, humoris pauciores deſid
Amat loca ſaxoſa & frigida. Chalybs dici p
ferrum durius, ſeu denſius, propter humoris
perantiam decoctiorem. Optimè fit in æſtuo
gionibus. Plumbo conficiendo inſeruit hu
craſſus, impurus, malè decoctus: ideo liuet,
molle eſt & graue. Solo gaudet frigido & hu
ti. Formæ eius album, nigrum, cinericium, ſ

uid-

uidum. Album ſtanni implet officium. Orichalcum æri præſtat: & quia purius, idcirco nitidius. Durius etiam, quia decoctius. Argentum viuum, Græcis ὑδράργυρον, inconſtans, liquidum, graue, clarum, humidæ & aeriæ naturæ, ex humore aquoſo & glutinoſo, ſubtiliq́; ac pura terra conſit. Huius aliud natiuum ac foſsile, aliud facticium, quod alicubi è minio decocto exprimitur. A. Quia foſsilium meminiſti, & in iis numerantur lapides & gemmæ, dicam quid de horum effectione ſentiam. Materiam dico eſſe ſuccum humidum ac tenacem, ſponte lapideſcentem, & terram craſsiorem: efficientia calorem & frigus, per quæ ſuccus ille temporis longinquitate cum terra conglutinatur. A calore quidem humor percoquitur, à frigore condenſatus coaleſcit. His cauſſis communiter lapidum ortus conſtat. Diuerſitas autem temperamenti materiæ, copiæ, decocti, variam lapidum magnitudinem, qualitatem, perſpicuitatem, colorem, leuorem, mollitiem, duritiem parit. Iam verò terra vt foris tam admirabilem florum varietatem procreās, ſemetipſam pulcherrimè depingit atque exornat tot coloribus: ſic in viſceribus atque intimo ſinu ſuo gemmarum lapidumq́; coloribus, & multiplici in iis effigie maculiſq́; diuerſiſsimis videtur quodammodo oblectari & placere ſibi. Cernuntur enim in lapidibus ſimilitudines expreſſæ ſtellarū, liliorum, montium, conualliū arbuſcularum, nemorum, fluminū, quorundā piſcium, galli gallinacei, ſalamandræ, ſimiæ, iumentorū, ornamentorū equeſtrium, curriculorum, rotarū, oculorū, cordis, humanę faciei, immo

humanorum corporum. Habuit Pyrrhus Re
chatem, in quo cernere licebat nouem Muſas
decoratas inſignibus cum Apolline tenente ci
ram. Reperta dicitur patrum memoria in lap
figura virginis puerum inter brachia tenentis.
Reſtat tertium genus foſsilium, ſub quod cad
terrę quædã inſignes ac pretioſæ, mediæ forma
naturæ inter lapides ac metalla. Hæ neque me
la poſſunt fieri, quia non tantum humoris ſu
tit, & calor illis materiæq́; conueniens conc
deeſt: nec rurſus lapides, quia non ſatis haben
citatis & caloris, vt lapideſcant. Complura ha
veluti metalla funduntur, vt alumen, bitumen
phur, ſal, nitrum, vitrum. Aliæ quamuis, vt
des ſcilicet, liquari nequeant, lapidibus tamen
midiores ac molliores ſunt, vt miniũ, auripig
tum, ſandaraca, gypſum, chalcitis, &c. De his
perioribus Plinius, Theophraſtus, Georgius A
cola, & alij, quos aut legiſti, aut cum erit oti
ges. A. Feci id, & facio ſubſeciuis quibuſdam
culis: meminiq́; plurimas metallicæ vtilitat
iis proferri. S. Profer tu etiam. A. Prodeſt
dicis, cum medicamentorum copiam ad cu
vulnera, vlcera, peſtemq́; effundat. Quare ſi
terræ rimandæ cauſſam nullam haberemus, h
na medicina videlicet, ſufficere poterat, cum
nihil charius ſit hominibus, cui ſeruandæ tue
medicina inſeruit. Pictores inde pigmenta
ſcuntur, architecti marmora ad ornatum & fi
tatem ædium. Commodat iis, qui nomen ſu
poſteros prodere, & immortali florere glori
piunt. Metalla enim ad numiſmata, ad ſtatu-

alia monumenta valent, quibus æternitas quædam ineſt. Et cum moneta quam permutatio nobis ad res parandas ſit aptior, commodior quoque eſt mercatoribus. Vt aurifabrorum, argentariorum, ærariorum, plumbariorum, ferrariorum opera prætermittam, quis tandem artifex citra metalli vſum opus aliquod concinnum & elegans efficiat? Niſi enim adhibuerit inſtrumenta ærea aut ferrea, neque ligneum, neq; lapideum quidquam formabit. Nullo modo carere metallica poteſt humanum genus. S. At illis videri poteſt parum vtilis metallica, qui in eius ſtudio ſunt occupati: fortunas ſiquidem ſuas in ſpem incertam profundunt, exhauſtiq; ſumptibus vitam viuunt in paupertate & miſeria. A. Si de metallico qui ſit vſu peritus, & artis bene gnarus loquare, nihil dicis: ſi de imperito, quiq; citra delectum venas fodiat, non illas prius diligenter explorat ac tentat, ne nimis anguſtas & duras, laxas, aut putres fodiat, verum dicis. Sic agricolas terram ſiccam, denſam, macram arantes, eiq; ſemina committentes, certum eſt quæſtum tenuiorem excipere, quàm ſi pingue ac putre ſolum excolerent. Quia verò maior imperitorum in re metallica, quàm peritorum eſt numerus, ideo mirari non oportet, ſi plures damnum, pauciores lucrum faciant. S. Attamen hic quæſtus qualiſcunque eſt, non eſt ſtabilis, vt agriculturæ. A. Quomodo? Scimus argentaria metalla alicubi iam quadringentis annis durare, plumbaria ſexcentis, auri argentiq; ad octingentos. Et quanquam ſingularum fodinarum lucra ſtabilia eſſe nequeunt, nihilominus plurium ſtabilis eſt: nec

metallicus vni fodinæ deditus erit, ſed in plure
vel potius compluribus in plures ſumptum imp
det. Veruntamen fatebor, metallicum quæſtu
non æquè, vt agriculturæ permanentem eſſe, atq
continuum, quia venæ tandem deficiunt, ag
fruges quotannis efferunt. At inſtabilitatem
bertas compenſat & conſolatur. Quæſtus en
annuus plumbariæ, ſi cum fructibus annuis ag
quamuis fructuoſiſsimi comparetur, duplo aut
plo maior erit. Quanto plus argentariæ aurar
riæ, venæ per annum reddent? Relinquamus e
go colonis campos fæcundos, colles vbere gl
metallicis obſcuras valles, ſteriles montes tr
mus, vnde gemmas & metalla, non frugum d
taxat, ſed omnium venalium pretia effodi
S. Quid? nonne res eſt periculoſa metalla ſ
tari? Foſſores ſæpe hauſtu peſtilentis aeris a
mam deponunt: aliâs puluerem attrahentes,
pulmones exulcerantur, macie conficiuntur,
be pereunt. Nonnunquam ruinis ſepeliuntur
Interdū de ſcalis lapſi, crura, brachia, ceruices
minuunt. A. Grauia iſta confiteor, quæ ſi mul
ſæpe acciderent, ſi caueri non poſſent, metall
deſerendam putarem. Eueniunt autem rarò,
multis, & vitari cautione poſſunt. Lapſus e
quando faber materiarius è tecto, num ideo
fabrorum aſcendet? S. Quidquid tu de v
dicas, quam metallici capiant, ego aduerſus
tendam argumentis, & metalla, & gemmas,
hominibus afferre vtilitatem, immo verò in
moda potius. A. Argumentis? quibus tan
Fiat, ſi placet, velitatiuncula inter nos, rem
feſ

feſtam adducamus in controuerſiam, & vtrum die luceat diſputemus. Tu oſtende ingenium in re abſurda & incredibili. S. Immo valde credibili. Quæ vtilia & neceſſaria ſunt humano generi, ea benigniſsima parens, & altrix terra non ſolet abdere, à conſpectu remouere, in ſinu ſuo occultare: ſed vbertate magna profundere, largiriq́ꝫ, vt fœtus arborum, frumenta, legumina, herbas omne genus: at iſta foſsilia recondidit, ſtygiisq́ꝫ vmbris admouit, vt inquit Naſo: non ſunt igitur eruenda: qui eruunt, quos niſi ferreæ ætatis homines imitantur? à quibus itum eſt in viſcera terræ, & eorum opera prolatum è tenebris ferrum, aurum, quorum vtrumque multis modis nocentiſsimum experimur. Cum deinde altera pars noſtri ſit animus, altera corpus, vtri foſsilibus opus eſt? Mens quidem naturarum contemplatione, & optimarum artium perceptione, virtutisq́ꝫ doctrina viuit & paſcitur, corpus victum veſtitumq́ue (quibus duabus rebus indiget) cum ſumma varietate à terra & animantibus petit, à quibus præter pelles lanam quoque ad ſe tegendum ſumit. Foſsiones iſtæ metallicæ vaſtant agros, vineas & oliueta corrumpunt, ſyluas ſuccidunt, quandoquidem ad machinas, & ſubſtructiones, ad excoquenda metalla lignorum immenſæ ſtrues requiruntur. Sic beſtiis & volucribus ſua diuerſoria & latibula auferuntur, ipſæq́ue nobis. Præſtantiſsimi quique viri metalla deſpexerunt, aurum præcipuè, vt Bias, Ariſtippus, Socrates, Anacreon, Phocion, Curius, mille alij: nihil ergo habent cur expetantur. Quamuis longus

eſſe

eſſe poſſem, ſi contra aurum argentumq́ de
vellem? Quæ enim peſtis hominum vitæ ab
duobus non eſt importata? Quanta in ipſos
pernicies? Nonne, vt eſt apud Catullum, ex
memus meritò:

*Iupiter vt χαλύβων omne genus pereat,*
*Et qui principiò ſub terra quærere venas*
*Inſtitit, ac ferri frangere duritiem?*

Inde namq́ gladij, pila, haſtæ, conti, ſagittæ, pe
veniunt vulnera, perpetrantur cædes, exerce
latrocinia, geruntur atrociſsima bella. Ferro
quit Plinius, vtimur non cominus ſolùm, ſed e
miſsili volucriq́, non tormentis excuſſo, nun
certis, nunc verò pennato, quam ſceleratiſſim
humani ingenij fraudem arbitror. Siquidem
ocyus mors perueniret ad hominem, alitem i
fecimus, pennasq́ ferro dedimus. Sed miſsi
ſagittæ vnum corpus necant, illi globi ferrei e
mentis bellicis emiſsi non modo per multa
corpora cum eorum interitu feruntur: ſed
mora etiam perrumpunt, turres, ac mœnia
ſternunt. Quid dicā de glandibus plumbeis
de variis variorum ſuppliciorum inſtrume
quæ omnia ex ære, plumbo, ferro confici
His etiam innocentes excarnificantur, occi
turq́. Cùm ergo oſtenderim quàm breui
naturā in ſecretiſsimis receſsibus metalla ab
ſiſſe, iis vitam humanam aut egere, eorum
agros ſyluasq́ perdi, ab optimo quoque con
pta ſemper eſſe, multa & grauia mala ſecum
here, efficitur hanc artem, quæ metallica d
vt pernicioſam ſcilicet hominibus, nō ſectan

ſed aduerſandam eſſe. A. Vide Sophiane, ne vituperatione iſta metallorum Deum ipſum criminari putere, vt qui res quaſdã fruſtra procreauerit, immo in quibuſdam ſeſe maximorum auctorem malorum præbuerit, ſi quidem illis non niſi malè vti liceat. Non ideo illa gremio ſuo tellus obtexit, ſeu in intimum terræ ſinum natura abdidit, ne ab hominibus tanquam vtilia effoderentur, verùm cuique ſuum locum deſcripſit, & ea in venis commiſſuriſq; ſaxorum, tanquam in ſuis vaſis receptaculiſq; gigni voluit. Hæc illorum propria & ſtabilis eſt ſedes, terræ viſcera. Quod ſi idcircò eruenda non ſunt, quia ibi vt in proprio loco occultantur: ne piſces capiamus ſub aquis latentes in patria ſua: & ſi indecorum eſt nobis, ſcrutari terræ viſcera, ne ſit etiam fas pernauigare maria, quia nos terrena ſumus animalia. Deinde ſine vſu metallorum ea quæ ad cultum victumq; ſunt neceſſaria, parare qui tandem poſſumus? Res ruſtica ingentem copiam ad corpus alendum ſuppeditat. Quis autem in ea labor ſine inſtrumentis abſoluitur? quæ porrò inſtrumenta durabilia, aut ſatis apta ſine ferro? Nolo hîc commemorare ſingula. Neque ipſa penitus lignea vaſa aut inſtrumenta, neque villa cella, aut villæ pars citra ferrum fabricata eſt. Num etiam ſine ſecuribus, cultris aut lanius, aut cocus ſuo officio fungatur? Quid ahena, verua, culinæ denique ſupellectilem tibi deſcribam? Ollæ fictiles ſine inſtrumentis à figulo factę non ſunt, nec ipſa inſtrumenta ſine ferro. Præterea victum dant homini venatio, aucupium, piſcatus. Atqui ceruum retibus implicitũ venator venabulo tranſfigit,

ſigit, currentem ſagitta, aut globulo plumb traiicit: quibus duobus etiam aucupes vtun vt de aliis inſtrumentis taceamus. Piſcator h mum ferreum capiendis piſcibus proiicit, & v riculo plumbeas, aut ferreas maſſulas appen captos piſces mox culteris ſecuribúſue in fruſta cat, aut exenterat. Ad conficiendas veſtes ſim ter ferrum requiri omnes vident. Aedificia corpus defendunt à cæli iniuriis, numquid ſine curi, ſerra, terebro, malleo extruuntur? Niſi talla eſſent, ad glandes rediremus, herbas & dices vnguibus velleremus, ſpeluncas man effoderemus. Quod ad tertium argumentum um attinet, metallici plerunque fodiunt mon ſteriles, valles tenebroſas, ideo agris nihil noc Vbi autem ſyluæ & nemora ſucciduntur, ra dicibus extirpatis frumentis ſatio conceditur, que ita noui agri ſpatio breui tam læto pro tu colonis reſpondent, vt damna lignis cam mendis rependant accolis. Metallis deniq; in volucres, ac belluę ad eſum idoneæ comparan ſunt. Philoſophi, aliiq; clari viri laudãdi ſunt, q virtutem diuitiis longè prætulerunt: contem di, quod aurum omnino tanquam remin abiecerunt. Certè ille ipſe Ariſtippus neceſſ habuiſſet propter egeſtatem adulari Dionyſ ranno: nec fuiſſet nominatus regius canis, ſi ſum vitæ neceſſarium ſibi aurum ſuum ſeru Nullam partem mentis habet, qui aurum a virtutibus anteponit: ſed æquè inſanit, qui au atque opes à ſe proiicit, cum illis bene ac ſine c re, quin etiam cum laude vti negatum no

Spreuerunt alij quoque rem familiarem, quod eius cura animorum contemplationi obſtaret: num ideo nos ſimiliter eam negligemus? Complures eruditiſsimi rem habuerunt, nec ideo in ſtudiis ſuis præpediti ſunt, quia vti re ſua non neſciebant. Vt ad extremum reſpondeam: ſi ideo res in malis ac reprehendendis eſt, quoniam ad malum occaſio quædam eſt, nihil dicamus bonum, omnia vocemus peſtes, eaq́ue vt exitia vitæ noſtræ fugiamus. Alicuius viatoris generoſum equum latrones, aut ornamenta veſtium adamauerunt, atque idcirco eum ſpoliarunt, aut etiam ſpoliatum occiderunt: ne igitur faciamus iter equo, ne induamus veſtes elegantes, nudi incedamus. Non ita, ſed caueamus nos quidem à latronibus, furibus, ſicariis quantum poſſumus: magiſtratus autem tales comprehendere, & è medio tollere ſtudeat. Nec aurum, ſed auri immodeſta cupiditas & auaritia belli incendia ſuſcitat: quemadmodum ſi tyrannus quiſpiam, inſaniens amore virginis formoſæ, qua aliter potiri non daretur, oppidum obſideret, ciues bello & fame vexaret, non ipſa puellæ eximia ſpecies pulchritudinis: ſed illius belluæ importuna & impura libido horum malorum cauſſa meritò diceretur. Sic omnia alia ſcelera, quæ auri adipiſcendi perpetrantur, à corruptis hominum peruerſisq́ue voluntatibus oriuntur. Quod ſi ferrum & plumbum non erunt, homines ira & immanitate ſtimulati, tanquam beſtiæ truculentæ in ſe mutuò pugnis, calcibus, dentibus, vnguibus, toto corpore graſſabuntur, ad fuſtes lapidesq́ue confugient. Quid? an ſolo ferro hominem homo interimit? non etiam veneno? non fame? non ſiti?

nonne

nonne alij ſtrangulantur, alij aquis ſubmergun-tur, alij in crucem aguntur, alij in rogum dantur: nonne mille formæ letho quemcunque affici-di? cur igitur ferrum inſectaris? Denique vt fi-nem faciam, mala omnia quibus inter ſe affligunt homines, vnum habent fontem, vitioſitatem. H… aufer, & eradica, mox viuemus vitam iucundam & tranquillam: nec plus metalla, quàm vinum … bur, formam, ingenium, eloquentiam culpa-mus, quibus tam boni bene, quàm mali malè v… tur: & tamen vſus malus non illa quoque mal… ficit. S. Sic vtique res eſt, & cum aliquid hor… quæ tu nominaſti, à ſcriptoribus vituperatur, … ipſum, ſed ipſo abutentium ſcelus iuſta crimi… tione verberatur. Illud demum verè malum … quo vti bene, ſi velit, nemo poteſt.

---

## ANNOTATIONES.

FOSSILIA) *Plin. lib. 33. proœmio.* Tellure… *tus inquirit cura multiplici modo: quippe alibi … tiis foditur, quærente vita aurum, argentum, elec… æs: alibi deliciis gemmas, & parietum digitorum… menta: alibi temeritati ferrum, auro etiam grati… bella cædesq́; Perſequimur omnes eius fibras, vi… ſuper excauatam &c.* Cic. 2. de nat. deor. *N… tantum ſupra terrã, ſed etiam in intimis eius tenebr… rimarum rerum latet vtilitas, quæ ad vſum hominum … ta, ab hominibus ſolis inuenitur.* SI MINVS MISE… MI) *Immo enimuero miſerrimi.* Cic. eod. lib. …

*quid eſt aſſecutus, cum omnes ſtulti ſine dubio ſint miſerrimi: maximè quòd ſtulti ſunt: miſerius enim ſtultitia quid poſſumus dicere?* QVOS ERVDITIORES VOCANT CHEMICOS) *Artem mutandorum metallorum Græci nominant χημίαν, à fundendo, auri autem faciendi χρυσοποιΐαν, ipſos metallarios χημικὸς, & auri artifices χρυσοποιὸς. Quin à præcipuo genere tota eorum ars Chryſopœa dici poteſt, & illi Chryſopœi. Arabes Alchimiam, magiſtros Alchimiſtas appellant: vbi quidam τὸ al, eſſe aiunt articulum tantum.* HI DE METALLORVM) *Metallum dictum græcè ἀπὸ τοῦ μεταλλᾷν, quod natura eius ea ſit, vt vbi vna vena apparuerit, ibi ſpes ſit alterius inquirendæ. Plin. lib. 33. cap. 6. de argenti metallis in Hiſpania ſic ait. Et vbicunque vna inuenta vena eſt, non procul inuenitur alia. Hoc quidem & in omni ferè materia. Vnde μέταλλα Græci videntur dixiſſe. Euſtathius deriuat quidem à μετὰ & ἄλλος: ſed affert rationem aliam, nempe, διὰ τὸ μετὰ ἄλλα πάντα ἐπινοηθῆναι, quod poſt alia omnia ſint cognita. Cum voci μέταλλον, aut metallum patrius caſus adiungitur, non tam id ſignificat, quod è terra effoditur, quàm etiam venas è quibus eruitur, ſeu loca ipſa, in quibus reperitur. Sic Etymologiſtes dicit μέταλλον eſſe τὸν τόπον ἐν ᾧ χρυσὸς τίκτεται. Sic Plin. lib. 33. dicit metalla miniaria, plumbaria, argentaria. Lucanus, aurifera metalla. Suidas in μεταλλεῖς. μέταλλον ὀρύγμα χρυσοῦ ἢ ἀργύρου ἢ σιδήρου. Et Callias Comicus dixit μετάλλου στόμα. Plura linguæ græcæ Theſaur.*

SPECIES AVTEM FACIO SEPTEM) *Et multò pl*
*metallorum genera, & ea ſtellarum influxibus, ſiu*
*netarum efficientia (quos nonnulli Chemiſtæ, tanq*
*fugitiuos ac reos ad metalla damnarunt) minime*
*creari oſtendit Brodæus lib. 6. cap. 23.* ORICHALC
*Latini ſcribebant aurichalcum, quod ex auro & aer*
*poni arbitrabantur, addita Cadmea terra, ſiue qu*
*lorem haberet aureum. Sed ratio vincit ſine diph*
*go ſcribendum, cum vocali o breui: ſic enim dicitu*
*in montuoſis locis inuenitur, Græci* ὀρέιχαλκον. *C*
*bant autem olim ſerui orichalco, ſicut liberi auro a*
*gento, quod ex Curcul. Plauti cognoſcitur. Fuiſſe*
*gno pretio ex Milite glorioſ. eiuſdem intelligas. Eg*
*mores orichalco comparem.*

# PROGYMNASM
## SEXTVMDECIMVM.
## *Quatuor mundi plagæ, &*
## *poſitus.*

*PARTHENIVS, SYLVINVS.*

PARTHENIVS. Quid legit tam conten
minibus Syluinus. S. Quid legam? Ca
de Domini funere rapta ſui. Metamor
Ouidij. legere ſum ingreſſus. Dignam vtiq
meliore: vt nimirum quemadmodum paren
nec iniuria, volebat, emendata abſolutaq p

mintum manus iret. Sed, heu exiliū in quod miſerū Cęſaris ira tradebat, & trudebat, quę illi mors quędam fuit, optimè cogitata impediuit. Quare monumentum hoc ſuum nondū condigna induſtria elaboratū flammis aboleuit quidem ipſe (id quod de ſua Æneide ſimili ratione commotus teſtamento præceperat Virgilius) ſed fruſtra fuit: ab amicis enim iam deſcriptum tenebatur. P. Tantum nefas vtrumq; poëtam conſciſcere non reformidaſſe? quam diuitem gazam egentiſsimis nobis Vulcanus præripuiſſet, niſi Deus ille noluiſſet? S. Vt eruditè, vt partitè, vt enucleatè, vt feſtiuè molitionem mundi, ornatumq; perſequitur? prorſus vt hiſtoriam ſacrarum originum, ſiue geneſeos videatur cognouiſſe. P. Non tamen ille primus huiuſcemodi metamorphoſeωn cantor. S. Credibile. Scitum verò quod ait, ideo non paſsim habendum aera ventis conceſſum, ne, vt Maronis verba ſunt, maria ac terras, cælumq; profundum rapidi ſecum ferant verrantque per auras. Nam vel nunc eorum furori impotentiſsimo vix obſiſti, cum intra ſuum quiſque regnum ſpirare cogatur, quin mundum lanient: tanta eſt diſcordia fratrum. Subiicitur deinde cuiuſque regnum. P. Lege verſus.

S. *Eurus ad auroram Nabathæaq; regna receſsit,*
*Perſidaq; & radiis iuga ſubdita matutinis.*
*Veſper, & occiduo quæ littora ſole tepeſcunt,*
*Proxima ſunt Zephyro: Scythiam ſeptemq; triones*
*Horrifer inuaſit Boreas: contraria tellus*
*Nubibus aſsiduis, pluuioq; madeſcit ab Auſtro.*

P. Quatuor ventos primores nominauit, qui cardinales à quibuſdam, quod à cardinibus ruant. Illi

ſunt oriens, occidens, ſeptentrio, meridies. Pri res à ſolis ortu occaſuq́; dicuntur. Septentrion cælum eſt, quod inter polum arcticum & æqui ctialem circulum interiicitur. Quod autem in eundem æquinoctialem, & polum antarctic quem ſub pedibus noſtris Styx atra videt, man profundi, eſt interpoſitum, meridionale voca Eadem nomina ſuppoſitis terræ partibus tribu tur. Verùm iſta olearijs, & olitoribus perſpe ſima. Illud non æquè notum cuilibet, quod ſcribit, cum de quinque Zonis agit. Duas Z cælum dextra, totidem ſiniſtra parte ſecare. H igitur cælum, ſeu mundus vniuerſus ſuas p eorumq́; poſitum ac ſitum. Si dextras & ſin quid ni etiam anteriores & poſteriores, ſuper inferas? S. De hoc negotio reſpondere ſ tibi nequeam, atque vt tu me de illo erudia nam ea gratia te reor quæſiuiſſe. P. Haber quanquam haud natura ſua, ſed tantum com tione noſtri, aut iudicio hominum: de quib eadem mens omnibus. Tres enim celebrio untur ſententiæ, vt poetas taceamus, qui te miſphærium ab æquatore ad Aquilonem n nant dextrum, alterum ſiniſtrum. Cleom mum mundi ait eſſe medium illius: nam in do medium eſt infimum, rotundus autem dus. Supremum quod vndique medio inc Antica quæ ad ſolem occaſum vergunt, ſe occiduas, quo tendit motus. Poſtica quæ entem ſpectant, vnde moles ætherea in oc tem incipit conuerſari. Ex qua opinione namur dextras ſeptentrioni, ſiniſtras meridi

cedendas, & caput locari in arctico, pedes in antarctico. Varro ſiniſtra in oriente conſtituit, & dextra in occaſu, antica ad meridiem, poſtica ad ſeptentrionem. Ariſtoteles dextras verſus orientem, quoniam ibi motus oriatur, ſiniſtras ad partem occiduam eſſe confirmat. Atque hic poſitus contrarius eſt illi, quem Varro adducit. Cum itaque dextra mundi pars ſit oriens, eam eſſe præcipuam concluditur: vel ideo potius dextræ partes orienti tribuuntur, quia id latus mundi nobiliſsimum. Maior ibi ſolis efficientia, potentiorq́; & illuſtrior virtus. Hinc adeo multa in illis regionibus orientis naſcuntur, quæ aut nuſquam præterea, aut rarius alibi, aut non æquè excellenter, vt aromata, gemmæ, aurum & metalla, belluæ item, vt elephanti, leones, tygres, & aliæ nobiles, vſibuſque humanis percommodæ. Ibi fontes ſaluberrimis aquis, fluminum & ad piſces generandos, ad terras grauidandas mira fæcunditas. Singularis è montibus, nemoribus, fluuiis, fontibus, mariq́; proueniens amœnitas. Rerum ad eſcam potumq́; requiſitarum vbertas, cælum moderatiſsimum, homines longæui. Nec fruſtra in diuinis libris terra lacte & melle manãs deſcribitur: quibus verbis quanquam paucis, omnis eius, & præclara fælicitas indicatur. Reperiuntur item ingenio valentiores, & generoſiores ibi homines. At qui plagam Auſtralem habitãt, timidi & effæminati, ingeniisq́; ſeruilibus produntur eſſe: vt qui Aquilonalem, loca inquam frigida, cùm candidis ſunt corporibus, tum audacibus animis. Attamen in controuerſia ponendum non eſt, regiones veſpertinas, in quibus Italia, Fran-

cia, Hiſpania, Germania, multis viciſsim rebu[s] las orientales ſuperare, & illarum etiam qu[æ] dentur bona, mediocriter poſsidere. Victus in hiſce noſtris conuenientior & præſtabilior, [c] lium inſtitutorum, legum, conſuetudinum, [m] rum ac vitæ dignitas, æquitas, integritas & hone[ſtas] amplior, rerum ordo inſignior, prudentia cla[rior] virtus illuſtrior, & quod caput eſt, Dei cultu[s] cerior & auguſtior, omninoq; plura in his, qu[am] illis laudibilia. S. Eadem pæne mihi ſæpius de [oc]cidente cogitanti viſa. Et tu quod ſummatim [con]fuſeq; ſolebat occurrere, ſigillatim nunc explic[as] & quaſi implicatiorem notionem meam euol[uis]. Quæ autem de orbe occiduo narraſti, eadem ad Europam quoque, vt illa quæ de oriente, a[d A]ſiam extollendam adhibuerit.

## ANNOTATIONES

CARMINA DE DOMINI) *Adſcribam eiuſ[dem] de re verſus ex 3. Triſt. eleg. 14.*

*Sunt quoq; mutata ter quinq; volumina form[æ],*
*Carmina de Domini funere rapta ſui.*
*Illud opus potuit, ſi non prius ipſe periſſem,*
*Certius à ſumma nomen habere manu.*
*Nunc incorrectum populi peruenit in ora:*
*In populi quidquam ſi tamen ore meum e[ſt].*

*Præclarum opus vocat Lactant. lib. 1. cap. 5. & in[...] pæne infinita, quæ aliàs viri ingenio nunquam [...] fici poſsint, non falsò affirmat, Scaliger poëtic[...] Sanè eruditionis poëticæ theſaurus nominari p[...]*

*iniuriæ.* TESTAMENTO PRÆCEPERAT VIRGILIVS) *Extat ſuper ea re feſtiuum & rotundum epigramma Sulpicij: in quo ſimul nominantur, quibus Aeneidem conſeruatam debemus.*

*Iuſſerat hæc rapidis aboleri carmina flammis*
*Virgilius Phrygium quæ cecinere ducem.*
*Tucca vetat, Variusq; ſimul, tuq; optimè Cæſar*
*Non ſinis, & Latiæ conſulis hiſtoriæ.*
*Infelix alio cecidit prope Pergamus igni,*
*Et pæne eſt alio Troia cremata rogo.*

DEVS ILLE NOLVISSET) *Cum nomine Iouis antiqui crebrò iungebant prouocabulum ille, quod vel demonſtrãdo faciebant, manum videlicet in cælum tollentes, & tanquam illic Iouem oſtentantes, vel ita potentiam eius ſummam, ſeu præpotens eius nomen indicabant. Plaut. & Terentius exemplis referti ſunt. Virgil. Æneid. 7. ſic Iupiter ille monebat.* NON TAMEN ILLE PRIMVS) *Ante enim Parthenius Chius in eodem ſtadio cucurrerat, & forſitan ſimiliter à prima mundi infantia ad ſua tempora perpetuum carmen deduxerat, quem Naſo auctorem eſt ſecutus, vt item alios nonnullos, ſi qui idem argumentum tractauerunt. Multa præterea ex vetuſtis Tragicis Græcis & Latinis hauſit, quod facilè iis perſuadebimus, qui vel reliquias ſcriptorum illorum lectitarunt.* QVI TOTVM HEMISPHÆRIVM) *Itaq; Lucanus Arabum, qui auxilio venerunt Pompeio, vmbras auſtrinas in arctoas ſiue noſtras repentè mutatas eſſe memorat:*

*Ignotum vobis Arabes veniſtis in orbem,*
*Vmbras mirati nemorum non ire ſiniſtras.*

*Hos enim prius quàm egreſſi erant torridam zonam, vm-bræ ſequebantur: poſt egreſſum præcedebant.* ATQ. PLAGAM AVSTRALEM) *Quamobrem timidi ſint, qui ad Auſtrum, audaces qui ad Aquilonem incolunt cauſam adducit Rhodigin. lib. 18. cap. 20.*

# PROGYMNASMA
## SEPTIMVMDECIMVM.

## *Quadripartita tempeſtatum anni commutatio, ſiue Trimeſtria.*

*CANIDIVS, THYRSVS, PICTOR.*

CANIDIVS. Aduenio ad te interuiſum, Th... ſe, quid agas, & ſit ne apud te vt volumus, ... offenſio aliqua valetudinis te quoq; vt q... dam ciuium noſtrorum per dies præteritos c... ſpiratione tam graui, ac tantum non peſtifera p... lico arcuerit. T. Conſtat etiamnum valetud... & bellè mihi adhuc fuit: quare hoc metu ſis e... & quam pro me curam geris deponas. Quid a... vix ipſemet vel ſatis ſcio, vel dicere audeo. C... tij ergo tui rationé nó eſt vt poſsis reddere. T. ... ſim certè qualem qualem: nec vereor magnop... ne lege Draconis in me agatur, luamq; pœna ... pite. Ego vir conſularis, & in hac Repub. p...

princeps, cum Scipione & Lælio incredibiliter repueraſcentibus, ad Caietam & Lucrinum conchas & vmbilicos legi. C. Quomodo iſtuc ? T. Ad poëtas legendos reguſtandosq́; me retuli, eos, quos ob ſermonis præſertim vberem, & nitidam ſupellectilem prope edidiceram in adoleſcentia. Me mactum grauitate, ſcilicet. Et nunc inambulans (ecce vt vna leuitas mater eſt alterius) pictorem iuſsi arceſſere, qui hanc mihi porticum egregiis imaginibus locupletet. C. Nihil præpoſterum, recreari picturis, quem poëmata tenent, quorum lectio animi quidem certè leuandi laxandiq́; etiam non eſt ſapienti auerſanda. Quin narratur & priſci Catonis ſæpe mero caluiſſe virtus. Nec aliubi aut plura, aut illuſtriora, aut iucundiora pictoribus quam à poëtis argumenta monſtrantur. T. Ab iis potiſsimùm qui quaſi hiſtoriam condiderunt: ab Epicis inquam, & in primis ab Homero & Virgilio, quos cætera turba longiſsimo interuallo ſequitur & ſequetur. Fuit cum vehementer optarem, conceptas è verſibus horum amborum picturas complures in eorum libros addi: ſed eas venuſtas, antiquitate, pro ea, quæ de ipſa habetur notitia, conſeruata: vt quemadmodum à carminibus leporem acciperent, ſic iis ipſæ viciſsim quandam perlecebram ſuauitatemq́; adiungerent. Quàm mouemur, cum in extrema Iliade Hectorem biiugo curru ab Achille ter circum mœnia tractum, è muro ſpectantibus & collacrymantibus Troianis legimus ? Non paulo tamen maior motus nobis miſceretur, ſi hoc idem etiam pictum intueremur: irritant quippe acrius animum, quæ oculis tradun-

tur, quàm quæ auribus. C. Quin tu igitur ex pa-
tis iubes pingi quippiam? T. Pingetur. C. Hem
hominem, adeſt. P. Salutem propitiam ambob
T. Tantundem tibi. Faxo magiſter, grandem in
pecuniam reportes, ſi, quas imperauero imagi-
in hoc pariete tam longo quàm ſcitiſsimè pinxe
P. Addico operam, promitto diligentiam, inte
ingenium, ſuppeditabo artificium. Numquid er
amplius? T. Nihil. P. Quid pingendum loca?
Varia & compluſcula locabo, de quibus agem
& decidemus inter nos aliâs. Nunc in iſto ſpa
velim quatuor anni temporum ſpeciem imit
eo habitu & figura, qua ſolent à poëtis deſc
Si neſcis, aut ſi oblitus es, narro tibi. De pa
gis admonere te ſuperuacaneum ſit. P. Tam
manet memoria, & hæc ipſa tempora penicillo
preſsi apud alios, tuam nihilominus deſcrip
nem audire percupiens ſum: vt ſi quid poſte
probaueris, tute in mea culpa tibi ignoſcas. T. N
Iam hîc culpam pertimeſce: tantum facito, vt
miſſa repræſententur ſeruenturq́; fideliter. P. S
uabuntur verò, ita me ſeruet ſalus. T. Quid
tis opus eſt onerare aures tuas tanti artificis? Co
prehendam picturas ſingulas duobus verſibu

VERIS.

*Fronte comans, nudoq́; genu, pharetraq́; decu*
*Procinctuq́; agilis Iuuenis, niſoq́; ſuperbus.*

AESTATIS.

*Spicea ſerta gerens Aeſtas nuda aſtat, adulti*
*Ora viri referens, grauidas tondentis ariſta*

AVTVMNI.

*At tu pampineis redimite Autumne racemis,*
*Fœcundoq; ſuper rerum ditiſsime cornu.*

HYEMIS.

*Effœtum depinge ſenem, cui plurima mento,*
*Canicies inculta, & amictum pellibus artus.*

P. Percepi mentem tuam, perendie dabitur initium operi. Interea colores curabo. T. Bene, placet. P. Valete. T. Etiam tu vale. Sed heus. P. Quid me vis? T. Appingi cuique volo ſuum ſymbolum. P. Non tam nota ſunt mihi cuiuſque ſymbola. T. Dicam. Veris, ciſta florum: tunc enim tempora ſe florentia pandunt. Cantatur item à Græcis Latinisq; poëtis Briareus centimanus: hoc vernam tempeſtatem oſtendunt, ob herbarum, florum, frondiúmq; copiam, quam affluentiſsimè ſumminiſtrat. Eiuſdem indices pręterea ſunt hirundo & ciconia. At quoniam vna hirundo non facit ver, tu hirundines appingito, & quaſdam quidem celſa ſub trabe nidos fingentes, alias opere ſolutas per aera diuagantes. Inſuper cuculum volo pingas. P. Quidquid præcipies. Iam dic Æſtatis ſymbola. T. Corbis meſſoria ſpicis plena, ſeu cum erecto manipulo triticeo: nam tunc ad ſegetes metendas agricolæ incumbunt. P. Aliud ne? T. Aliud. Fœta ſus ſeu ſcropha, eáq; agreſtis, cum catulis ſuis. P. Memini. Autumni verò? T. Cornucopiæ pomis & vuis refertum eius ſignum eſt: ſiquidem tum pleno cornu fructus videntur effundi. Cæterùm quia pulchrũ eſt illũ hoc cornu geſtare brachio dextro,

infra illum ad latus pinges torcular, & in eo calca-
tem vuas, & fluentia muſta ſubpedibus in lacum.
Aptum & hoc inſigne. T. Hyemis perſonam g-
rit aper. Nam eſt ipſe quoque hiſpidus, aſper, ho-
ridus, & humidis, cænoſis, ac pruinoſis delecta-
locis: ſicut hyemis facies hiſpida, aſpera, horrid-
humoris, luti, pruinarum plena. Cornix etiam t-
hyemis admonet, propter crebritatem pluuiarum
quæ hybernis menſibus cadunt: pluuię autem co-
nix nuntia.

*Tum cornix plena pluuiam Vocat improba Voce,*
*Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena.*

Addes tertium. Focum, & iuxta hunc menſ-
hilariter conuiuantium. Libet enim tum mort-
libus in illa quiete & otio poſt conſumptos lab-
res, laborumq́ꝫ aceruatos fructus, ſęuienti forin-
ſecus, niuibus & pluuiis frequentibus, domi ge-
multa bona facere, id quod feſtiuè in 1. Geor-
Virgilius.

*Nudus ara, ſere nudus, hyems ignaua colono.*
*Frigoribus parto agricolæ plerunqꝫ fruuntur,*
*Mutuaq́ꝫ inter ſe læti conuiuia curant,*
*Inuitat genialis hyems, curasq́ꝫ reſoluit:*
*Ceu preſſæ cum iam portum tetigere carinæ,*
*Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas.*

P. Hæc omnia tibi arte magiſtra pulchrè expri-
tur. Te valere iterum iubeo. T. Beatè ſit tibi. Q-
Canidi? quid ais? bellúmne oculis morandis-
ditamur ſpectaculum? C. Oppidò. Occurri-
mihi, cum verſiculos ederes, quibus picturam-
niuſcuiuſq́ꝫ temporis comprehendebas, Pythag-
rea comparatio, qua ætatis humanæ gradus qu-
tuor cum illa quadruplici totius anni viciſſ-

dine conferuntur. Memoriæ infixi verba græca. αἱ δὲ ἡλικίαι πρὸς τὰς συμμετρίας ὧδε σύμμελοι. παῖς ἔαρ. νεανίσκος, θέρος. νεηνίης, φθινόπωρον. γέρων, χειμών. Quatuor ętates proportione temporibus ſic reſpōdent. Puer ver, adoleſcens æſtas, iuuenis autumnus, ſenex hyems. Quamobrem vt hoſce gradus per hæc, ſic viciſsim hæc per illos ſignificari non eſt ineptum. Manda ergo etiam hæc addi ſymbola: vt ſit cum Vere puer, cum Aeſtate adoleſcens (nam iſtam facie virili, & ornatu meſſorio pingi iuſsiſti) cum Autumno vir. Hyems alio ſene appicto non indiget, cum ipſa per ſenis imaginem reddatur. T. Permittam hæc pictoris arbitratui. Conuenit igitur, ſi obſeruaſti, his quatuor temporibus, quod vnumquodque ſua pictura comitatur: quod habet ſua inſignia: quod ætatis ordinem gradúmue ſignificat. Sunt autem plura communia. Quodlibet elemento vni, & conſtitutioni etiam vni humanorū corporum ſimile eſt quodammodo. C. Hanc ſimilitudinem aperi quęſo. T. Ver calidum eſt & humidum, ex quo illi conuenientia cum aere, & ſanguinea. C. Ita eſt ſanè. T. Aeſtatis ſunt calor & ſiccitas: accedit ergo ad naturam ignis, & cholericam, quæ quidem calida eſt & ſicca. Autumnus frigidus & ſiccus: ſimilis igitur terræ & melancholicis: nam melancholia frigida & ſicca conſtitutio. Hyems poſtremò frigida ſentitur & humida: & aqua his prædita eſt qualitatibus, & phlegmatici. C. Perita collatio. T. Cum iiſdem conferuntur quatuor tempora diei naturalis, qui vno ſolis circumactu, & 24. horarum ſpatiis definitur. Matutina pars imaginem ha-

bet

bet Veris, meridies Æſtatis, veſper Autumni, no
Hyemis. Adhuc illud commune eſt omnium, quod
tres menſes complent, de quibus inueni ſingul
verſiculos.

*Martius, Aprilis, Maius ſunt tempora Veris.*
*Iunius, Auguſtus, nec non & Iulius Aeſtas.*
*Septembri, Octobri Autumnus totuq; Nouembri.*
*Brumalis Ianus, Februarius, atque December.*

Singulis item cæli partibus comparantur & adſc
buntur. Ver orienti, quoniam per illud è te
omnia oriuntur. Æſtas meridiei: vt enim p
illa eſt æſtuoſior, ſic æſtas calidiſsima. Hyem
Septentrioni, quæ pars riget æterno frigore,
gelu eſt informis. Autumnus occidenti pr
pter morbos, quibus eſt fæcundus, quóſque v
tæ occaſus ſequitur: morbus etenim nuntius
mortis plerunque. Iam hîc mihi Dei prouid
tiam perpende. Noluit in duo duntaxat temp
annum diuidere, in æſtatem & hyemem, n
ab extremis ad extrema nos cum pernicie m
ſire: itaque ver & autumnum intermiſcuit, q
rum temporum eſt quoddam temperament
vt per vnum diſceremus ferre futuram æſta
per alterum tolerare ſecuturam hyemem: ne
ſtatim ſummus calor ſummum frigus, neque
modicos calores immodica frigora exciper
Quod verò ex his quatuor gratiſsimum ſit m
talibus, quid eſt quod rem ambiguam facere p
ſit? Teſtis locuples parœmia, qua vtimur, c
è re ſeu negotio quippiam eximium præcipu
auferri indicamus: Ver ex anno tollere. A
ergo pars optima & pulcherrima Ver. Quod
ve

verbis Gelo Syracuſanus confirmauit, à quo cum Græci per legatos ſocietatem, & auxilium contra Xerxem orarent, ea conditione promiſit, ſi ſe vel maritimarum rerum, vel terreſtrium copiarum imperatorem renuntiarent. Cum aliter viſum eſſet Græcis, iuſsit confeſtim diſcedere legatos, & dicere ſuis, ὅτι ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸ ἔαρ αὐτοῖς ἐξήρηται. Ver Græcis ex anno ſublatum. Perſuaſum illis cupiebat, exercitum ſuum florem ac robur fore Græciæ. Quo ſi carerent, eo vtiq; carituros, quod eſſet potiſsimum. Pericles item in epitaphio, iuuentutem è Repub. periiſſe affirmauit, perinde ac ſi Ver ex anno demeretur. Venuſinus item vates Auguſtum ad reditum cohortans præter alia ſic ait.

*Lucem redde tuæ dux bone patriæ.*
*Inſtar Veris enim vultus vbi tuus*
*Affulſit populo, gratior it dies*
*Et ſoles melius nitent.*

Hoc tempus, quia moderato calore humoreq; miſcetur, producendis ſtirpibus, generandis animantibus, alendis, fouendis, conſeruandis rebus omnibus, præcipueq; viuentibus eſt mirificè opportunum: quo quidem viget aſtrum arietis, aſtrum propitium, beneficum, fæcundum, naſcentibus rebus amicum & commodum. Tum omniferos ſinus benigniſsima parens tellus recludit, herbarúmq; vireſcentiũ, & bene olentium multitudines expromit, prata florum copia condecorantur, arbores nouis ſe frondibus induunt, pulſis frigoribus auræ tepent, putantur vites, nouæ ſeruntur, veteres germinãt, redit florida vis animorũ, & amœni

ni gratia ruris, vbera tumentia pecudes dom referunt, implentur mulctræ humore lacteo, p turit omnis ager, reuiuiſcunt & rident omnia. ta texunt virgines, ducuntur chori imminente na, lætantur renaſcente mundo mundana vni ſa. Audi Maronem Veris præconem eloque ſimum, cuius ſcriptis ex infinita rerum recond rum artiumq; magnarum cognitione redund tibus & efflorescentibus, atque omni laudis g re conſummatiſsimis nihil poteſt cogitari nius.

*Ver adeo frondi nemorum, Ver vtile ſyluis:*
*Vere tument terræ & genitalia ſemina poſcunt.*
*Tum pater omnipotens fœcundis imbribus Æthe*
*Coniugis in gremium lætæ deſcendit, & omnes*
*Magnus alit, magno commiſtus corpore fœtus.*
*Auia tum reſonant auibus virgulta canoris,*
*Et Venerem repetunt certis armenta diebus,*
*Parturit almus ager, Zephyriq; tepentibus aur*
*Laxant arua ſinus, ſuperat tener omnibus hum*
*Inq; nouos ſoles audent ſe gramina tutò*
*Credere: nec metuit ſurgentes pampinus Auſt*
*Aut actum cælo magnis Aquilonibus imbrem.*
*Sed trudit gemmas, & frondes explicat omnes.*
*Non alios prima creſcentis origine mundi*
*Illuxiſſe dies, aliúmue habuiſſe tenorem*
*Crediderim: Ver illud erat: Ver magnus agebat*
*Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri.*

C. Copia & omnino verna, hoc eſt elegan temporis deſcriptio, & Maroniano haud pa ingenio. Non eſt inuenuſta etiam illa Lucre quo loco ducendum eſt meum in iſtis iud Ab initio librorum ſuorum, quos de rerum

compoſuit, Venerem fingit, vt procreationis præſidem, ad animantes ſuo feruore æſtuq́; incitandas, & ad rerum originem per maria terrasq́; commouendam mundum reuiſere. Merum ver olent illa carmina, & ad inſtitutum, atque ad celebrandum hoc tempus aptiſsima ſunt: quandoquidem per menſes vernos, è quibus Aprilis eidem Veneri apud Romanos ſacer, fiunt illa quæ narrantur. Ac prima quidem nondum reliquerunt memoriam, poſteriora non recordor: itaque omittamus rem totam. T. Nequaquam Canidi: pronuntia quæ retines, cætera ego expediam: nam pæne totus primus manet in memoria, quem edidici annis iuuenilibus, cum Lucretianæ lectioni floridiſsimo ac limatiſsimo orationis genere delinitus, plurimum temporis tribuebam. C. Fiam ineptus, dum ne ſit fraudi.

*Aeneadûm genitrix, hominum diuûmq́; voluptas*
*Alma Venus, cæli ſubter labentia ſigna*
*Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentes*
*Concelebras: per te quoniam genus omne animantû*
*Concipitur, viſitq́; exortum lumina ſolis:*
*Te dea te fugiunt venti, te nubila cæli,*
*Aduentumq́; tuum: tibi ſuaues dædala tellus*
*Summittit flores, tibi rident æquora ponti:*
*Placatumq́; nitet diffuſo lumine cælum.*

Hucvſque ſuffecit memoria: quæ conſequuntur, tute recita ſis tibi, vel potius vtrique noſtrûm. Et miror ſanè, quî tot annis intermiſſa literarum exercitatione, in tantis occupationibus vrbis ac vitæ, etiam verſuum poſsis non obliuiſci, cum multi pæne totam linguam latinam annis paucis in otio languido ſoleant obliuiſci. T. Loquor mecum la-

tinè, vt Ouidius in exilio, ſi ſodales deſunt: qu
quam tu raro dees: & ſubſeciua quædam temp
probatorum ſcriptorum lectiunculis impendo:
ſenectus mea tam annoſa nondum eſt, vt a
grande vulnus ea pars animi acceperit, quam
nimus: accipiet autem, ô conditionem miſera
Nunc reliquos verſus repræſentabo.

*Nam ſimul ac ſpecies patefacta eſt vernadiei,*
*Et reſerata viget genitabilis aura Fauonii*
*Aëriæ primùm volucres te, Diua, tuumq́;*
*Significant initum, perculſæ corda tua vi,*
*Inde feræ pecudes perſultant pabula læta,*
*Et rapidos tranant amnes: ita capta lepore,*
*Illecebriſq́; tuis omnis natura animantum*
*Te ſequitur cupidè, quo quamq́; inducere perg*

C. Inceſsit me hoc loco parua quædam dub
T. Quæ verò illa? C. In ſymbolis, ſeu hier
phicis æſtatis, cur tu ſuem ſylueſtrem potius
domeſticam nominabas? T. Semel & e
ferme die ſylueſtres porcæ, æſtate prima f
tur parere: ex quo vulgatum illud: non
ctandum vltra pluuiam, quoniam ſus pe
Hanc ergo ob iſtam cauſſam pro æſtate p
lego. C. Atqui ego propterea æſtatis ill
afflictam ſuſpicabar, quia fæcunda fit æſtas
bus, vt illa beſtia ſeu fera ſeu mitis (nihil e
quidem in re differunt) eſt fœcundiſsima.
hoc verius autumnum notaret, qui eſt fru
benignus pater, æſtas mater frugum, & anno
tius: quo tempore falces quæruntur, & a
gendam Cererem pubes ruſtica vocatur,
greſcunt, oleæ turgent, poma matureſcunt,

ſtra manipulis onerata gemunt, complentur horrea, tondentur etiam campis gramina, lanitiaq; leuantur oues. Et hæc quidem periucunda & optata: verùm illa iniucunda & horribilia, quod calorum vehementia creantur morbi, & peſtilitas ſæuit inclementius, vruntur agri, moriuntur herbæ, decreſcunt amnes, exſiccantur fontes, conficiuntur ſudore & ſiti animantes: atque idcirco antra, & ſpecus ſub terra ad captandas vmbras & frigora quæritant. Hinc illa æſtatis apud poëtas adiuncta ſeu epitheta: torrida, puluerulenta, ignea, atrox, iniqua, feruens, ſitiens. C. At illa contrà ad laudem: florens, ſerena, liquida, formoſa. T. Vera hæc omnia; de vere tamen veriora. C. In autumnum porrò, quàm in æſtatem maius morborum agmen irrumpit. T. Et quidem acutiſsimorum exitialiúmque. Haud enim certa temperies, ſed inæqualitas dominatur. Eodem die modo æſtu ſudes, modo algore tremas: quin dies quodammodo æſtiui ſunt, noctes hybernæ. Hæc mutatio ſalutaris eſſe corporibus quî tandem poteſt? Et quia decorum mitibus pomis caput aruis effert (ob id pomifer annus Horatio dictus) magno detrimento mulctantur, valetudinemq; grauiter ſuccis peſsimis oppleti perturbant, qui gulę ac ventri obſequentes, & cupiditatibus morigerantes, eſitare fructus non deſiſtunt. Tabe autem comprehenſis potiſsimùm, noxius eſt autumnus. Quoniam cum naturali præſidio munimentoq;, carne ſcilicet, corpus obſeptũ ac vallatũ non habeant, aſſidua cæli iniquitate lædũtur: pręſertim cũ ſpiritus

eorum vitalis debilor, & vires parum valid
Spumat autumno plenis vindemia labris, ho
opes larga copia decerpuntur, reponuntu
hyemem, omnia ſuis cultoribus matura &
exhibentur, noua ſemina ſpes anni conſequ
coloni ſulcis mandare inſiſtunt. Autumnus
que, vt abſoluam, inde nominatus eſt (vide
gratum nomen, quodq́; illi beneuolentiam n
noſtram meritò debeat) quod tunc maxime
actis ſcilicet agrorum frugibus) hominum
augeantur. At hyems triſtis, dura, immitis, f
gra, aſpera, deformis vnde laudabitur? Ex
honore ſuo arbores, viduantur foliis, herba
eunt, ſqualent prata, lugent horti, cócreſcu
cie flumina, montes, ſyluæ, tellus niuibus ob
tur, clauditur in ſtabulis pecus, venti tempe
graſſantur, intempeſtiuum fit ad nauigand
re, humus crebris albicat pruinis, cæli faci
per turbida, irata, minax, caput lanoſis pelli
ſtitur, corpus villoſo tegmine inuoluitur, &
aduerſus hoſtem atrocem obarmatur, via
cullum tibi iniiciunt, per quem ſoli ocul
Prodeuntibus foras extra tecta, vi frigor
barba rigente pendent ſtiriæ. Intermittunt
mercia, ceſſant ludi, conuentus nulli celeb
dies totos domi ad focum ſedetur, daturq;
fabuloſis ſermonibus, commeſſationibus,
tationibus. Quocirca lyricus vates temp
berno ſæpius abuti conſueuit pro argum
inuitatione ad vitam mollem & voluptari
emplum hoc eſto.

*Vides vt alta ſtet niue candidum*

*Soracte: nec iam ſuſtineant onus*
*Syluæ laborantes: geluq́;*
*Flumina conſtiterint acuto.*
*Diſſolue frigus, ligna ſuper foco*
*Largè reponens, atq; benignius*
*Deprome quadrimum Sabina*
*O Thaliarche merum diota.*

Fouentur nihilominus etiam hoc triſti tempore terræ ſemina, & frigus etiam alicubi neceſſarium eſt rebus, & ſunt labores, quibus vacare poſsint hybernis menſibus ruſtici, quos ita recenſet poëta in Georg.

*Sed tamen & quernas glandes tunc ſtringere tempus,*
*Et lauri baccas, oleamq́; cruentaq́; myrta.*
*Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis*
*Auritosq́; ſequi lepores, tum figere damas,*
*Stupea torquentem balearis verbera fundæ,*
*Cum nix alta iacet, glaciem cùm flumina trudunt.*

Sed iam tempus equûm ſpumantia ſoluere colla. Tecum vt cum litterato de litteratis rebus colloquendi ſuauitas me longius quàm putabam abſtraxit. C. Non ita longè tamen. Ego me recipiam rurſum domum. T. Vix veniſti: non dimitto te ante veſperam. C. Hoc nimium. Quid agerem hic tamdiu? T. Pulchra quædam, variiq; generis monſtrabo tibi, quæ mercatu proximo mercatus ſum. Eamus in rem præſentem. Oportebit te etiam guſtare de vino meo: minutis & rorantibus caliculis bibemus. Apponetur & aſſum de coturnicibus, caſtaneæ molles, & preſsi copia lactis. C. Hoc vinculum eſcarium eſt, quo me tibi & nunc potes, & aliâs poteris, ſi voles alligare. Me autem? immo quemuis.

*Ita iſthæc nimis lenta vincla ſunt eſcaria,*
*Quam magis intendas, tanto aſtringunt arctius*

## ANNOTATIONES.

ASPIRATIONE CÆLI TAM GRAVI) *Cum*
*di reciprocandiq́ ſpiritus neceßitatẽ vitare ne*
*mus, ſi ille corruptus ſit ac peſtifer, nos venenum p*
*per os in viſcera attrahimus. Quamobrem me*
*conſilium eſt, tum ſuaues odores incendendos, qui*
*lis ille hauſtus arceatur. Hippocrates & Galenu*
*cenſent adhibendum, cuius flammis ardoreq́ den*
*impurus aer minuatur, & quaſi depaſcatur. I*
*alios modos, etiam cloacarum ſpurcitie cælum*
*corrũpi conſtat. Hinc Vlpianus. Curabit Prætor,*
*cæ purgentur, & reficiantur, quorum vtrumq́ ſ*
*britatem ciuitatum, & ad tutelam pertinet. Na*
*peſtilens & ruinas minantur immunditiæ cl*
PVBLICO ARCVERIT) *Publicum aliquando eſt*
*à quo dicti publicani. Cic. ep. 1. lib. 1. ad Q.*
*ita verſari, vt & publicanis ſatisfacias, præſertim*
*malè redemptis, ac ſocios perire nõ ſinas &c. Su*
*lig. additumq́ ad caput legis, vt tenerentur p*
*quæ meretricium, & quæ lenocinium feciſſent.*
*do pro populi conuerſatione & frequentia poni*
*dicimus, prodire in publicum, abſtinere public*
*credere ſe publico, quod vulgò dicunt, non ſe m*
*exire. Cic. pro Milone. Caruit foro poſtea*

caruit ſenatu: caruit publico. Ianua ſe ac parietibus, non iure legum iudiciorumq́; texit. Sueton. Claud. Senatum per præcones propere conuocauit, lacrymiſq́; & vociferatione miſeratus eſt conditionem ſuam, cui nihil tuti vſquam eſſet: ac diu publico abſtinuit. Ex Bud. in Pand. NE LEGE DRACONIS IN ME AGATVR) Lege agere verbũ eſt iuris antiqui, pro, agere ſecundum ius legibus conſtitutum. Lictor lege agit, cum ex officio ſuo agit, & ſententiam in damnatos exequitur: cum nempe virgis cæſos ſecuri percutit. Legibus interrogari aliquem, eſt de iis examinari, quæ legibus vetantur. Solon leges Draconis ob aſperitatem & pœnarum atrocitatem cunctas reſcidit, præterquam latas de ſicariis. Noxas enim perſecutus eſt ille pœne omnes capitali ſupplicio, vt & otij damnati morte multarentur: ac qui olus ſurripuerant, vel poma, in hos non ſecus atq; in ſacrilegos conſuleretur. Hæc Plutarch. in Solone. Quin etiam inanima, quæ cuiquam mortem attuliſſent, cædis teneri voluit. EGO VIR CONSVLARIS) Conſules ſunt & dicuntur qui conſulatum gerunt, ὑπατεύοντες: conſulares qui iã eo magiſtratu perfuncti ſunt, οἱ ὑπατευκότες, καὶ ὑπατικοί. Eadem differentia eſt inter Prætores & Prætorios, Quæſtores, & Quæſtorios, Cenſores & Cenſorios, Dictatores & Dictatorios. SÆPE MERO CALVISSE) Sic Horat. ode 21. lib. 3. ex cõmuni nimirum opinione quæ de Catone illo maiore fuit. Plutarchus tantũ commemorat cum lautioribus cœnis & copioſioribus delectari ſolitum, maximè cũ ruſticis vicinis, nec ſolum æqualibus, verum etiam adoleſcẽtibus.

Apud Ciceronem libello de ſenectute ita loquens indu-
citur. Ego propter ſermonis delectationem tempeſtiuis
conuiuiis delector, nec cum æqualibus ſolùm, qui pauci
admodum reſtant: ſed cum veſtra etiam ætate, atque vo-
biſcum: habeoq́ue ſenectuti magnam gratiam, quæ mihi
ſermonis auiditatem auxit: potionis & cibi ſuſtulit.

HOMERO ET VIRGILIO QVOS CÆTERA TVRBA

Pæne ſoli poëtarum nomine digni Homerus & Virgilius,
quorum alter ingenio ſeu natura, alter iudicio & arte
exſuperat. De vtriuſque præſtantia, & reliquorum im-
perfectione habemus perelegans tetraſtichon in appendice
Virgilij, quod huc transferre viſum eſt.

*De numero vatum ſi quis ſeponat Homerum,*
*Proximus à primo tum Maro primus erit.*
*Sed ſi poſt primum Maro ſeponatur Homerum,*
*Longè erit à primo quiſquis ſecundus erit.*

QVATVOR ANNI TEMPORVM ) De hac annui tem-
poris diuiſione, & quid vno quoque faciendum agricolis,
quot ſint cuiuſque dies, Varro de re Ruſt. lib. 1. cap. 27.
& 28. Acceſſu autem & receſſu ſolis hanc viciſſitudinem
effici, indicat Cic. 2. de Nat. deor. his verbis. Inſiſtens
autem ſol curſum tum ad ſeptentriones, tum ad meridiem,
æſtates & hyemes efficit, & ea duo tempora, quorum al-
terum hyemi ſeneſcenti adiunctum eſt, alterum æſtati.
Ita ex quatuor temporum mutationibus, omnium, quæ
terra mariq́ue gignuntur, initia, cauſſæq́ue ducuntur. Co-
pioſius hoc idem Baſil. Hamil. 6. Horum ordinem, pro-
prietatemq́ue carminibus ornatiſsimis in 5. expreſsit Lu-
cretius.

*It Ver, & Venus, & Veneris prænuntius ante*
*Pinnatus graditur Zephyrus veſtigia propter:*
*Flora quibus mater præſpergens ante vias*
*Cuncta coloribus egregiis, & odoribus opplet.*
*Inde loci ſequitur Calor aridus, & comes vnà*
*Puluerulenta Ceres, & Eteſiæ flabra Aquilonum.*
*Inde Autumnus adit: graditur ſimul Euius Euan:*
*Inde aliæ tempeſtates ventiq́ ſequuntur,*
*Altitonans Volturnus, & Auſter fulmine pollens.*
*Tandem bruma niues, affert, pigrumq́ rigorem*
*Reddit. Hyems ſequitur, crepitans ac dentibus Algus.*

Thaletem hanc anni viciſſitudinem quadripartitam primum obſeruaſſe, annumq́ in dies trecentos ſexaginta quinque diuiſiſſe ſcribit Laert. HIRVNDINES APPINGITO) Hirundines plures à mari reuolantes, verni temporis nota ſunt Rhodiis præcipuum fuiſſe morem ſcribit Athenæus, ſub tempus vernum hirundinem inuitare, idq́ χελιδονίζειν dicebant. Apud Ariſtophanem hirundo chlænam vendere, theriſtrum emere ſuadet: præteriiſſe quippe hyemem, adeſſe verò æſtatem. Apud eundem in Equit. σκέψασθε παῖδες, οὐχ᾽ ὁρᾶθ᾽, ὥρα, νέα χελιδών. Conſiderate pueri, non videtis? tempus eſt, noua hirundo. AVTVMNI VERO?) Ita pingebatur Autumnus, vt aut è vitibus vinum colligeret, aut vuas calcaret, aut ab earum calcatione ſordidus eſſet. Ouid. 2. Metam. Stabat & Autumnus calcatis ſordibus vuis. Pingebatur & pomis capite redimito. Flaccus Ode 2. Epod.

*Vel cum decorum mitibus pomis caput*
*Autumnus aruis extulit.*

PLVVIÆ AVTEM CORNIX NVNTIA) Non-

tantum præſagire voce pluuiam cornices, ſed etiam vo...
re videntur. Hinc & Lucretius lib. 5.

*- cornicum vt ſecla vetuſta,*
*Coruorumq́; greges, vbi aquam dicuntur et imbr...*
*Poſcere, & interdum ventos auraſq; vocare.*

GENERANDIS ANIMANTIBVS) Magnis periculis ... ducti Itali. *Ver ſacrum vouebant*, immolaturos ſe ... cet, quæcunque proximo vere nata eſſent apud ſe ani... lia. Vide plura apud Feſtum, Victor. lib. 35. cap. ... Crinit. lib. 24. cap. 8. GVLÆ AC VENTRI ... QVENTES) Prouerbium eſt, Autumnalis appeti... propter edacitatē quæ tenet homines per id tempus, ... Rhodigin. lib. 30. cap. 23. COMMESSATIONIBVS ... POTATIONIBVS) Cur hyeme largius cibo, æſtat... ralius potu vtamur, cauſſas expedit Rhodigin. lib. 3... 5. Ibidem duo adagia explanantur: Aeſtiuè biben... malis refectio. HOC VINCVLVM ESCARIVM ... Ita facetè appellat, vincula inquam eſcaria, ipſa ... quibus (ex ſe videlicet alios metiens) vnumquemq... ctiſſimè, & plus quàm cathenis aſtringi poſſe cenſe... ſitus in Menæchinis. Verſus propter ſummum ... ſubſcribemus.

*Homines captiuos qui cathenis vinciunt,*
*Et qui fugitiuis ſeruis indunt compedes,*
*Nimis ſtultè faciunt, mea quidem ſententia.*
*Namq; homini miſero ſi ad malum accedit malu...*
*Maior libido eſt fugere, & facere nequiter.*
*Nam ſe ex cathenis eximant aliquo modo,*
*Tum compediti ianuam lima proterunt,*

*Aut lapide excutiunt clauum. Nugæ ſunt eæ.*
*Quem tu aſſeruare rectè, ne aufugiat, voles,*
*Eſca atq; potione vinciri decet.*
*Apud menſam plenam homini roſtrum deliget.*
*Dum tu illi quod edit, & quod potet, præbeas,*
*Suo arbitratu, & affatim quotidie,*
*Nunquam adepol fugiet, tametſi capital fecerit.*
*Facile aſſeruabis, dum eo vinclo vincies.*
*Ita iſthæc nimis lenta vincla ſunt eſcaria.*
*Quàm magis intendas, tanto aſtringunt arctius.*

*Eodem pertinent qui ſequuntur, quos, ne nimis ſim longus, prætermitto.*

# PROGYMNASMA
## OCTAVVMDECIMVM.
## *Trium orbis partium de principatu altercatio.*

*Globi huius, quem innumerabilium fermè regionum tractus, & marium quàm plurimorum vaſtitates conficiunt, partem habitabilem, latini orbem terrarum, Græci οἰκουμένην ab ipſa habitatione ducto verbo nuncupauerunt: vniuerſus quippe propter aquas habitari non poteſt: quanquam ne vltimæ quidem oræ τῆς οἰκουμένης ob longinquum ſolis abſceſſum niue & pruina obrigeſcentes, nec mediæ appulſu eiuſdem nimium exardeſcens à quoquã mortalium incolis dicuntur. Hunc orbem terrarũ non eodem modo omnes diuiſiſſe reperiuntur. Fuerunt qui in duas partes tribuerẽt, vt Terent. Varro li. 4. de ling. lat. Salluſt. in hiſtoria Iugurth. Iſocr. in Panegyrico, Seruius in 1. Aen. retulerũt, in Aſiã &*

*Euro-*

*Europam, Aſricam nimirum cum Europa coniungen-*
*Nonnulli quatuor fecerunt, Aſricam, Europam, Aſiam In-*
*dicam, cuius loco huius ſeculi Geographi nominant Ame-*
*cam, Americi Veſpucij, hominis Itali nauigatione prim-*
*exploratam & apertam. Plurimi tres, Indiam reliqua-*
*terras tum ignotas, nunc demum luſtratas, Aſia appel-*
*tione complexi, quos vt ſequar, inclinat animus: eſſe-*
*nim rationibus meis alienius, partitiones iſtas diſcutere, &*
*cum de America neque tam multa adhuc, quod ego ſcia,*
*neque tam ſide digna extent publicata literis, quartum*
*locum audacius in hac à me inſtituta partium contentio-*
*concederem: in qua, quænam præſtet inueſtigare, & prim-*
*ad Europam deferre decreui. Aſia quidem à meridie p-*
*orientem vſque ad ſeptentrionem pertinet. Europa à ſe-*
*ptentrione vſque in occidentem porrigitur: ab occidente*
*meridiem Aſrica tacet. Quo pacto ſit, vt orbem dimid-*
*tum complectantur duæ, tertia ambas magnitudine ꝙ-*
*quet: quippe quæ ſola alterum dimidium contineat. I-*
*autem alterius dimidij duæ partes euaſerunt, quod ab Ori-*
*mo mare magnum ſe inſinuans, eas interſecuit. Si igitur*
τὴν οἰκουμένην *in orientem & occidentem diſtribuas, ſu-*
*harum partium Aſia vendicabit, orientem ſcilicet, alte-*
*nempe occidentem, duæ: ita vt Europa ſeptentrionem, Aſ-*
*ca meridiem reſpiciat. Fingamus nunc eas ipſas contro-*
*dignitatis obtinendæ velitantes, & ad cauſſæ ſuæ vtilitatem*
*argumenta nectentes, ac teſtes in medium producentes*
*hunc modum.*

## *EVROPA, ASIA, AFRICA.*

EVROPA. Quæ eſt iſta in commemoratio-
nobilitate & opulentia tua tam inſolens o-
tatio? quis hic faſtus? qui ſpiritus? ſoláne
florens? ſoláne beata? ſoláne copioſa? ô indigna-
tem. Ego me fortunatam, ego me inclytam, q-

non Africa ſolùm, ſed te quoque quantumcunque tollas ſupercilium, ſuperiorem me, & gradu in altiori locandam, non cenſeam? immo iam pridem locatam non gaudeam? AS. Quid nõ faciat, quid non dicat hæc, ſi ſit Aſia? quàm intoleranter glorietur? quàm inſolenter ſeſe efferat? quàm per nos pedibus incedat? Quin tu Africa eadem, opinor, deſignes, & eodem te crimine conſtringas, ſi in te ſentias, quibus ego me ditatam intueor bonis. AF. Nec nulla nobis, nec omnia tibi ſe in gremium tuum bona contulerunt: proin mitte profundere verba nimium baſilica néue cælum tuis armis territa. AS. Subigit fateri veritas, non eſſe mihi tot bona quot tibi. non enim tot ſpecies monſtrorum, quo te ornamento præcellentem illa teſtantur, quę per vulgi ora voluuntur. Libyca fera: ſemper affert Lybia mali quippiam: ſemper Africa noui aliquid apportat: de portentis enim tuis circumferuntur. Nec portentorum tantum, quæ minima eſt fęlicitas, ſed variorum inſuper venenorum materes, quod ignominię tibi, prò quãtam labem imponit? ob huiuſmodi virulentos beſtiarum afflatus cerui animalium pulcherrima ita acerbè te oderunt, vt iuſiurandum iurauerint, nullo vnquam æuo apud te diuerſaturos. Qui vafer dicitur, id eſt. callidus, ab eo dicitur, quod ſit valdē Afer. Quid quod tuorum incolarum ingenia ex fraude, dolo, periurio concreta ſunt? Nihil quippe apud eos valet candor, nihil fides, nihil religio Deiq; metus. Nõ attulerunt è Phœnicia Tyrij coloni iſtas artes, inuentas in Africa ipſi quoque nauiter exercuerunt. Deinde non ſufficit tibi barbaram & incultam eſſe

mori-

moribus, & ignorare ius humanitatis (quod ſi me prædices, maleuolentiſsima obtrectatione in- nocentis famam appetere videare) vocari inſu- iuuat Barbaram. Tua ſiquidem vt Lybia, vt Nu- midia, vt Mauritania, ſic Barbaria. Immenſ- æſtuas, caloreq́ immoderato exuris omnia, cæle- bus aquis defecta & terreſtribus. Maxima p- ſinus tui, & ad Oceanum vergens altera ab in- colis & cultura deſertæ cernuntur, in tuguriis mapalibus ferme Afri, non oppidatim, nec v- catim, ſed ſparſim habitant, cum & pagis & ci- tatibus ſis infrequens, multiq́ incertis vagan- ſedibus, & ſunt, vt Scythæ hamaxobij. E lo- non paucis, quæ alioqui ad habitandum eſſent i- donea, feræ tuæ immanes ac venenatæ mort- fugant: itaque nihil pæne aliud quàm vaſta & h- rida ſolitudo es. Hæc quæ enumerando p- cenſere potui, concedam libens mihi non acci- Cum Europa non potes comparari, nedum m- cum: cum ſint etiam, qui te illa minorem mag- tudine pronuntiẽt, vt ſileam cætera, quibus te p- cedit. E. Te laudatrice haud egeo. AF. En Euro- vt ego huic hodie os præbui? vt me conſcidit maledictis fixit? Siticuloſam & aridam eſſe propter ſolis vicinitatem negare nolo: laboro quibuſdam incommodis, quæ iuſtius mihi ob- res, ſi tu iis omnino careres. Nunc lippire in p- priis, acutùm cernere in alienis, tu conſidera fit prudentię. Veruntamen agrorũ meorũ bon- fæcunditasq́ mirabilis toti generi humano q- notiſsima eſt, quæ alicubi centeſimo cum fœn- meſſem reddo. In promptu ſunt illæ voces p-

rum. Proprio condidit horreo, Quidquid de Libycis verritur areis. Frumenti quantū metit Africa. Poſsideat Libycas meſſes, Hermumq́ꝫ Tagumq́ꝫ.

*Non quidquid Libycis terit*
*Feruens area meſsibus.*

Quamobrem ſi te aliquando penuria frugum, & anguſtiæ frumentariæ arctius habent, at me nunquam. Genus indigenarum meorum ſalubritate corporum, velocitate pedum, laborum tolerantia commendatur: pleriſqꝫ non morbus, ſed decrepita ſenectus viuendi finem affert. Iam his prætermiſsis, fertilitate frugumq́ꝫ abundãtia, qua horreaipſa rumpuntur vtriqꝫ veſtrum, amplitudine Europę me anteponere nihil vereor: reliqua bona, & multa ſanè cum ambabus habere mę cõmunia affirmo, & hoc ad extremum addo: ſi mihi principatus detrahatur penitus, nõ rectè neqꝫ iurè id fieri: dubiam adhuc inter nos omnes palmam videri, ancipitemq́ꝫ victoriam. E. Quid? ancipitem victoriam? Impudentis audaciæ culpam ſuſcipis, ſi potiores tibi arrogas. Hoc Aſiam quoque iudicare liquet, quæ etſi minus mihi quàm ſibi, longè tamen plusquàm tibi fauet. Quare te ipſam fac conſulas, & te duabus ne opponas, litem enim perdas, quocunqꝫ iudice, etiam Aeaco, nobiſcum certaueris. Neqꝫ aliquando in dubitatione poſitū fuit, vtrū tu poſtrema mundi pars eſſes. Pluribus bonis præſtare victricē oportet, nõ pluribus malis, quomodo tu vtramqꝫ noſtrûm pręſtas. Quod cum ita ſit, aufer te hinc: aut ſi mauis, æquis auribus nos controuerſantes audi & da iudiciū. AF. Ego vt me huc deiiciam? vt tanquam dominis ancilla deſeruiam? mihi pul-

pulchrum meum,iudicem quærite aliam. Inter
ſermones veſtros,quanquam ambitioſiſsimos f
lendi temporis auſcultabo. AS. Sentin' acule
Europa? Sinamus huic genitrici monſtrorum m
ſtra ſua, & putemus verum eſſe: vnumquem
intra fortunam ſuam manere. E. Quin tu ig
manes? AS. Perſpicuum eſt longitudinem &
titudinem cum de terris diſputatur ad lauden
cere: atqui ego tam longa, tam lata ſum, vt ne
tu,neque illa, neque ambæ ſimul vtraq; dime
ne mihi reſpondeatis. Orientem inſuper am
ctor,quod eſt è quatuor mundi lateribus nobi
mum, ſiquidem dextrum: dextra autem ſini
virtute & honore antecellunt. Tu in occiden
tendis. An verò regnis meis adeo multis, ade
tè patentibus quidquam ſit eximium magis a
præſtantius? Quænam ea? quæ? longus mih
ſcitur ordo: Pontus, Bithynia, Phrygia ma
minor, Lycia, Galatia, Paphlagonia, Pamp
Cappadocia, Armenia, Lydia, Cilicia, Sarmati
ſiatica,Colchis,Iberia,Cyprus,Syria,Phœnici
leſtina, Iudæa, Arabia, Meſopotamia, Baby
Aſſyria,Media, Perſis, Parthia, Carmania, Ma
na, Bactriana, India, Taprobana. De ſing
narrandum magna benignitas. Cælo vtor cle
ti, moderatoq; , ſolo feraciſsimo. Anima
ferarum atque mitium copia non deeſt, ſup
tantq; affatim ad victum & cultum neceſſari
liquarum prouinciarum vectigalia tanta fue
Romanis, vt iis ad ipſas prouincias tutand
contenti eſſe poſſent. At me tam opimam &
tilem prædicabant, vt & vbertate agrorum, &

rietate fructuũ, & magnitudine paſtionis, & multitudine earum rerum quæ exportarentur facilè omnibus terris dicerent antecellere. Quid loquar de ſuauiſsimorum odorum, quibus tu ad ſacrificium vteris, quid de gemmarum, lapillorum, aromatum, maximarum cuiuſque generis diuitiarum delitiarumq; prouentu, vnde tuam conſolar inopiam? Vel enim eiuſmodi rebus pauper es: vel earum raritate conflictaris. Impero ciuitatibus innumeris & ampliſsimis: habui habeoq; reges potentiſsimos, gentes infinitas: geſsi & gero bella terra mariq; grauiſsima & periculoſiſsima, nec, vt abſoluam, deeſſe mihi quidquam video, quo minus principatu dignanda ſim. Quapropter cede, Europa, & pro opibus tuis effice mœnia, néue ſupra pedem calceus. E. Nihil promotum iſtis concluſiunculis. Veteres Imperatores recenſere habeo, per quos illuſtriſsimum dignitatis & præſtantiæ meæ conſecuta ſum teſtimonium, quando diuidendo cum collegis imperio Romano, amore Europæ occidentem ſibi ſemper retinuerunt, Aſiam, quamuis ad ſolem orientem poſitam, illis dimiſerunt. Ego altrix victoris omnium gentium populi, longeq; terrarum pulcherrima dicta ſum, tota habitabilis, præter modicam partem frigore paulò rigidiorem prope Tanaim, quo flumine abs te dirimor. Nullus eſt in me tam abiectus locus, in quo domicilia ſibi homines non condiderint; & vbi degendæ vitæ parare ſibi neceſſaria non queant. Paſcunt & habitant etiam in ipſis Alpibus, quibus ab Italia Germania ſecernitur, & in aliis montibus, quamuis altis: vſq; eo aſperum & inhoſpitale apud

me nihil inuenitur. Populorum mira mihi fre-
quentia: regna, & Chriſtiana ſupra octo & vigin-
eaq; haud anguſta. Et ſunt Europæ regna prou-
ciæq; nobiliores, populi humaniores, moratio-
prudentiores, religioſiores, quàm vel Aſiæ, vel A-
fricæ. Vino, frugibus, fructibus, omnigenis, a-
mento, pecore non tu præ me abundas: noxias e-
go beſtias perpaucas alo, tu multas: cælum me-
temperatiſsimum, ſumma locorum amœnitas, fre-
quentia ciuitatum optimis legibus inſtitutarum, &
omni copia refertarum, homines maiore lõge nu-
mero, quàm credas. Tu inops ab iis, vt item ci-
uitatib', habeſq; cõplures & ſpatioſas ſolitudines
multa maria, loca ſterilia, arenoſa, montes nimi-
algidos, terras inhoſpitas. At ego montibus & ca-
pis pulcherrimè diſtinguor, nihil non cultum aſ-
cio, nihil non frequentatum, pace belloq; mihi m-
ſufficio, repente colligo magnos exercitus, con-
cio ſubitò præſidia, diues ſum agricolis, & te, & A-
fricam bonis meis ſanè pluribus impertio. Robu-
ſtos ego bellicoſoſq; homines nutrio, tu molles
deliciis eneruatos, ac nuſquam niſi in libidine ve-
ros. India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi, a-
Maro. Et Lucanus.

*Quidquid ad Eoos tractus mundiq; teporem*
*Labitur, emollit gentes clementia cæli.*

Nunquam Aſia in Europam dominari potuit: at
Europa Aſiam: immo vnica Romanorum Reſp.
& Aſiam & Africam ſuis armis ſibi ſeruire comp-
lit. Reges Perſarum quamuis Aſianos viciſſent,
Græcis tamen, qui ſunt Europæi, ſemper fuſos fu-

gatosq; teſtis temporum hiſtoria confitetur. Memorabile eſt illud Alexandri Moloſsi patrui Alexandri Magni. Hic cum in Italiam populo Rom. bellum facturus proficiſceretur, ſe quidem ad Romanos abire dixit, quaſi in ἀνδρονίτιν: nepotem ſumiſſe in Aſiam, quaſi in γυναικονίτιν: hoc eſt, ſe contra viros, illum contra fœminas arma mouiſſe. Inſulæ meæ, potiſsimùm quæ ad Auſtrum ſunt, ſic me ornant, vt gemmæ coronam auream: nec propter Siciliam & Sardiniam Carthago & Roma bello contendiſſent, niſi eas ſibi fructuoſas ſciuiſſent. Nunc tibi quoque prouincias quaſdam meas & præcipuas enumerabo, quas ſi etiam pro merito laudare velim, non ſit finem inuentura oratio. Nã de Italia, Gallia, Hiſpania, Germania quid adeo magnificum dici poteſt, quin id earum nobilitas exſuperet? Præter has ſunt Britannia, Pannonia, Illyricum, Dalmatia, Cyrnus ſiue Corſica, & quas ſupra nominaui Sardinia, Sicilia, item Sarmatia Europæa, Taurica Cherſoneſus, Dacia, Myſia vtraque, Thracia Cherſoneſus, Macedonia, Epirus, Peloponneſus, Eubœa, Creta. AF. Etſi vtriq; ſuccenſeo de appetitu excellentiæ haud ſatis modeſto, nõ queo tamen continere me, quin faciã, quod à principio recusâram, alteriq; veſtrûm calculum album adiiciam, & hunc ſenſum meum verbis teſtatum relinquam: vicit Aſiã Europa. AS. Vicit ergo te. AF. Vincat veritas, vincat Europa, & ſit princeps mundi partium. E. Sapuiſti cum ſapientibus. Europam omnes conſenſu Reginam, & Dominam orbis prædicant, non Aſiam.

# ANNOTATIONES.

VT TERENTIVS VARRO) Sic ille. Vt Aſia ſic cœlum dicitur, modis duobus. Nam & Aſia quæ non Europa, in qua eſt Syria: & Aſia dicitur prioris pa Aſiæ, in qua eſt Ionia. EVROPA, ASIA, AFRICA Europam nomen adeptam ab Europa Agenoris Phœn cum Regis filia, de qua eſt in 2. Metam. in extremo, qui dam tradiderunt. Herodot. lib. 4. vnde hæc illi appel latio, aut quis eius auctor, à nemine mortalium adh compertum exiſtimat. Reliquæ duæ partes vnde vocab lum nactæ ſint, etiam incertum eſſe affirmat. Aſiam nonnulli ab Aſio, alij ab Aſia Regina: Africam ab Afro aut ab α particula priuante, & φρίκη horror nominatam voluerunt, quod ſit ſine horrore frigoris. Nos rem mag diſquiſitione dignam non arbitramur, & cuique quod li bet ſentiendi poteſtatem permittimus. Europam deſcri bit Plinius tertio & quarto libris, Africam quinto, Aſiam ſexto: tametſi eam deſcriptionem ordiatur cap. 9. lib. 5 Strabo Europam libro tertio, & ſeptem deinceps, Aſiam libris ſex, ab vndecimo. Africam Salluſt. in Iugurth. Orbis Aſiæ, & orbis Europæ dicitur à Marone 7. Æneid. vt à Marcellino orbis Eous, & orbis occiduus, pro imperio orientali & occidentali: & orbis Romanus pro imperio Romano. ASIAM QVIDEM A MERIDIE) Le ge proœmium lib. 3. apud Plin. VERBA NIMIVM BA SILICA) Quod magnificum eſt, Græci appellant ſila βασιλικὸν, & βασιλικῶς dicunt, pro magnificè. Hi

qu

apud latinos quoque, ac potiſſimùm apud Plautum, inuenias baſilica facinora, baſilicæ edictiones, baſilicæ ædes, baſilicus victus, baſilicus ſtatus, baſilicum veſtimentum, valere baſilicè. Dixit etiam quodam loco, baſilicè perij. Porus Indiæ Rex ab Alexãdro victus, cum à victore interrogaretur, quemadmodum haberi vellet: reſpondit, βασιλικῶς. Roganti rurſum Alexandro, numquid aliud? nihil, ait, nam ἐν τῷ βασιλικῶς omnia includuntur. NON ENIM TOT SPECIES MONSTRORVM) Admodum ferax monſtrorum eſt hæc pars orbis. Cauſſam prodit Plin. lib. 8. cap. 16. inopiam aquarum, propter quam ad paucos amnes congregantibus ſe feris, multiformes animalium partus, variè fœminis cuiuſque generis mares aut vi aut voluptate miſcente. Cur eius ſymbolum ſcorpius, vide Pierij Hieroglyph. lib. 16. in ſcorpione. EX FRAVDE, DOLO, PERIVRIO) Celebrata eſt literis multorum calliditas, perfidia, fraudulentia, vanitas Pœnorum ſeu Afrorum, vt prouerbium inde natum ſit, Punica fides, Punica religio. Quo alluſiſſe mihi videtur Virg. 1. Æneid. Quippe domum timet ambiguam Tyrioſq; bilingues. VT SCYTHÆ HAMAXOBII) ἁμαξόβιοι, ſiue ἁμαξοβῖται, ſiue ἁμάξοικοι, latinè, in plauſtris viuentes, in plauſtris domicilia habentes. Sic dicti ſunt Scythæ, de quorum moribus inter cætera hæc Iuſtinus lib. 2. Hominibus inter ſe nulli fines: neque enim agrum exercent: nec domus illis vlla, aut tectum, aut ſedes eſt, armenta & pecora ſemper paſcentibus, & per incultas ſolitudines errare ſolitis. Vxores liberoſq; ſecum in plau-

*ſtris vehunt: quibus coriis imbrium & hyemis cauſſa tectis pro domibus vtuntur.* HODIE OS PRÆBVI) *Os præbere dicitur, qui ſe præſentem contumeliis affici patitur. Cic. lib. 1. ad Att. ep. 15. Auli autem filius, ô dij immortales, quàm ignauus, ac ſine animo miles? quàm dignus qui Palicano, ſicut facit, os ad malè audiendum quotidie præbeat? Idem pro Sex. Roſcio. Os ſuum tibi tradidit. Verr. 4. Et iis tacitum os tuum præbere malueris. Teren. Adelph. Qui hodie os vſq; præbui. Tacit. lib. 9. Præbebant ora contumeliis, & poſita omni ferocia, cuncta patiebantur. In os laudare, eſt præſentem laudare, quod aſſentationi tribuitur. Plat. lib. 9. de leg.* κατὰ τὸ ςόμα διώκοντ@ καὶ φεύγοντ@, *pro, in conſpectu & coram. In Euthydemo* εἶπον ἄν σοι εἰς κεφαλὴν, *dixiſſem tibi in os. Xenoph. Hierone* οὐδεὶς ἐθέλει τυράννους καὶ ἀντίον κατηγορεῖν. *Nemo vult tyrannos in os accuſare.* FOECVNDITASQVE MIRABILIS) *Perlege quod de eius pictura narrat Pierius lib. 56. in Spica.* OCCIDENTIS SIBI SEMPER) *Fecit hoc Valentinianus ſucceſſor Ioniani cum Valente fratre, Gratianus Valentiniani filius cum Theodoſio. Orientalis autem imperij nomine intelligebant Aſiam, Orientem, Aegyptum, & Illyricum. Ex quibus Oriens Syriam, Armeniam, Arabiam, & Meſopotamiam, Illyricum verò Thraciam, Mœſiam, Daciam, Pannoniam, Macedoniam, Græciam, & Dalmatiam includebat. Hæc partitio cum placuiſſet Diocletiano, & Maximiano, deinde Conſtantio & Galerio, quos illi ſecundùm ſe Auguſtos creauerunt, placuit etiam Conſtantino, qui tamen*

vtrum-

*vtrumq; imperium in multas rurſum portiones diuiſit. De quo Sigon. lib. 4. Imp. occident.* VINO, FRVGIBVS, ET FRVCTIBVS) *In duas partes orbem terræ diuiſiſſe Eratoſthenem ait Varro lib. 1. de re ruſt. cap. 2. ad meridiem verſus, & ad ſeptentriones. Tum addit hæc. Et ſine dubio quoniam ſalubrior pars ſeptentrionalis eſt, quam meridiana: & quæ ſalubrior, illa fructuoſior: magis Europam fuiſſe opportunam ad colendum, quàm Aſiam.*

# PROGYMNASMA NONVMDECIMVM.

## *Animalia.*

*PERCVNCTATORES, PHYSIOLOGVS.*

PERCVNCTATORES. De phyſica philoſophia, rebusq́; occultis, quæ ſe longè lateq́; fundunt, permulta grauia & frugifera accuratè curioſeq́; diſputaſſe contemplatores venatoresq́; naturæ, nec tamen vllam eius philoſophiæ partem vberiorem eſſe, quàm quæ de animalibus explicat, id eſt eiuſmodi, vt vel nos ſcire poſsimus, qui non ſumus eruditiſsimi: propterea quod in ſtudiis diſciplinarum politiorū duntaxat ab initio ætatis hucuſque deſudauimus. PHY. Idem ego, idem omnes dicent, qui in phyſicis perfecti ſunt & perpoliti. P. Largire hoc nobis tribus, vt ad quæſita noſtra non ſubtilitate philoſophica, ſed quo clariora ſint omnia, & auditu iucūdiora, populari quadá

ratione reſpondeas. PHY. Nec ab ipſiſmet philo-
ſophis hæc philoſophicè prorſus, hoc eſt horridu-
lo ſermone, obſcurè, & συλλογιςικῶς, verùm al-
quanto compoſitiore, perſpicuè & ad communem
ſenſum appoſitè, ἐξηγητικῶς pertractantur. Qua-
mobrem Ariſtoteles, quem Plinius auctorem ſe-
quitur, quemq; circiter quinquaginta volumi-
na de animalibus ex fide aliquot mille hominum
ea de cauſſa Alexandri iuſſu, & impenſa conuo-
catorum confeciſſe, & ea à ſe collecta in arctum,
cum iis quæ ignoraſſet ille, commemorat, tum
libros hiſtoriam animalium inſcripſit. Incluſit
autem Plinius hanc ſuam epitomen Ariſtoteli-
am libris 4. Nam octauo agit de terreſtribus, no-
no de aquatilibus, decimo de pennatis, vndecimo
de inſectis. Feruntur etiam Aeliani de animalibus
libri ſeptendecim, Geſnerus quatuor maxima mo-
le volumina de iiſdem, additis iconibus conſcri-
pſit: alij libellos reliquerunt. P. Non erat conſi-
lium hoc abs te quærere: pergratum nihilominus
feciſti nobis, cum, quos auctores voluere in hoc
argumento poſſemus indicare ſtuduiſti. PHY.
Quomodo in pecunia, ſic in ſcientia perplacere de-
bet, cum plus datur, quam petitur: nam vt illa a-
cam: ſic iſta animum implet, & veriſsimis eum o-
uitiis diuitem efficit. P. Non magis tua hæc, quàm
omnium ſapientum vox eſt. Velimus autem hæc
tria capita abs te diſſeri. Primum de ordinibus ſiue
generibus animantium: alterum de natura earum
generatim: poſtremum de his, quæ in ſingulis or-
dinibus admiranda recordaberis. PHY. Scripto-
rum non eſt vna eademq; de generibus animalium

ſta-

ſententia: quidam enim plura enumerant alij pauciora. Qui pauciora, non minus tribus: qui plura, non plus quinque. P. Qui ſunt hi poſteriores? & quo pacto quinque? PHY. M. Tullius 1. de nat. deor. ita ſcribit. Beſtiarum terrenæ ſunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quaſi ancipites in vtraque ſede viuentes: ſunt quædam etiam quæ ex igne naſci putentur, appareantq́; in ardentibus fornacibus ſępe volitantes. In quibus verbis, illa (in vtraq; ſede viuentes) cum ad aues referri poſſunt, quæ in terra & in aere viuunt: tum ad ea, quæ Græcis vocãtur ἀμφίβια, & partim in aquis, partim in terris viſitant, vt aues quædam, & nonnullæ quadrupedes. Sic erunt genera omnino quinque. In ſecundo porrò libro expreſsè tria tantum nominat: ſic enim ait. Animantium aliæ coriis tectæ ſunt, aliæ villis veſtitæ, aliæ ſpinis hirſutæ: pluma alias, alias ſquama videmus obductas. Videtis eum loqui de terreſtribus, pennigeris, & piſcibus? P. Hoc apertiſsimum eſt. PHY. In Tuſcul. 5. hæc lego. Natura alias beſtias nantes, aquarū incolas eſſe voluit, alias volucres cælo frui libero: ſerpentes quaſdam, quaſdam eſſe gradientes. Vbi quartam addit ſpeciem, ſerpentes: quo nomine eas intelligit, quæ pedibus carent. Lactantius Firmianus in pręclaro monumento de opificio Dei cap. 5. à corporis forma & partibus tripartitam diuiſionem hoc modo inducit. Principiò cum Deus fingeret animalia, noluit ea in rotundam formæ ſpeciem conglobare atque colligere, vt & moueri ad ambulandum, & flectere ſe in quamlibet partem facilè poſſent; ſed ex ipſa corporis ſumma produxit caput:

item produxit membra quædam longius, quæ vocantur pedes, vt alternis motibus ſolo fixa perducerent animal quò mens tuliſſet, aut quò petendi cibi neceſsitas prouocaſſet. Ex ipſo autem vaſculo corporis quatuor fecit extantia, bina poſterius, quæ ſunt in omnib⁹ pedes, item bina capiti & collo proxima, quæ varios animantibus vſus præbent. In pecudibus enim ac feris ſunt pedes poſterioribus ſimiles, in homine autem manus, quæ non ad ambulandum, ſed ad faciendum temperandumq́; ſunt natæ. Eſt & tertium genus, in quo priora illa neque pedes, neq; manus ſunt, ſed alæ, in quibus pennæ per ordinem fixæ, volandi exhibent vſum. P. Ex hac oratione tria genera agnoſcimus, aues, quadrupedes, homines. Attamen cum terreſtrium vocabulo, & homines comprehendantur & quadrupedes, aues autem volatilium, hic ſcriptor duas tantum ſpecies aſſerit, & piſces, id eſt, aquatile genus omittit. PHY. Id factum interpretemini, quòd de piſcibus, vt imperfectis animalibus, agere non decreuerat. Nam quis vnquam animantium genus hoc tertium negauerit? P. Quid tu? PHI. Tria tantum eſſe numeranda cenſeo. P. Quid ad Ciceronis locos? PHY. Amphibia de quibus Plinius, Columella, M. Varro, Ariſtoteles & alij, ſi quatuor pedibus ſunt prædita, habeo in terreſtribus: ſi plumis cooperta, in auibus. Quas in Tuſcul. ſerpentes vocat, ſimiliter in terreſtribus. De ranis & ſimilibus, quæ etiam è putridis rebus, non è ſola corporum coniunctione naſcuntur, loqui piget: illas quidem, ranas inquam, in piſcibus, atque etiam in deliciis duci omnes nouimus.

P. Et

P Et in igne viuentes beſtiolas, ad quem ordinem adſcribemus? certè in 2. de nat. deor. Ariſtotelis teſtimonio vtitur Cicero ad probandum, animalia quædam in ignis elemento degere. PHY. Ex priſcorum opinione locutum putate Ariſtotelem, qui cælum natura ignea conſtare exiſtimârunt, quæque in eo verſantur aſtra, viuentia eſſe & intelligentia. Præter animalia duobus in elementis, terra ſcilicet & aqua orientia non agnoſcit. Lib. 4. Meteor. apertè inquit, in terra & aqua duntaxat animantes reperiri, in aere autem & igne non item: volatiles enim in terra procreantur. Reſponderi etiam poteſt, Ciceronem quæ ſcripſit, ex eo Ariſtotelis commentario deprompſiſſe, cuius mentio fit à Plutarcho libro quinto, de placit. philoſoph. capite 20. Eſt, inquit, Ariſtotelis liber quidam, in quo animalium genera quadripartita eſſe dicit, terreſtria, aquatilia, volatilia, cæleſtia. Etenim cæleſtium quoque orbium dici animalia non ſecus atque terræ. Verùm an hic liber Ariſtotelem aliúmue auctorem habeat, video dubitari. Cum eo ſcriptore, quiſquis tandem eſt, labitur Ouid. 1. Metamorph. eandem diſtributionem ſequens. Neu regio foret vlla &c. Porrò animantium, in quibus plus ineſt aeris, teneriora ſunt: quæ plus habent aquæ, propter vim humoris, lenta: quæ terroſa, duritiem præferunt. Ignis vberior fragiliora facit. Eſt autem prorſus falſum, vllũ animal aut gigni poſſe, aut viuere in igne. P. Petimus nunc abs te ſingulorum tributionem in ſpecies. PHY. Ariſtoteles

lib.

lib. 1. de hiſtoria animalium, & Plinius lib. 8. cap. 53. & 56. animantes quaſdam aiunt perpetuò cicures & manſuetas, alias perpetuò feras, quaſdam naturæ mediæ, quæ nempe cicurari poſſunt. In aliis autem, cuiuſcunque generis vllum ſit placidum, eiuſdem inueniri & ferum: vtpote cum hominum etiam ſylueſtrium genera reperiantur. Medias eſſe in volucribus hirundines, apes: in mari delphinos. Addamus nos, in terreſtribus vrſos, tauros. Tamen piſces præter delphinum, & alios paucos nunquam manſueſiunt, nec ſe tractandos manibus præbent, vt in eo genere placidum animal nullum ſit. Plato terrenas in feras & manſuetas ſecernit. Plenior earum diuiſio eſt apud Tullium Tuſcul. 5. Earum ipſarum, inquit, partim eſſe (natura) volucres ſoliuagas, partim cōgregatas: immanes alias, quaſdam autem cicures: nonnullas abditas, terráque tectas. De diſcriminibus volatilium infinitis quodammodo iam expectatis vt diſſeram. P. Sanè quidem. PHY. Aliud genus eſt σχιζόπτερον cuius pennæ fiſſæ, vt aquilarum. Aliud δερμόπτερον, cuius alæ pelliceæ, vt veſpertilionum. Aliud πτιλωτόν, cuius alæ tenuibus membranis conſtant, vt veſparum. Aliud κολεόπτερον, quod alas vaginis ſeu cruſtis incluſas habet, quibus explicatis volatum init. Sunt item aliæ carniuoræ, quibus vngues adunci, acuti, roſtrum ſimili modo, volatus celer, vt & facilè capiant prædam, & commodè dilanient. Aliæ frugibus veſcuntur, quarum alia forma eſt: aliæ & frugibus, & carnibus. Rurſum quædam ſoliuagæ ſunt, vt rapaces, quædam gregales vt columbæ,

ſturni, & aliæ quàm plurimæ. Demum ſunt quæ nullum regem & ducem agnoſcunt: ſunt quæ quaſi ſub imperio viuunt, vt grues, & apes. Et hæ mutant ſedem: ciconiæ enim & hirundines tempore hyberno remotiora & tepida loca petunt, ſub æſtatem reuertuntur, aliæ in iiſdem ſedibus ſemper manſitant. In voce magna inſuper inter eas differentia: aliæ garrulæ, aliæ taciturnæ, aliæ imitantur verba hominum aut per ſe, aut doctæ, aliæ nequaquam. De piſcium diſtantia liceret item multa proferre, de qua quoniam diligenter & copioſè ſcripſit D. Baſil. Homil. 7. in Hexaëm. ad eum aditote. Maiora profectò in aquis, quàm in terris eſſe animalia diſcimus ex hiſtoriis, & experimur, & aqueæ materiæ copia habilitasq́; ad quamuis magnitudinem, id ita eſſe perſuadet. Cete quidem mole ſua montibus æquantur. Cum enim emergunt è mari, inſulæ ſæpenumero apparent, & ad terrorẽ ſtuporemq́; noſtrum creata videntur. Sequitur vt quod alterum erat petitionis veſtræ caput, quàm breuiſsimè potero, tranſigam. Viuunt ſecundùm naturam animantium ſpecies quælibet, & hoc illis commune eſt: veruntamen natura ſunt diſsimiles, alia equi, alia bouis, alia delphini, alia cerui, alia noctuæ: manet nihilominus intra naturæ ſuæ terminos, tenet leges ſuas, tenet munus ſuum vnaquæque, nec in mores atque vitam diuerſæ animantis migrat. Non perſequitur viuendi rationem cerui leo, nec anſeris lepus, nec thynni balæna, nec monedulæ philomela. Eſt inſuper cuique generi paſtus idoneus naturæ ſollertia comparatus, ad eumq́; capeſſendum & conficiendum figura corporum,

rum, partes, & membrorum fabrica accommo-data. Appetitu ad alimenta feruntur, ſenſu noxia à ſalutaribus diſcernunt. Videmus porrò ad ci-bum capeſſendum has gradiendo, illas ſerpendo, alias volando, quaſdam nando accedere, quę par-tim ore hiante, & dentibus ipſis capiunt, partim vnguium tenacitate corripiunt, partim adun-citate roſtrorum: aliæ ſugunt, aliæ carpunt, aliæ vo-rant, aliæ mandunt. Cibum terreſtrem quædam facilè contingunt, quia humiles ſunt: altiores, vt cygnos, anſeres, camelos collorum proceritas ad-iuuat. Cernimus præterea quemadmodum ad-uerſus metum atque iniuriam ſuis ſeſe armis de-fendant, cornibus tauri, dentibus apri, morſu leo-nes. Aliæ fuga, aliæ occultatione ſe tutantur, effu-ſione atramenti ſepiæ, torpore torpedines. Multæ etiam inſectantes odoris intolerabili fœditate de-pellunt. Quod ſi ſingulas pariter conſideremus, nihil Deus illis addidit, quod addendum non eſſet, nihil quod eis non neceſſarium. Quàm ſingularis demum ratio ad perpetuam generis conſeruatio-nem in beſtiis apparet? Principiò aliæ mares ſunt, aliæ fœminę, quod perpetuitatis vtiq; cauſſa natura machinata eſt. Deinde partes corporis & ad pro-creandum, & ad concipiendum aptiſsimæ: & in v-troq; ſexu, commiſcendorum corporum mirab-bidines. Quæ in pariendo fæcundiores ſunt, vt ſues, vt canes, his mammarum data eſt multitudo: quas pauciores habent, quæ pauca gignunt. Quid dicam de amore in educanda cuſtodiendáque ſo-bole, donec ſe poſsit ipſa defendere? quid de pro-prietatibus memorem, quibus non mediocriter diſtinguuntur? bos conſtans, aſinus piger, equus

laſci-

laſciuus, lupus immitis, vulpes aſtuta, ceruus timidus, formica laborioſa, canis gratus, & ad amandum propenſus, leo iracundus, qui inter animalia velut tyrannus, ſe æquari cæteris non ſuſtinet, congreſſusquе aſpernatur. Quanto autem opere ipſæmet ſe cuſtodiunt? quantam ſuimet, quàm ſollicitam aſsiduámque curam gerunt? vt in paſtu circumſpectant? vt in cubilibus deliteſcunt? Hæc, & quæ ſciens prætermitto longè plura, quanquam miracula dici poſsint, ego tamen, quò voluntati veſtræ perfectè ſeruiam, admiranda nonnulla (quod erat in tripartita propoſitione tertium) commemorare non refugiam, vt ſermonis noſtri cumuletur iucunditas & lætiſsimo fine concludatur. Ac primo loco de auibus exempla adducā, tum de piſcibus ſubiungam, ad extremum de terrenis animalibus. P. Inflāmati auiditate ferimur ad audiendum. PHY. Grues noctu viciſsim excubant, cæteriſq; conſopitis vna vigilat, crurū alterutri corpore innitēs, altero adducto cōprehenſum lapillū tenens. Quæ in retinendo conſtantia obrepere diutius illi ſomnū non ſinit: ſtatim enim vt remiſerit, decidens calculus excitat, arguitq; negligentē. Perluſtrat oculis oēs illa vigil, erectoq; collo circumſpicit, an ſit alicunde periculum, vt ſocias è ſomno ſuſcitet. Cum tempus huic vigiliæ præfinitum abiit, clangore emiſſo alia de ſucceſsione in hac ſtatione admonetur, prior feſſa ſe quieti dat, alia eandem operam præbet. Cū volant, vna toto agmine prima, & dux eſt, ſequentes in tergis præuolantium colla & capita reponunt. Hoc quia dux ipſe facere non poteſt, quod non habet vbi nitatur, reuolat, vt ipſe quoque quieſcat.

In eius locū ſuccedit ex iis quæ acquieuerunt pro
xima: eaq; viciſsitudo in omni curſu conſeruatu
Ciconiæ parentes vetulos plumis pennisq; pa
nudatos ſuis alis ac pennis circumuolantes fouen
victum illis conquirunt, ſuis eos humeris ſubla
per aera portant. Turtur amiſſa coniuge nunqu
iterat connubium, viuitq; in cælibatu perpetuo
hinc diſcant mulieres, inquit D. Baſilius, etiam
pud animantes rationis expertes viduitatis ho
ſtatem indecoro repetiti connubij anteponend
eſſe. Quis nam vulturibus cædem & cadauera p
nuntiauit, cum exercitus ad bellum commit
dum educuntur? Magno etenim numero co
illi & caſtra ſequuntur, cum præſagitione haud d
bia, ex apparatu ſcilicet armorum, & nitore ſ
ſibi factis ſtragibus cœnas & prandia lautiſsima p
ratum iri. Halcyon coniugis amantiſsima eſt, c
non vno, ſed toto anni tempore adhęret, eiusq
tum admittit, non quia ſalax ſit, cum alteri pro
nulli miſceatur, ſed beneuolentia quadam, qu
pudicam & germanam vxorem decet. Eund
ſenectute iam grauem, & ægrius ſequentem, m
rabili cura ſuſtinet atque fouet, nuſquam d
tuens, nuſquam poſt ſe relinquens: Humeris i
poſitum vbilibet circumfert & curat, & ad m
tem vſque illi adeſt. Plura de huius auiculæ vi
tibus Plutarchus. Ab alitibus ad piſces diſced
mus. Ranas marinas tradit Cicero obruere ſe
na ſolere, & moueri prope aquam, ad quas vel
eſcam piſces cum acceſſerunt, confici à ranis, at
conſumi. Polypus cuicunque ſaxo adhæret, e
colorem imitatur: ita piſces cōplures dolum ig

ran

rantes, tanquam ad ſaxum adnatant, ab eoq́; deuorantur. De ingeniis ſcari, lupi, murenę, mugilis legite Plin. lib. 32. cap. 2. Ex eiuſdem cap. 8. lib. 9. de delphino hæc accipite. *Delphinus non homini tantum amicum animal, verùm & muſicæ arti, mulcetur ſymphoniæ cantu, & præcipuè hydrauli ſono. Hominem non expaueſcit, vt alienum, obuiam nauigiis venit, alludit exultans, certat etiam, & quamuis plena præterit vela. Diuo Auguſto principe Lucrinum lacum inuectus, pauperis cuiuſdam puerum ex Baiano Puteolos in ludum literarium itantem, cum meridiano immorans appellatum eum Simonis nomine ſæpius fragmentis panis, quem ob id ferebat, allexiſſet, miro amore dilexit. Quocunque diei tempore inclamatus à puero, quamuis occultus atque abditus, ex imo aduolabat: paſtuſq́; è manu, præbebat aſcenſuro dorſum, pinnæ aculeos, velut vagina condens: receptumq́; Puteolos per magnum æquor in ludum ferebat, ſimili modo reuehens pluribus annis: donec morbo extincto puero, ſubinde ad conſuetum locum ventitans, triſtis, & mærenti ſimilis, ipſe quoque deſiderio exſpirauit.* Adiicit alia idem ſcriptor ibidem de pueris ab eo piſce adamatis. Ad terreſtria nos transferamus. Vnde nam fieri ſtatuemus, vt in grege ouium numeroſiſsimo è ſtabulis procurrens agnus matris ſuæ vocem percipiat, ad eam ſolam approperet, eius vbera, vt lactis ſui fontem proprium, tametſi parum turgida, petat, reliquarum diſtentiſsima negligat? Quî fit præterea, vt fœta ouis partum ſuum inter mille agnos agnoſcat? Vulpecula eſuriens in loca aprica concedit, ſupinam ſe humi iacit, clauſiſq́; oculis, retentoq́; halitu pedibus erectis, & quaſi rigentibus ſe mortuam ſimulat. Eam ſic iacentem conſpicatæ volucres, gregatim aduolant, inſident, & tanquam in-

ſultant. Quid illa? Cum iam putat eſſe maturum, repentinò exilit, & proximas quaſque captas deuorat. P. Eſt nimirum οἰκεῖον πάθος vulpibus ſimulatio, haud ſecus quam vis leonibus. Quocirca Tullius verè in Off. Cum duobus modis, id eſt, aut vi, aut fraude fiat iniuria: fraus quaſi vulpeculæ, vis leonis videtur. Hinc & Lucret.

*cur acris violentia triſte leonum*
*Seminium ſequitur, dolus vulpibus, & fuga ceruis!*

Et Lyſander dicebat, Vbi leonis pellis peruenir[e] non poteſt, vulpinam aſſuendam. PHY. Aut v[i] aut aſtu obtinendum ſuadebat, quod velles. Con[ſi]lium non bonum. Memoriam beneficioru[m] conſeruat, & gratias refert canis cum admiratio[ne] & ſtupore hominum. Produntur complures ià do[-] minis latronum ferro in ſylua iugulatis non rec[eſ-] ſiſſe, ſed eodem in loco mortui permanſiſſe. N[o]nulli item recenti adhuc cæde, graſſatorum inqu[i]ſitoribus duces ſe præbuiſſe, latratu laniatuq́; h[o]micidas indicaſſe, & ad ſceleris confeſsionem ad[-] egiſſe. Narrarem multa inſuper de canibus, ni[ſi] formicæ accerſerent. Cleanthes hoc ſe ſpectacu[lum] vidiſſe teſtatus eſt. Formicæ cum exanimi formi[ca] quam portabant, ad myrmeciam venerunt: e[x] quædam foras prodierunt, tuleruntq́; ſe illi po[-] pæ ſeu exequiis obuiam: tum velut collocutæ, i[n-] tro ſe receperunt, idq́; iterum ac tertio fecer[unt.] Poſtremò vermem, redimendi cadaueris pret[ium] extulerunt: quo accepto quæ venerant, mor[tu-] um tradiderunt ac diſceſſerunt. Nota omni[bus] illa in occurſu beneuolentia, dum ſe conſalu[tant]

vac[u]

vacuæ onuſtis cum honore ac modeſtia via decedunt, ac tranſitum præbent, & rurſum inanes à ferentibus nec petunt quidquam, nec vi auferunt: ſed vnaquæque ſuum ſibi victum parat: dum pondus in plurimos diſtributum geſtabile reddunt: dum ſemina exponunt, & ſub dio ſiccant. De his Cic 3. de nat. deor. audite quàm honorificè prædicârit. In formica non modo ſenſus, ſed etiam mens, ratio, memoria ineſt. Ariſtot. earum ingenium induſtriamque ſæpe commendat, & lib. 1. hiſt. animal. apes ὑφ' ἡγεμόνα ſubdit: formicarum ſodalitia ἄνευ ἡγεμόνος eſſe dicit, veluti quę democraticum, ſicut apes regale imperium amplectantur. De his Plinius. In opere qui labor? quæ ſedulitas? Et quoniam ex diuerſo conuehunt, altera alterius ignara, certi dies ad recognitionem mutuam nundinis dantur. Quæ tunc earum concurſatio? quàm diligens cum obuiis quædam collocutio atque percunctatio? Silices itinere earum attritos videmus, & in opere ſemitam factam, ne quis dubitet qualibet in re quid poſsit quantulacunque ſedulitas. Ouid.

*parcum genus eſt patienſque laborum,*
*Quæſitique tenax, & quod quæſita reſeruat.*

Superat autem omnem admirationem, quod in cubili proximus ab ingreſſu deſcenſus nec rectus eſt, nec cuiquam cæterarum animantium permeabilis, ſed flexibus & ambagibus, obliquas ſemitas habentibus, in tres cauernas deſinit, quarum in vna conuentus aguntur, in altera penus ſeruatur, in tertia velut in cœmeterio vita defunctæ reponuntur. Concludam, ſi Salomonis

vocem adiecero. Quatuor ſunt minima terræ, & iſta ſunt ſapientiora ſapientibus: formicæ populus infirmus, qui præparat in meſſe cibum ſibi &c. Dicamus etiam de mulo. P. In illa bellua, quæ ſtuporis ac tarditatis nota eſt, quippiam inſigne, aut ingenij? PHY. Mulus de numero ſalem portantium, cum flumen tranſmitteret, volens lapſus eſt: ſale autem liquefacto, & per vndas vaneſcente, expeditior ſurgens, ſenſit & notauit cauſſam. Quoties poſtea flumen tranſiret, de induſtria illa ſalinaria vaſa ſubmittebat, vt leuatus onere leuior inceδeret. Hoc cum didiciſſet Thales, pro ſale ſpongiis & lana compleuit vaſa, atque ita per aquas rurſum agi mulum iuſsit. Cum de more ſe mergeret, ſubeunte aqua, onus ſenſit grauius reddi. Itaque dolum ſuum ſibi incommodum ratus, deinceps adeo cautè ſcienterq; per amnem ambulauit, vt clitellæ aquas non contingerent. P. Similis huic hiſtoriæ proferri ſolet fabella de duobus aſinis, quorum qui ſpongias geſtabat, alterum onere liberatum, onere inquam ſalis, ſub quo concidérat, imitari voluit: ſed ſpongiis aquam affatim combibentibus, nequam ille ſurgere non potuit, animamq; in vado reliquit. Fictum idcirco, vt doceremur, non vnam agendi rationem omnibus conuenire. PHY. At illam hiſtoriam de mulo meo Plutarchus retulit. Cum addidero vnum de aranaceo, finem imponam. Admirabilis eſt huius pinaceo, ... Vindemiæ tempore vites ſubit pedibus botrorum acinos in tepore ...

adeo

adeo ſe cumulat vuis. Mox vt in antrum venit, partim ex ſe decerpendum, partim condendum catulis præbet. Cubile eius meatus habet duos, inſtar faucium, ad Boream alterum, ad Auſtrum alterum. Hos, vt vela nautæ obuertunt, ita ipſe contra ventum quem præſentit, obſtruere ſolet, alterũ aperiens, vnde tranquillitas. Dixi anguſtius, quàm pro rerum copia: fontes tamen vnde hauriatis demonſtraui. P. Quis verò poſsit nolle haurire? Gaudemus preces noſtras tantum apud te valuiſſe: neque defugiſſe eam diſputationem ad quam te accedere nos duo deſiderabamus.

## ANNOTATIONES.

QVEM CIRCITER QVINQVAGINTA) *Nempe lib. 8. cap. 16.* IN IGNE VIVENTES BESTIOLAS) *De pyrali quidem, ſiue pyrauſta hæc Plin. lib. 11. cap. 36. In Cypri ærariis fornacibus, ex medio igni, maioris muſcæ magnitudinis volat pennatum quadrupes: appellatur pyralis, à quibuſdam pyrauſta. Quamdiu eſt in igne, viuit: cum euaſit longiore paulò volatu, emoritur. Eam hiſtoriam ante retulerat & probârat Ariſt. lib. 5. de hiſt. animal. cap. 19. Cæterùm nec gigni, nec vitam retinere in igne poſſe vllum animal, productis rationibus demonſtrat Pererius lib. 1. Commentar. in Geneſ. & ipſemet Ariſtoteles idem confirmat lib. 2. de ortu animalium cap. 3. & lib. 2. de ortu & interitu.* ET IN 2. DE NAT. DEOR.) *Sic Cicero. Cum igitur aliorum animalium ortus in terra ſit,*

*ra ſit, aliorum in aqua, in aere aliorum: abſurdum eſt videtur Ariſtoteli, in ea parte, quæ ſit ad gignẽda animalia aptiſſima, animal gigni nullum putare. Sidera aũt locum æthereũ obtinent, qui quoniã tenuiſſimus eſt, & ſemper agitatur & viget, neceſſe eſt quod animal in eo gignatur, idem quoq; ſenſu acerrimo et mobilitate celerrima eſſe. Quare cum in æthere aſtra gignantur, conſentaneũ eſt in iis ſenſum ineſſe et intelligentiã.* PERPETVO FERAS) *Animalia quamuis ſæuiſſima, quatuor modis manſuefieri poſſe docet Pererius lib. 4. in Geneſ. quo loco de imperio hominis in animantes diſputat. Qui autem cicurabant & manſuefaciebant beſtias, manſuetarij dicebantur.* MAIORA PROFECTO IN AQVIS) *De ſtupenda balanarum magnitudine Baſil. Theodoret. Plin. lib. 9. cap. 30. & lib. 32. cap. 1.* ADMIRANDA NONNVLLA) *Præter eos qui de animantibus commentarios ediderunt, multa Plutarchus, libro, Vtra animantia plus rationis habeant, terreſtriàne, an aquatica. Et alio, Quod bruta ratione vtantur. Baſil. item Homil. 7. 8. 9.* DE DELPHINO HÆC ACCIPITE) *Mirificam hiſtoriam ſuper puero à delphino dilecto memorat Plin. iunior epiſt. 33. lib. 9. Refert etiam exemplum periucundum Pauſan. in Laconicis.*

PRO

# PROGYMNASMA VICESIMVM.

## *Stirpes.*

*SALVIANVS, EPIMACHVS, IOANNICIVS.*

SALVIANVS. Interea dum tu, Epimache, nos per hortulos tuos non vulgari manu, & ad ſenſuum oblectamentum aptiſsimè conſitos circumducis, aliud atque aliud floris, herbæ, & odoramenti genus demonſtras, etiam atque etiam animo permoueor, recordatusq́; verborum Chriſti, quæ apud Matthæum leguntur. (*Et de veſtimento quid ſolliciti eſtis? conſiderate lilia agri quomodo creſcunt: non ſerunt neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut vnum ex illis*) duo mecum verſo: Deum procurantem ſingula quæque, nec maiora ſolum & durabilia: ſed humiliora quoque & fragilia: tantum abeſt, vt hominum curam abiiciat, quorum cauſſa mundum ab initio ædificauit. Quid enim, quæſo vos, tam pretioſum habent lilia, paſſeres, capilli? Et tamen Deus illa veſtit & illi non ſunt in obliuione coram eo, & hi omnes numerati ſunt. Deinde eiuſdem ſapientiam vel in floribus ſe clariſsimè prodentem, quorũ inenarrabilẽ eſſe varietatẽ comperim⁹, qua ſe ipſa rerum natura multò facilius depinxerit, quàm vllius eam oratio expreſſerit: quaque natura

eadem inter ſuæ fertilitatis gaudia laſciuire quodammodo, & variè videtur ludere. Cumq́ cætera ad ſalutē & neceſſariam animantium vſuram per ſæcula & annos generet, flores parit in dies: hoc ipſo genus noſtrum admonens, ſpatio breui languescere, peſſum ire, corrumpi, quæ ſpectatiſsimè florent.

*Quàm citò purpureos deperdit terra colores?*
*Quàm citò formoſas populus alta comas?*
*Quàm iacet infirmæ venere vbi fata ſenectæ,*
*Qui prior Elæo eſt carcere miſſus equus?*

Nec iudico quenquam pictorem tam artificioſum fore, vt floſculorum venuſtates penicillo ſatis bellè queat imitari: nec mixturarum varietatem, ſiue alieni atque multiplices inter ſe nectuntur, ſiue priuatis generum funiculis in orbem, in obliquum, in ambitum quædam coronæ per coronas curra. Bene igitur Saluator, ne Salomonem quidem regem opulentiſsimum vnum lilium, vnam roſam, vnam violam, cultus ſui ſplendore æquare potuiſſe. Et quid eius Regis ornatu ornatius? quid ædibus, inſtrumento domeſtico, rebus denique omnibus magnificentius, lautius, ornatius, exquiſitius? Nonne omnia gemmis, ebore, auro argentoq́ nitebant, collucebant, coruſcabant? E. Initium abs te inductum eſt, Saluiane, ſermonis periucundi de floribus, de quibus has te voluere cogitationes ego non cogitaſſem: quanquam probantur ex mihi, ſpero etiam tibi Ioannici. I. Maximè verò. Certè florum pulchritudini, & nulla pictura imitabili elegantiæ multa video, quæ ferant teſtimonium. Quidquid in re quapiam bellisſimum, præſtantiſſimum

ſimum, perfectiſsimum, potiſsimum, inprimis egregium eſt, floris nomine cohoneſtatur, & florere dicuntur, quorum eſt fælicior, & quaſi elegantior, cõmodior ſtatus atque conditio, quorum ſingularis honos, gloria, vigor, abundantia: quibus demum ineſt aliquid in re quapiam boni. Quid nunc illa vobis non ignota de Cicerone repetam? Flos Italiæ, de tyronibus militibus, flos legatorum, flos populi, flos iuuentutis, & eiuſdem pulueris ſexcenta apud ſcriptores primæ notæ, etiam in iis, quæ carẽt anima, vt flos vini, ſalis, lactis, cœnæ, &c. Sunt & hæc Ciceronis. Vt cùm maximè florere nos oporteret, tum viuere etiam puderet. In ſententiis ſenatoriis, & in omni actione atque adminiſtratione Reipub. floruiſſemus. Crotoniatę florebant omnibus copiis. Sic, florere eloquentia, ætate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis. Doctiſsimorum hominum familiaritatibus domus noſtra floruit. Seruius Sulpit. ad eundem. An vt ea (Tulliola) liberos ex ſeſe pareret, quos cum florentes videret lætaretur? E Lucretio inſederunt quædam in memoria. E lib. 1. Hinc lætas vrbes pueris florere videmus. E quarto. Bina lucernarum florentia lumina flammis. E lib. 5. Principiò circum tribus actis impiger annis Floret equus. Ibid.

*Quò tot facta virûm toties cecidere? neq; vſquam*
*Aeternis famæ monumentis inſita florent?*

Rurſus. Tum mare veliuolum florebat nauibu' pandis. Gemmis florent arbuſta. Dat deinde luculentum illis teſtimonium hominum luxuria, quę veſtibus eos præcipuè flores prouocauit, quorum

coloribus propter excellentiam magis allectamur,
vt roſarum, violarum, heliotropij, & aliorum. Pi-
ctores inſuper ſine parergis nihil pingunt: parerga
ſine floſculis inelegantia cenſentur. Quin alij e-
tiam artifices cum emblemata faciunt, flores ad-
miſcent: nam flos ſola ſpecie ſua quamuis non
colorata delectat, nec vllum eſt nomen, quod v-
ſurpetur hilarius atque dulcius. S. Perfundet vos
delectatione, niſi multùm fallor, id quoque quod
me cùm legerem ſuauitate magna permulſit. E.
Cum dixeris ſciemus quid fuerit. S. Dicam verò,
vos porrò dicite multis. Athenæus tradit Chære-
monem vocaſſe flores nunc Veris, nunc pratorum
filios. I. Eleganter. S. Aeſchylus autem παμφόρου
γαίας τέκνα omniferæ telluris natos. Eoſdem, &
herbas quidam Etruſcus poëta, Zephyri dulcem
familiam, metaphora vtiq; dulci, planéq; poëtica.
E. Tepidus, mollis, blandus, mitis, placidus pater
meritò tam mites, blandos, molles, placidos, tene-
ros, & formoſos procreat liberos. Flabris enim ſuis
terram hortatur, & præparat vernis diebus ad flo-
res herbaſq; omnigenas efferendas.

*Ver erat æternum, placidiq; tepentibus auris*
*Mulcebant Zephyri natos ſine ſemine flores.*

Florum autem prima ver nuntiare dicitur viola al-
ba. I. Sunt ergo hi ſanè quàm grati & expectati Ve-
ris præcurſores atque comites. Et tum amplius iu-
uat viridi nitidum caput impedire myrto, aut flo-
re terræ quem ferunt ſolutæ. Permagnus ſiquidem
eorum vſus in coronamentis, & coronamentorum
vſus quondam creber in conuiuiis & compotatio-
nibus, non lætitiæ modo perfruendæ, ſed ebrieta-
ti

tis quoq; impediendæ. Nam quis poteſt hoc ignorare, vini indulgentius hauſti vaporem ſuperiora corporis, ipſumq; caput petere ſolitum? Vnde cum ſenſus oriantur, eos turbari capite perturbato neceſſe eſt. Hoc ebriis contingit. Præcipiunt itaque rerum naturæ, & τῆς ἀντιπαθείας non imperiti, floribus redimire tempora, eorúmque halitu caput aduerſus temulentiam communire. Calidi enim flores apertiores faciunt meatus, inde patentiores portæ ad egrediendum vinolentis illis ſpiritibus: frigidi, vapores eoſdem Bacchicos ita moderantur ac temperant, vt aſcendentes retundant, & velut refringant: in quo roſæ & violæ excellunt. Quorundam præterea floſculorum odores ſenſuum meatus repurgant, caloris ſui facultate & efficientia humorem attenuant, & ſuapte natura frigidum cerebrum confouent. Quocirca vnguentis etiam è floribus confecto pectus perungebant. S. Mira, nec pauca in commentariis ſuis medici, multa Plinius de vtilitate florum in medicaminibus, quæ ipſis relinquamus. Nos inde colligamus, cum medicinæ tanta ſit & vtilitas & neceſſitudo, præſtantiáque medicamenta è florum materia ſucciſqúe componantur, non eos tantummodo ad oculorum ſenſum paſcendum propter colorem, ad olfactum propter odoris ſuaueolentiam, ſed ad corpus ipſum pertinere, ſuaq; poteſtate partes affectas ſoſpitare poſſe. E. Ne mellis quidem ſimplex, aut modica eſt vtilitas. Atqui hoc de florum ſuccis apiculæ gignunt. Meliſſophyllo ſiue melitide præ omnibus gaudent, quo ſi perungantur aluearia,

non

non fugiunt: cuius copia perfacilè totum examen
retinetur. Eas inuitant halantes floribus horti, &
prata illis gemmantia. I. Quoniam lilium tibi, Sal-
uiane, exordium ſupeditauit huius colloquij, quid
de illo flore argenteo dicis aliquid? S. Diſertius
hunc quàm Plinius num laudauero? Lilium, in-
quit, roſæ nobilitati proximum eſt, & quadam co-
gnatione vnguenti oleiq́ quod lirinon appella-
tur. Et impoſitum etiam maximè roſas decet, me-
dio prouentu earum incipiens. Nec vlli florum
excelſitas maior, interdum cubitorum trium, &
languido ſemper collo, & non ſufficiente capitis
oneri. Candor eius eximius, foliis foris ſtriatis, &
ab anguſtiis in latitudinem paulatim ſeſe laxanti-
bus, effigie calathi, reſupinis per ambitum labris,
tenuiq́ filo & ſemine ſtantibus in medio crocis. Ita
color odorq́ duplex, & alius calicis, alius ſtaminis.
Omitto quæ ſequuntur. Diſſerit pluribus de eius
generibus, & ſationis ratione. Lego etiam florem
regium appellatum lilium, à regia qua pręſtat celſi-
tudine. Supra flores enim alios attollitur, inter-
dum ſpatio cubitorum trium. Et cum florum v-
nuſquiſque ſit hieroglyphicum ſpei, primæ in eo
dantur lilio. Quare in nummis veterum Impera-
torum cernebatur dea, dextera lilium prætendens,
cum inſcriptione. SPES PVBLICA. SPES AVG-
STA. SPES P. R. Eſt præterea ſignum pulchritudi-
nis. Hinc Suſas vrbem Perſidis clementiſsimo ſub
cælo ſitam, & amænißimam, in qua Reges hyber-
na agebant, ad indicandam loci pulchritudinem
ſic nominârunt; lilium videlicet, hoc enim eſt Su-
ſa Perſis. Etſi Stephanus vult à multitudine lilio-
rum

rum illic prouenientium hoc nomen vrbi impoſitum. Eſt inſuper nota virginitatis & pudicitiæ. Itaque in illo cæleſti epithalamio, quod Canticum canticorum inſcribitur, diuina ſponſa dilectum ſuum ait paſci inter lilia, hoc eſt, inter candidiſsimos virginum & iucundiſsimos choros. Qui olim Nymphis faciebant ſacerdotes, lilia candida illis offerebant, florem ſcilicet virgineum virginibus. E. Principatum ergo, quantum intelligimus, roſæ adiudicat Plinius. S. Hoc facit, & tertias dat violis, quarum aliæ purpureæ, aliæ luteæ, aliæ albæ. I. Audiamus etiam nonnihil de roſa ex ore tuo, de regina floſculorum ſcilicet. S. Obſequar ſtudio veſtro, agâque breuiter. Roſam Græci ῥόδον nominãt, ὅτι ῥεῦμα πολὺ τῆς ὀδμῆς ἀφίησι, διὸ καὶ τάχιστα μαραίνεται. Quod odoris fluxum emittat plurimum, qua de cauſſa citiſsimè marceſcat. De hac tam properata ſenectute ac morte non inſulsè poëta anonymus.

*Quam modo naſcentem rutilus conſpexit Eous,*
*Hanc rediens ſero Veſpere vidit anum.*
*Sed bene, quod paucis licet interitura diebus*
*Succedens æuum prorogat ipſa ſuum.*
*Collige virgo roſas, dum flos nouus, & noua pubes,*
*Sed memor eſto, æuum ſic properare tuum.*

Taceo cauſſas fabuloſas, cur, cum alba eſſet prius, in rubedinem verſa, & vnde tantam ſit adepta fragrantiam. In eius laudibus multus eſt Aracreon. Vocat καλλίφυλλον pulchricomam φέριστον ἄνθος præcellentiſsimum florem, ἔαρος μέλημα curam veris, θεοῖσι τερπνὸν deorum delicias. Poëtæ latini & Græci reliqui quantum eidem honorem habnt? Non

ſolum

ſolum quæ inſtar roſarum rubent, verùm etia
quæ bella & nitida ſunt, pura, candida, & quæ
ſanguine diffuſo & intermixto candida, roſea v
cant: verùm ab illa roſarum ſpecie, in qua niue
candor rubore quodam coniunctus eſt. Tertium
genus omnino album eſt, quò non reſpiciunt. P
mum prorſus purpureum, nimióq; rubore vi
ardens atq; nigricans, Germanis Kolroſen à ſimi
tudine viui carbonis, apud [illegible]
Alterum à ſimilitudine coloris, quem carneum d
cimus, leibfarbroſen. Hinc manifeſtum erit, qu
illa ſibi velint, os roſeum, ceruix roſea, digiti ro
genæ roſeæ, roſeis Aurora quadrigis. Phœbum r
ſeum peruenuſtè appellat Maro, & Lucret. de ſo
loquens, roſeam lampadem, roſeam facem. Hi
poſtremò vox, roſeus, hoc, vt audita non pariter de
lectet: quoniam animo ſtatim rem ſuauem & dele
ctationis plenam obiicit: quod cum fit, ipſa ind
vocabula gratiora dulcioraq; fieri conſueuerunt.
Nec eſt aliud quamobrẽ Germani cũ de ſacroſa
cto ſanguine Liberatoris in cruce profuſo loquun
tur, ita ferè ſemper loquantur, das roſenfarbe
vnſers lieben Herren Jeſu Chriſti: rarò autem
perinde ſuauiter, das koſtbarliche/ das teure
aut tale quippiam. E. Floridè florem florum la
dauiſti. At mihi ſtat non dimittere te ex iſtis h
tulis meis, niſi herbulas meas ſimiliter prædica
ris. S. Tuæ iſtæ herbulæ faciunt quod aliæ, viren
culos intuentiũ recreãt, odore nares, ſapore gu
tum. Valent ad alimoniã, valent ad medicinã
laudatonẽ, verbis breuem, ſententiis longiſſi
E. Plur Saluiane. S. Dic tu plura Ioannici, L. He

hæ quędam ſponte naſcuntur, quibus vtimur in cibis, quales in Italia nominat Plinius fraga, tanum, ruſcum, batin marinã, batin hortenſianam. Præter eas paſtinacam pratenſem, lupum ſalictarium. In Ægypto colocaſiã, condryllam, hypochænidẽ, caucalim, anthriſcum, ſcandicẽ, parthenium, ſtrichũ, corchorum. E. Sit modus. Quis hæc tam inaudita, & ferrea nomina intelligit? Illa nouimus & intelligimus, lactuca, braſsica, beta, cichorea, bulbi, ruta, mentaſtrum, ſaluia, fœniculum. I. Dicam quod lætius ad aures admittas. Exiſtimant eruditi, nihil non herbarum vi effici poſſe: ſed plurimarum vim naturamq; non eſſe cognitam & exploratam. Cuius rei cauſſas proferunt has: quod eas agreſtes literarumq; neſcij experiantur, vt qui ſoli inter illas viuant: præterea ſecuritatem quærendi, obuiam medicorum turbam. Multis etiam inuentis nomina deſunt. Accedit ratio inuentionis anceps. Quapropter etiam in repertis alias inuenit caſus, alias (vt verè dicam) Deus. Herbis ad conciliandam formæ gratiam veteres vtebantur, iis veſtes inficiebant, lapides tingebant, parietes pingebant. Corona autem graminea nulla fuit nobilior in maieſtate populi terrarum principis, præmiiſq; gloriæ. Sed cur tu, Epimache, tam paucas ſeuiſti arbores? E. Seui ad oblectationem, cui tot videbantur ſufficere: nec alimentum potius ex iis, quàm vmbram, ex horto decus quæro. S. Sacraſtine aliquam Apollini laurum, Mineruæ oleam, Herculi populum? E. Non, ſed habeo, quas, ſi exaruerint, & fœtum negauerint, Vulcano conſecrem. I. Lepidè. Atqui cum tot commoda ſint arbo-

arborum, illorum gratia plures ſerendæ videan-
tur. Tam mites varioſq́ edunt fructus, menſasq́ cõ-
ficiunt ſecundas, iis maria nauigamus, ædes con-
ſtruimus, ſtatuas fabricamur, focos excitamus, mil-
le præterea ſunt earum vſus. E. Syluam tu mihi
non hortum prædicas: ſylueſtres enim pleræq́ re-
bus huiuſmodi aptiores cenſentur, quàm horten-
ſes, ſiue illis defluant folia, ſiue ſempiterna co-
vireant. I. Defluunt & vrbanis, ſiue mitibus, quæ
nimirum fructu, aut aliqua dote vmbrarumq́ of-
ficio humanius iuuant. Sylueſtres quibus non de-
cidunt frondes, numerantur hæ, abies, larix, pina-
ſter, iuniperus, cedrus, terebinthus, buxus, ilex, a-
quifolium, ſuber, taxus, tamariſcus: reliquæ om-
nes folia perdunt: obſeruatumq́, non areſcenti-
tenuia, & lata, & mollia. Quæ verò non decidunt,
callo craſſa & anguſta eſſe. E. Par eſt nunc eius
interrogare te, quare legumina plura non ſeueris:
hîc enim tantum videtis areolas cum cicere, faſeo-
lis: non hîc eruum, vicia, faba, lupinus, lenticula,
piſum, panicum, milium. Quod ſi te duxiſſem in
agros meos, velles ſeminaſſe me frumẽti omne ge-
nus, far, ſiliginem, triticum, ador, hordeum, a-
nam. Ego verò quid in quoque terræ genere ſeri
debeat, è ruſticarum rerum auctoribus didici. S.
Bonus igitur agricola, ſeu bonus colonus Epime-
chus. E. Studeo me eſſe. I. Non ergo plura in-
ſto negotio, ne ſus Mineruam. E. Non plus tamen
attigi doctrinæ illius ſcriptæ, quam adoleſcentulus
potui, ſtudiis humanioribus deditus. Proinde ni-
hil eſt cur vereare, ne in mare aquam. Quid autem
fructus capitibus veſtris impendentes nõ carpi-
c

tur non legitis flores, & humi naſcẽtia fraga? Omnia mea veſtra ſunt, quia & ego veſter. I. Saluianus fecit, vt præ voluptate inter nos ſuper hortenſibus ruſticiſue rebus colloquendi, alterius voluptatis nos cæperit obliuio: quæ tamen, quoniam ſenſibus blanditur, non eſt, vt cum illa alia, quæ animis hauritur debeat comparari.

## ANNOTATIONES.

STIRPES) *Stirps eſt corpus miſtum, anima vigente præditum, per quam è terra exit, viret, alitur, augetur. Finis ſtirpium vt animantibus ad alimentum proſint, ad ſanitatem quoque, & voluptatem. Omnium incredibilis multitudo, incredibili varietate diſtincta, hac poteſt diuiſione comprehendi: vt aliæ ſint hortenſes, aliæ ſylueſtres, ſeu agreſtes: aliæ fructiferæ, aliæ ſteriles, aliæ floriferæ, aliæ floris expertes. Præterea quædam terreſtres, quædam aquatiles: rurſumq́; harum aliæ paluſtres, aliæ fluuiales, aliæ marinæ. Quædam ſempervirent, quædam quotannis per hyemem foliis nudantur. Iam quæ in hoc progymnaſmate de floribus & coronis afferuntur, ea plenius diſcere licebit ex Plinio, lib. 21. ab initio, Rhodig. lib. 27. cap. 26. De arboribus legendus idem Plinius lib. 12. à principio, earum octuplicem varietatem doctiſsimè perſecutus eſt in explanatione Cantici trium puerorum apud Danielem Bened. Pererius.* HERBIS AD CONCILIANDAM FORMÆ) *Plin. lib. 22. cap. 1. 2. 3.*

# PROGYMNASMA PRIMVM ET VICESIMVM.

## Mundi præconium.

*SAPIENTES, VVLGVS.*

SApientes. O mortales, ô ægri mortales, & in craſſa caligine hoc æui quodcunq; eſt decurrentes, curis ſordidatis vacuatos & expeditos huc appellitote animos, noſtrarumq́; vocûloquelam cum diuis beneuolentibus perbibite. Ad agnoſcendum, venerandum, amandumq́; ſacratiſsimum mentis ſempiternæ numen, ob immenſam eius infinitamq́; ſapientiam cum pari poteſtate & bonitate conſociatam, nihil credite opportunius: ad docendum ac diſcendum nihil exiſtimate ſuauius mundi (qui cælo & terra, iiſq́; naturis, quæ vtroq; continentur, iam pridem definitus, cæleſtium atq; hominum communis eſt domus) præſtantiſſima excellentia: ſunt enim in eo ſumma omnia: Magnitudo molis vaſtiſsima, rerum diuerſiſsima diuerſitas, magnificentiſsima ſpecies, elegantiſſimus ornatus, amabiliſsima pulchritudo, valentiſsimum robur, firmiſsima diuturnitas, venuſtiſsimus partium vniuerſarum conſenſus, bonorum quorumblibet vberrima copia, perfectiſsima abſolutio, cóplexus coercens & includens quæ dici, quæq; fingi poſſunt, minima, mediocria, maxima. Iam nobile eſt hoc à nobiliſſimo opifice pro-

fectum

fectum opificium, tam pręclarè ędificatus eſt mundus, vt cuiuſuis rei cum eo collata præſtantia, nullo ducenda loco videatur. Nihil vtiq;, nihil rerum omnium melius eſt mundo, nihil præſtabilius, decentius, ſalutarius: ne cogitari quidem quidquam poteſt conuenientia eius tanquam membrorum aptius, vſu commodius, motione cōſtantius, ordine ipſo diuinius. V. Compluſcula coarctaſtis, & peranguſtè referſiſtis in hoc ſermunculo, quæ noſtra hebetudo nunquam dilatauerit. Quod enim vobis, quàm ipſis nobis longè perſpectius, vulgus neq; ea quæ ſupra ſe, neq; ea quæ infra ſe, neq; ea quæ ante pedes intelligit, & errabundum ſententiis atq; opinionibus, ad ductum veſtrum ſe applicare cogitur, quorum deſtitutum adiumentis, & orbatum præſidiis, vitam brutam, cæcam, ſtultam viueret, beſtiarumq; vitæ ſimillimam. Vos oculi noſtri, vos aures, vos lingua, vos manus, vos mens noſtra, vos duces, magiſtri cogitandorum, dicendorum, agendorum: vos parentes noſtri: ſiquidem ſapientia, cuius eſtis compotes, iurè moderatur, & præſidet omnibus. Ne igitur grauemini exædificare hoc opus quod inſtituiſtis, cuius iam formam opinione maiorem melioremq; aſpicimus. S. Prodeſſe contendimus humano generi, neq; bonum quod poſsidemus, inuidemus pluribus: ſed contra voluptatem magnam percipimus, ſi idipſum in aliis, vel cumulatius etiam ineſſe perſpiciamus. De hoc igitur bono, cuius vocabulo, mundi nempe, bona comprehenduntur omnia, audire inſiſtite. V. Vacat animus, vacant aures. S. Varietatem rerū quas mundus habet, nec ſenſus vlli percurrere, nec

mens vlla queat comprehendere. Sunt in eo ab admiſtione corporea penitus alienæ ac liberæ vitæ ſimplices quib⁹, quia nuntij & interpretes Dei ſunt, ab officio maiores noſtri angelis cognoměntũ indiderunt. Hiſce naturis intelligentibus inter omnia ab auctore naturæ condita nihil nobilius: prima vtique eademq́ præclariſsima pars vniuerſi, & quæ Dei ſpeciem maximè propter ſimilitudinis perfectionem nobis obiiciat. Sunt rurſus, quæ ſine corporea mole nulla ſint omnino, quorũ exempla adiungere nihil neceſſe eſt. Genus quoddam tertium inter iſta duo intercedit, idq́ homines complectitur, quos è corpore & animo coagmentatos ſcimus. Angeli nouem ordinibus diſpertiuntur: eorum cum ſit innumera multitudo, quod nemo non credit, ſi ne duo quidẽ vna eademq́ ſpecie continendit, ſi ne duo quidẽ vna eademq́ ſpecie continentur (quod à Theologorũ principe literis eſt proditũ) quanta erit hæc, & quàm diſsimilis diſsimilitudo? quanta, quamq́ incõprehenſa varietas? In corporibus cũ alia ſint ortus & occaſus neſcia, vt globi & aſtra, planum eſt, quàm oræ illæ cæleſtes varietate ſua ornatiſsima ingentem nobis dent lætitiam, cum ſolem, lunam, ſtellas ſitu, magnitudine, modis aliis differentes ita contemplamur iucundè, vt expleri contemplando nullo tempore queamus. Iterum, cum alius ſit ordo corporum orientium & occidentium, vt quæ infra lunam verſantur, eorumq́ partim ſint animæ expertia, vt elementa, vt lapides, vt metalla: partim viuentia ſeu animata, vt arbores & ſtirpes: partim non vita ſolum, ſed inſuper ſenſu motuque cumulata, vt animalia extra hominem: quæ ni-

ciu-

tione tandem quiſpiam in vnoquoque horum ſingulorum trium generum varietatem cognouerit? Quàm inter ſe diſtantes, verbi cauſſa, lapides? quàm diſcrepantes arbores? frutices? quàm differentes fructus? herbæ? Quot genera quamq́ue diſparia cicurum ferarumq́ue beſtiarum? Aeriarum verò quot pictæ varietates? & earum quæ fluminibus & mari occultantur, quàm incredibile ac latè patens diſcrimen? earum ſpecies, ait Plinius, reperiri quatuor ſupra ſeptuaginta, præter cruſtis intectas, quarum genera ſint triginta. Fecerunt alij piſcium centum quadraginta quatuor genera, & locuti ſunt de piſcibus ſua memoria, ſibiq́ue tantum notis. In pennigeris item tot diſcrimina. Iam quàm multis non conueniant homines, ac proinde quantam & ipſi varietatem efficiant videte. Diſcrepant forma & lineamentis, vultu, geſtu, voce, inceſſu, ingenio, affectu, propenſione, lingua, ſtudiis, factis, moribus, ætatibus, locis natalibus, legibus, inſtitutis, religionibus. Certè velle ſuum cuique eſt: nam quot homines, tot ſententiæ. Verum enimuero iſthæc ipſa, in qua exponenda occupamur varietas, adeo ſpecioſa, elegans & decora eſt, vt nullum rebus quanquam diſſimilibus inſtructiſſimum palatium elegantius cogitando depingere poſſitis. Nam & in ipſa figura rotunda decus eſt non mediocre. Etenim quid ea figura, pulchrius, quæ ſola alias omnes figuras amplectitur, quæq́ue nihil poteſt habere aſperitatis, nihil offenſionis, nihil inciſum angulis, nihil amfractibus, nihil eminens, nihil lacunoſum, cuius partes omnes inter ſe ſimillimæ, & cuius extrema tantum

diſtant à medio, quàm idem à ſummo, quo nihil a-
ptius. Deinde quomodo in corpore noſtro oculis
haud quidquam venuſtius eſt ad aſpectum, aut a-
mabilius: ſic in cælo ſideribus, qui ſunt eiuſdem o-
culi, verè nihil eſt formoſius. De cultiſsima & amœ-
niſsima facie terrarum, de perſpicuitate aquarum,
de honoribus arborum, de conformatione tam
bella animalium, de prædicanda hominum pul-
chritudine quid dicemus? Percipite nunc quàm in-
ualidum hoc Dei opus. Quæ vrbs eſt inexpugnabi-
lis? quæ tandem machinamentis euerti non poteſt?
At quos arietes, quæ torméta muralia huic ampliſ-
ſimæ munitiſsimæq; vrbi adhibebimus? quæ tela,
quę ſaxa in eã contorquebimus? quibus eam copiis
adoriemur? qua obſidione circũdabimus? quibus
inſidiis in poteſtatem adducemus? Adamantina ad-
inuicta eſt, isq; ſolus eã deſtruxerit, qui conſtruxit.
Non vt aliæ, quæ quodam tempore florentiſsimæ
fuerũt, nunc proſtratæ & dirutæ ante oculos iacẽt,
ſic illa olim iacebit, cùm nexus eius, compages, &
vincula ſint firmiſsima, iáq; annis quinquies mille,
& ſexcentis perdurârint. Quòd ſi præterea nõ eſſet
tam eximia rerum collocatio: ſi partes non tam a-
ptè, tã congruenter & mirabiliter inter ſe colligatæ
atq; deuinctæ: ſi tam idoneus nõ eſſet ordo, ſubor-
dinataq; omnium ſeries, nonne quo eius cernitur
ingentior moles, quo eſt naturis refertior atq; di-
ſtinctior, eo ad ſpeciem foret deformior, ad motũ
impeditior, ad effectũ impotẽtior, ad ſe tuendũ in-
firmior, ad longinquitatẽ temporis fragilior? Nulla
pars eſt, quæ non cõuenienti ſibi, cõgruentiq; loco
cõſtituta ſit. Terra infimũ tenet, hanc inũdat aqua,

ſupe-

ſuperior eſt aer, ignibus altiſsima ora eſt reddita. Cauſſa grauitas & leuitas, ob quam alia elementa deſcendunt, alia aſcendunt. Nec benè ſit aeri aut igni ſi inferiores, nec terræ aut aquæ ſi ſuperiores ſint. Sic aliis in rebus pro dignitate & conditione ſua nobiliore, quædam celſiora occupant, quædam inferioribus contentæ quieſcũt, nullo diſsidio aut pugna. Intercedunt inter has quædam mediæ, & aliæ aliarum vi, agitatione, effectione, conſilio mouentur, diriguntur, conſeruantur. Eſt porrò tam arcta hæc rerum partiumqúe copulatio, tanta earum velut conglutinatio, non modo quà dimenſionis ſeu ſpatij, vt nihil relinquatur inane, verùm etiam quà ſpecierum naturalium, nimirum vt ſit nuſquam interrupta ſeries: quod magis excellentiæ mundi aduerſaretur, quam vacuo interiecto corporum ipſorum diſiunctio atque interpolatio. Eſt & hoc in mundi bonis haud poſtremum, rerum συμπάθεια, & ἀντιπάθεια, cognatio naturæ, & quaſi concentus atque conſenſio quarundam, aliarumqùe diſcordia & repugnantia ſeu diſſenſio: quæ conſideratio apud viros ſapientes magnam habet admirationem, magnam voluptatem. Quærunt illi, & diſputant, quare magnes ad ſe ferrum trahat, non lapidem, aut lignum. Cur ita ſe oderint braſsica & vitis. Cur echeneis ſeu remora piſciculus nauim licet magnam & rapido curſu volantem retineat, & alia eiuſdem farinæ, de quibus egerunt, qui naturæ arcana ſcrutati ſunt. V. Vel hæc ad commendationem mundi ſatis egregiam magnificamquè ſufficiunt, & quæ initiò dicebatis de Deo,

non parum ex hac diſputatione veſtra elucent, ſequimurq́; quod nobis in tantis ignorantiæ tenebris lumen præfertis. S. Poſſunt plura afferri in medium. Aiebamus eſſe bonorum omnium affluentiſſimum: quid ni enim, ſi in eo ſunt omnia, quod etiam affirmauimus. Nam quid præter hoſce quatuor rerum gradus, eſſe, viuere, ſentire, intelligere, & ſingulorum genera ſpeciesq́; ſubiectas inueniemus? Et quid vſpiam eſt, aut quid condidit Deus, quod mundus non includat, quod ad eum non pertineat? Quid rerum omnium inter ſe proportio, & concinna compoſitio, quàm eſt obſtupeſcenda? quam ſimilis illi, quæ eſt in humano corpore? Vnde tanta eius & hic & illic pulchritudo exiſtit. Ipſa inſuper mundi rectio & adminiſtratio excellentiſſima, & ad conſiderandum iucundiſſima eſt. Non minore beneuolentia ac largitate paruis, abiectis, quàm maximis quibusq; & illuſtriſſimis rebus prouidit Deus, & quæcunq; ad propagandam tuendamq́; vitam aut vtilia eſſent, aut neceſſaria, munificentiſſimè ſapientiſſimeq́; comparauit: cuius prouidentia fieri omnia cum ſumma ratione & ordine planiſſimè docent, quæ ſenſu cognitionèue carentia, certis viis citra errorem ad finem perueniunt, haud ſecus, quàm ſi actiones fineſquè ſuos ipſa cognoſcerent. Quod idem rerum quam videmus æqualitas demonſtrat. Cum enim ex contrariis & pugnantibus mutuùm concretus ſit mundus, ſiccis humidis, calidis frigidis, grauibus leuibus, ſunt tamen ita ex æquo temperatæ res, vt dum vires ſuas viciſſim minuunt, atque atterunt, & ſeſe aliquo tenus p-

rimant

rimunt, non ſolum non peſtem ac perniciem, ſed ſalutem illi ornamentumq́ concilient. Vt in ciuitate, quæ ex diuerſis hominum generibus cum ſit conflata, pauperum diuitum, iuuenum ſenum, ægrotorum benè valentium, bonorum, improborum, ex multis tamen vnus, & ex diſſimilibus ſimilis ſtatus efficitur. Cœleſtes illi globi his quæ ſub luna conſtant rebus longè præſtant, quia è ſubſtantia nobiliſſima confecti, nullum ſentire poſſunt interitum. Nihilominus quod pauci, quòdque infæcundi, & alios ſibi pares procreare nequeunt, quodammodo ignobiliores ſunt. Quæ in animalibus imbecilliora generantur, & à validioribus deuorantur, numeroſiora & fœcundiora: illa alia, diriora & rapacia ſcilicet, tum in auibus, tum in quadrupedibus, rariora viſuntur. Iam vt in bene conſtituta Repub. commune bonum priuato antefertur: ſic in iſta auguſtiſſima, & optimè ordinata Repub. cum videlicet graue contra naturam ſuam ad impediendum vacuum fertur ſurſum: animantes quædam viliores carnibus ſuis generoſiores alunt, vt hæ potius viuant, quàm illæ: cum aqua, quæ ſecundùm naturę ordinem totam tellurem contegere, illaq́ multò amplior eſſe debuit, propter ſtirpes & animantes & locum humiliorem, & minorem molem obtinet. Quod autem cum bonis herbis etiam peſtiferæ progignuntur, vt cicuta, aconitum, elleborus, mandragora, non ideo in reprehenſionem vocandus eſt Deus: non enim omnia nobis pro alimento eſſe voluit: ſed ad abſolutionem vniuerſi permulta fecit, habemusquè rationem inſitam, per quam

noxia fugiamus, & ſalutaria conſectemur. Deinde quæ nobis nocent, beſtiis proſunt, quorum pabula ſunt. Cicuta veſcuntur ſturni, elleboro coturnices. Quod verò etiam animalia virulenta condita ſunt, videri poteſt feciſſe Deus, quod puerorum inſtitutor & pædagogus, qui plagis ac verberibus ingenia ad improbitatem procliuia cogit ſeruire officio. Et ex illis quoque medicina petitur. Atq; vt generatim dicamus, quæ videntur mala in mundo, ſuntq; naturæ vitia, ea ipſa ad eius ornatum perfectionemq; conducunt, & quanta ſit non vitioſorum præcellentia nos monent. V. Oratione veſtra tam erudita, & in qua nihil implicitum aut tortuoſum, rudibus atq; imperitis nobis, ad Deum ex opere ſuo tam ſingulari admirandum colendumq; permultùm contuliſtis. Intelleximus perſpicuè, nihil mūdo eſſe melius, nihil præclarius, pulchrius, ſalutarius: nihil aſpectu ornatius, motu conſtantius: & omninò non ſolum nihil eſſe, ſed nec informari quidem cogitatione quidquam poſt Deum nobilius poſſe. Et quanquam vos plura dicturi videmini, attamen ne imbecillitas noſtra obruatur, in præſens plura audire non optamus. Audita prius perpendenda, & in animis frequentanda, & concoquenda ſtatuimus.

## ANNOTATIONES.

CVM DIVIS BENEVOLENTIBVS) Repete quæ dicta ſunt à me in dialogum 1. volum. 1. ſuper illo. diuis bene iuuantibus. PERBIBITE) Auctores optimi ad audiendi auiditatem tranſtulerunt verbum, bibere. Horat. ode. 13. lib. 2.

*Sed magis.*
*Pugnas & exactos tyrannos*
*Denſum humeris bibit aure vulgus.*

Propert. lib. 3. Incipe, ſuſpenſis auribus iſta bibam. Cicero tranſlatè poſuit combibo, pro penitus percipio. de Finib. Inſici iam debet his artibus: quas ſi combiberit, dum tener eſt, ad maiora veniet paratior. Hoc eodem modo nos adhibemus verbum Perbibo. Plautus quoq; verbum edere accepit ea ratione, qua attentè audire. Aulul.

*EV. Nimium libenter edi ſermonem tuum.*
*ME. An audiuiſti? EV. vsq; à principio omnia.*

In Moſtellaria ſimili metaphora dixit, guſtare ſermonem, in Pœnulo deuorare orationem. In Aſin. deuorare dicta. QVANTA ERIT HÆC, ET QVAM DISSIMILIS) Cum ſint prope innumerabiles angeli, ne duos quidem eadem ſpecie comprehendi docet D. Thomas. Cogitemus igitur (ſi vera eſt hæc opinio) quam ſit delectabilis inter angelos varietas. Planè, vt ſi in latiſſimo prato eſſent flores innumeri: ſi eſſet, inquam, coopertum floribus ſpecie & odore ſuauiſſimis, & nullus tamen alteri ſimilis. BRASSICA ET VITIS) Cic. 2. de nat. deor. Iam verò

vites

*vites ſic clauiculis adminicula, tanquam manibus, apprehendunt, atque ita ſe erigunt, vt animantes. Quin etiam à caulibus, braſſicisq́;, ſi prope ſati ſint, vt à peſtiferis, & nocentibus reſugere dicuntur, nec eos vlla ex parte contingere.* REMORA PISCICVLVS NAVIM) *Baſilius Homil. 7. ſub ſinem. At ſi audieris maximas naues extentis velis ſecundo per æquora flatu labentes, piſciculum minutum remoram dictum, ſi carinæ adhæſerit, adeo facilè ſiſtere, vt immobiles haud paruo tempore detineat, moreturq́; quaſi in ipſis mediis fluctibus fixas, nonne ab exiguo quoque piſce demonſtrationem eandem acceperis ipſarum virium creatoris? Qui leui à ſtudio vel virtutis, vel ſapientiæ arcentur, ij ſimiles ſunt naui à remora ſeu echeneide retardatæ. Qua de re elegans eſt emblema Alciati, quod ſubiiciam.*

*Parua velut limax ſpreto Remora impete venti,*
*Remorumq́; ratem ſiſtere ſola poteſt.*
*Sic quoſdam ingenio & virtute ad ſidera vectos*
*Detinet in medio tramite cauſſa leuis.*
*Anxia lis veluti eſt, vel qui meretricius ardor*
*Egregiis iuuenes ſeuocat à ſtudiis.*

Plura lege de echeneide apud Plutarch. 2. Sympoſ. quæſt. 7. & 2. Problem. quæſt. 3. Pierij hieroglyph. lib. 30.

GEOR-

# GEORGICA, SIVE DE RE RVSTICA.

# PROGYMNASMA ALTERVM VICESIMVM.

## *Prædicatio vitæ ruſticanæ.*

POSTQVAM *venit in imperium Diocletianus, quoddam facinus effecit moderationis modeſtiaq; cuiuſdam inuſitatæ plenum, atq; ideo quamuis multa gratia & illuſtri laude à poſteris excipiendum. Nam qui poteſtatis magnitudine, & rerum fortiter fæliciterq; adminiſtratarum gloria, humanum erat faſtigium ſupergreſſus, Auguſtorum omnium primus conſortem ſibi, quicum terrarum orbem partiretur, aſciuit, Aurelium ſcilicet Maximianum commilitonem & amicum peruetérem, cui prouincias ad occidentem tradidit, Italiam. Africam, Galliam, Hiſpaniam, & Britanniam: cæteras ad orientem pertinentes ſibi habere voluit: & illum quidem Herculium, ſe Iouium cognominauit. Poſt annos vicenos æquè glorioſum ſuperiori adiecit. Cum etenim ſiue propter ingraueſcentem ætatem, ſiue perpetuò blandientis fortunæ faſtidium, ſiue ſummam benè imperandi, quam penitiſſimè nôrat, difficultatem, ſiue aliam quamcunque ob cauſſam, in humeros alius tranſlata mole, imperio abeundum, & ad vitam inhonoram ſed tranquillam ſecedendum conſtituiſſet, Maximianum quoque ad ſententiæ communionem, non tam indifferentem cohortando induxit, quam inuitum reluctantemq; præcipiendo coegit. Conſilio iam explicito, Ga-*

*lerioq;*

leriòq; Maximino, & Conſtantio Chloro Auguſtis ex Cæſari-
bus appellatis, eodẽ die inſignia imperatoria exuẽtes,
priuati conditionẽ repetiuerunt, ſeſeq; Diocletianus in Dal-
matiam, vnde oriundus, recepit, atq; in villa prope Salona
oppidũ decenniũ ipſum, haud copioſo lare, in hortulorũ cu-
tione tranſmiſit: quem cõpleto anno duodeoctogeſimo dies ſu-
premus occupauit, duo relinquentẽ exempla, quæ plus admi-
rationis, quã imitationis inuenerunt: primus imperiũ
communicauit: primus vltro eodẽ ſe abdicauit. Maximianus
in Lucaniam profectus, aliquanto poſt dulcedine imperii
reſumendæq; purpuræ irritatus, ad Diocletianum Carnu
forte commorantem abiit, eiq; eandẽ inijcere mentẽ, ſed
mentẽ demẽs inſtituit, inutiliter. Abnegauit enim, incep
& ſedibus hæſit in iiſdẽ, vt de Anchiſe dixit Virgilius: &
quoq; profatus eſt: Vtinã Maximiane apud Salonã inſpicere
poſſes oluſcula, mea manu inſtituta: profectò nunquam
me poſtulares. Inſuper nullos vnquam in omni vita ſoles
latiores affulſiſſe aſſeruit. Mihi porrò de laudibus rei ruſtic
dialogũ ſcripturienti, itáq; in conſequẽtes huius claſſis
προοιμιάζεσθαι cogitanti, amborum perſonæ aptiſsimæ ſu
viſæ, in quos ſermonem conferrẽ. Quis namq; conuenientius
ruſticatũ tueatur ac celebret, quàm qui ipſe ruſticatur quo-
tidie? & quidem vſq; adeo dulciter, adeoq; ſua iſta ſorte con-
tentus, vt ob id in florentiſsimis nominandum ſe arbitrar
Præterea plus continet grauitatis, hominibus vetuſtis
in luce verſatis afficta & attributa oratio: quæ ſic intrat
animos legentiũ, ſic eos afficit, non vt ſcriptorem, ſed
dem ipſos, quos ille introduxerit, facere verba
Aduenit igitur peregre (vt dialogorum more nos fingimus)
ad viſendum collegam quondam ſuum Maximianus,
to operi vacantem offendit. Secundùm conſultationem
vmbra conſident: ibi alter maieſtatem munúſq; imperato-
rium extollens, ruſticationem deprimit: ab altero occurri-
tur, & benignius agreſtis illa vita commendatur.

MAXIMI

# MAXIMIANVS, DIOCLETIANVS EX AVGVSTI.

MAXIMIANVS. Salutem ego à principio tibi maximã Diocletiane, ac præſentes deos deaſq; quibuscunq; ſtudium tueri agros & agricolas. Quid tu? quo pacto hic? ſatin' rectè? D. Egóne? Nec vſquam, nec vnquam rectius. Dij te ſaluum velint maximiane. Equídem permiram accipio voluptatem, cum te conſpicio in his ſedibus, atq; in hoc regno meo. Ac vellem tibi ſecundos ſalutareſq; agreſtûm deos precari contra poſſe: proſperiorem hercle curſum tenerent res tuæ, quàm modò tenent, dũ extra te ipſum te quæritas: dum, inquã, te imperio, vel potius imperium tibi reſtituere noctesq; dieſq; machinaris: quò deintegro inſerare cõpedibus, & conſtringare vinculis, quibus te cum exemplum meum inſecutus, tum voluntati etiam meæ obſecutus ſapienter leuaueras, omninoq; laxaueras. M. Atqui compedes iſtæ, mi Diocletiane, graues & ponderoſæ mihi nunquam fuerunt: nec me iſtis funibus tuis conſtrictum, & alligatum ſenſi. Quare hæc ipſa quæ dicis vincula (ita me amabit Iupiter) niſi contra auctoritatem tuam venire nefas iudicaſſem, ſola in morte dimiſiſſem. Ac ſi iam in fugiendis numeras, ſi vt ſeruitutem auerſaris Imperatorem eſſe, circumſpice, quæſo, paulisper, quo patrono mecum in iudicium deſcendas, ſi te plagij arceſſam, qui me hominem natũ & educatum in libertate, captiuũ effeceris, & in hanc ſeruitutem ergaſtulumq; per extremam iniquitatẽ

contru-

contruſeris, cum ſeruitus ſit poſtremum malorum omnium, cui non ſecus quàm turpitudini mors debet anteponi. D. Scire licet, multa mortales experiundo demum cognoſcere, eaq́; ferme in receſſu angores conciliare, & cruciamenta gignere affatim, quæ primitus mera delectamenta pollicebantur. Quod quanquam non omnes vident, aut credunt, aut ſentiunt, non ideo non quàm veriſſimum tute credas. Sed quia ego runcando, rigando, tu de via feſſus es: & tametſi lactuculæ ſerendæ accingebam, tamen in craſtinum hac dilata ſatiuncula ſub arborem è vicino ſuccedamus, atque in illis, quæ ibi ſunt, ſedeculis artus languidos flectentes, ſolemq́; ſæuiora ſpicula per nubes iactare aggredientem declinantes, colloquio demus operam, quæq́; animus tulerit, dictis exſequamur. M. Ego verò ita faciendum cenſeo: eamus feſſum. Stabit à me forſitan hodie fortuna propitia, cum te ad capeſſenda denuo mundi gubernacula commouebo, & ad longum vale huic vitæ generi laborioſo, inglorio, & immundo dicendum inducam. D. Hem ſpes audaces, ac proiectam pœne confidentiam. Tu vt me ab agellulis, à deliciolis meis, tu vt me à beatiſſimo ſtatu quem probro & crimini putas eſſe oportere, vllis ſophiſmatis, acutulis concluſionibus alienes? Tu vt me ad iſtum cauum retrahas, id eſt ad remum des? Hoccine placet? ſiccine pro fungo me habes? Fugæ ſperare ta ἀδύνατα. Ego te citius aratorem ex hoc ſermone dimittam, quàm tu me rurſus Auguſtum aſpicias. M. Dij immortales támne cœpæ, & cicutis allium nocentius bene olent? Támne in aſparagis, pepo-

nibus

nibus, apio, braſsica, ruta, menta, fœniculo, pomis, oleis, oleribus, radiculis, arboreis fœtibus eximia, & paucis intellecta mortalibus beatitudo? Quomodo? paſtinúmne quàm ſceptrum diuinius? cauſa quàm diadema ſplendidior? rheno quàm purpura nobilior? puluis & illuuies quam palatinæ munditiæ purior, quàm auguſtales lautitiæ illecebroſior? Ergo iam ouium aut capellarum preſſare palmis vbera, caprimulgum, inquam, aut bumulgum profiteri, & premere vrbibus caſeolos, vnde tibi dextra grauis ære domum redeat, præſtantius autumas, quàm moderari populos, deorúmque magnorum in terris ſuſtinere perſonam, & agere vicarios? Scis quàm non indecoro puluere olim ſordidabamur: at iſte puluis, qua humo laboranda inquinaris, & hoc lutum quo turpatus incedis, nihil affert honeſtatis, nihil ornamenti. Cur tu victrices iſtas, telíſque proiiciendis, & vibrandis in hoſtem ſtrictis enſibus aſuetas manus ligonibus, raſtris, falcibus ſubmittis? Quid te viticulis deponēdis, & ablaqueandis: quid herbularum expurgationibus, conſitionibus, inſitionibus aſsiduò delaſſas? quid te cum moleſtia toties incuruas, cui ſe nuper incuruabant, & ad pedes ſupplicabundi prouoluebant opulentiſsimi reges? Quin te reuocas? quin partem quietis tandem concedis corpori tuo iam ſenio effracto, & perimbecillo? Quas tantas delectationes ſuppeditare poteſt res iſta hortenſis, atque vniuerſitas ruſtica, vt non mille modis optabiliores imperium, & imperium omnium ampliſsimum, pulcherrimum, potentiſsimum? Vſqueco te ex omni pectore læti-

a tias

tias expuliſſe regias? Silebo vtilitates, quas abe-
gregio Imperatore ſubiectæ nationes adipiſcūtur,
quibuscum olerum tuorum ſemina, & innumera-
biles carrucæ baccis, & leguminibus onuſtæ non
ſunt comparandæ. Nec tu, niſi à ratione & men-
penitus diſceſſeris, honeſtius dicas fodere, aratro
ſegetem ſubigere, aut aliquid ferre deniq; quàm
condere leges, edicta proponere, inſtituere & ſan-
cire multa, quibus humanæ ſocietatis iura conſer-
uentur, paciq; communi, & tranquillitati conſu-
latur. Nullús ne apud animum tuum reſidet tot
bellorum tam dextro Marte confectorum, tot
gentium fortunatiſsimè debellatarum ſenſus? Aa-
ne victoriarum triumphorúmq; tuorum æterna
tibi ſurrepſit obliuio? Non aliquando recordatio-
es Achillei & Ægypti? Nunquam Narſis? Non
recurſant in mentem edomiti Carpi, Baſternæ,
Sarmatæ, Gothi, Quadi, Marcomanni? Haud
tu beatior tempore iſto, medius fidius, aut glo-
illuſtriore circumfluens, quàm cum res adm-
rabiles, & à principe principum exſpectandas pa-
petrares: cum veſtibus calceisq; gemmatis co-
lucens, tanquam numen adorareris, & maieſta-
tis reuerentia proximos diis ſuperis honores oc-
cupares. Omnes te gentes vt ſapientiſsimum, fe-
tiſsimum, Traiano meliorem, Auguſto fælicio-
Imperatorem ſuſpiciebant: & illæ ſe demum co-
tates fortunatiſsimas numerabant, apud quas di-
tiſsimè fuiſſes commoratus. Ordo, conſtan-
moderatio, dictorum tuorum, factorúmq; omni-
um, iuſtitia, clementia, māſuetudo & grauitas a-
mi tui latebat neminem. Artes imperatoriæ,

virtu-

virtutes regiæ te ſtipabant? quæ cum humano generi mirandum te maximè exoptatumq́; redderent, non debuiſti tam ſolidum ei gaudium, tamq́; diuinum ſolatium inuidere: nec te iuſtum eſt de cætero in iſto obſcuro, & infami otio, ſeu labore quidem, ſed illiberali, eximiaq́; natura tua indigniſsimo decrepitam ſenectutem opperiri. Reputa etiam atque etiam, Diocletiane chariſſime, num hoc ſit deorum complecti voluntatem, qua te ad orbem temperandum præter cæteros delectum, mihi, & cuius non inſano ſit veriſimillimum ex vaticinio, quod de Apro interimẽdo effari ſacerdotem meminiſti. Ne diutius deſiderare, atq; adeò efflagitare ſinito Romanos tuam præſentiam: quodq; de curriculo vitæ ſupereſt, cum ſempiterna tua gloria decurre, & Imperator in caſtris, in acie, in armis, inter viros fortiſsimos pro Repub. ſuas animas prodigentes, ſi ita neceſſe fuerit, non colonus in villa, aut ſtabulo inter vaccas, & mulos emorere. Potes etiamnum, quamuis admodum æuo proceſſeris, publicis ſeruire commodis: poteſt ſapientia & virtus tua, & ſumma virtute amplificata auctoritas ornare, defenſitare, ſuſtentareq́; Rempub. pro quo nemo bonus dubitauerit fanda infanda perpeti, & ad mortem denique voluntariam proficiſci, ſi ei commodaturus videatur. D. O Maximiane mi, ſi vera potius, quàm dictu ſpecioſa dicenda ſunt, immodica regnandi cupido quam adiungis ad conſilium, te exercet, tibique perſuadet, vt quæ moueri nequeunt, ea conuellere connitare: vt me tranſuerſum rapias, ac velut in quoddam piſtrinum

compingas. Nec tu in hoc negotio magis honori meo, quam tuo ipſius conſultum vis, aut ego vehementer fallor: quia vereris, ne turpe ſit, & ad famam ſordidum, ſi abſq; me ſocio & collega frena imperij retractes, cuius humanitati & beneuolentiæ debebas hoc totum, quòd imperabas: & perſeuerantia mea in propoſito, in vita nimirum iſta priuata & pæne contempta, ne tibi leuitatem & inconſtantiam tacita exprobret: ne in ambitionis & cupiditatis ſuſpicionem te vocet, magnopere, & fortaſſe haud iniuriâ metuis. Age, tu contrà me audi, quemq́; ſolitus es obſeruare ac venerari vt parentem, cui te per cuncta obſequentiſsimum præbebas, cum vnà concordiſsimè regnaremus, nunc ne refugias attendere vt germanum & probatum amicum. Sæpenumero dixi, nec aliter vel ſenſi, vel ſentio, quàm dixi: rem mihi videri difficillimam benè imperare, bono etiam cautóq; Imperatori. Hoc neutiquam cenſendus eſt vidiſſe Alexander Philippi, quem aiunt quærere ſolitum, quid tandem acturus eſſet, poſtquam terrarum orbem victoriis peragraſſet, totumq́; ſub arbitrium ſubiunxiſſet. Quam vocem admiratum accepimus Octauianum Auguſtum, cui viſum eſt perſapienter, maioris molitionis eſſe opus, gubernare, & legitimè gubernare partum imperium, quàm latè patens & amplum armis acquirere. Quod ego aſſirmo ſimiliter, vt qui in ludum meauerim, & per annos viginti plus ſatis didicerim: quò loquor audacius, moneóq; alios fideliter, ne magna imperia capiant: ſi cæperint, matûrè deponant, & vt ex turbida tempeſtate in portum: ſic ex vita illa tempeſtuoſa

oſa & fluctiuaga ad ſtudia quieta ſe referant. Quanquam tu quoque hæc eadem cernere potuiſſes, ſi oculos aperire, & reſpicere voluiſſes. Eos tibi clauſit ipſamet cęca, & temeraria dominatrix multorum ambitio, cui in honore ſunt omnia. Quæ peſtis, quæ diritas vtinam ne tum oppreſſum me tenuiſſet, cum homo natus, inter homines deorum mihi venerationem vt impudentiſsimè, ita ſtultiſsimè arrogabam. Neceſſarium eſt imperari, in quo nulla eſt opinionum varietas aut diſſenſio: nihilominus ipſum imperare, ſi rectè attendamus, ſcatere ſollicitudinibus & miſeriis videbimus, à cuius apice qui ſe ad infimum genus vitæ huic meo ſimillimū vltro deuoluerunt, quaſi importuniſsimi tyranni minas, crudelitatémq; effugerunt. Tua verò oratio, Maximiane, quid habuit præter laudationem mei, propemodum ex Rhetoris alicuius officina petitam qua animos mihi ad aſſentiendū facere ſtuduiſti: præter contemptionem vitæ ruſticæ, à qua me abſtrahere contendiſti? Huius paulò vberiorem defenſionem idcirco ingrediar, quò & facti mei cauſſam manifeſtius cognoſcas, & errorem quo es impeditus eiicias, ne poſthac iſtā vitæ agendę rationem aſpernabilem, ſed beatam potius, & bonis ingentibus ornatam cumulatámque pronuncies. M. Vt tantum oneris mea cauſſa tibi imponas, non poſtulo: aures quidé libenter accōmodabo. Nam vt non conſequare quod vis, vt me videlicet ad tuas partes allicias (hoc enim initiò ſperare ſignificabas) at ſaltem ab agrorum cultura minus in poſterum abhorrens vt ſim conſequēs. D. Præiudicatæ opiniones multis locis per-

multùm homines in perceptione veri retardant, & ad reſiſtendum impellunt. Veruntamen quaſi tu neutram in partem propendeas, aſſenſionémque adhuc firmè ſuſtineas, ita dicam. M. Do fidam operam. D. Cum manerem in palatio Imperator, & ſecundùm deorum opes imperium maximum procurarem, habebam quorum exempla proficerem Imperatores, Reges, Principes: hodie cum in villa viuam ruſticus, & nemini iam niſi terræ imperem, ęquè nobiles habeo in tam humili cura duces. Nam ſi tu primum Diocletianum putas, qui de ordine monarcharum, & illuſtriſsimorum virorum ad colendum ſua manu ruſculum acceſſerit, nimiopere falleris. Attalus Aſiæ Rex hortos regno antetulit, quibus ſuum laborem ſceptro poſito conſecrauit. Apud Xenophontē Cyrus minor Rex Perſarum Lyſandro Lacedæmonio ſe viſenti arbores ab ſe conſitas, hortos à ſe dimenſos deſcriptóſque oſtendit. Deiotarus non ſolum Tetrarcha nobilis, ſed optimus paterfamiliâs, & diligentiſſimus agricola, & pecuarius eſt habitꝰ. Immo & monumenta quædam de agrorũ cultura reliquerunt quem paulò ante proferebã Attalus, & Hiero, Philometor, Archelaus æquè regia dignitate honoratiſsimi, Xenophon, Mago duces. Apud Latinos autem ſenator, orator, imperator optimus M. Cato eandem rem literis eſt amplexus: quippe eiuſdem ſtudioſiſsimus, & vſu etiam peritiſsimus. Cum tali viro geſtis rebus, & opinione ſapientiæ florentiſſimo cur me pudeat terrã exercere? aut quare nos turpe nobis ducamus, quod ipſis fuit egregiũ, & ad immortalitatẽ memorię glorioſũ? Romanos illos an-

tiquos

tiquos, virtute bellica inſignes, & triumphis deportatis inclytos nec piguit, nec puduit illis manibus, quibus tanta decora patriæ ſuæ pepererant paſtinare, ſtiuam tenere, ſulcis committere ſemina, raſtris glebas inertes frangere, bidentes, marras, palas tractare: idq́ non minore animo & diligentia, quàm in prælio gladios & pila tractare conſueuerant. In his ſunt ambo Scipiones Africani, Sylla Dictator, & alij. Primarij ciues Romanæ vrbis quo ſtudio, qua intelligentia fuerunt in re ruſtica? in agris plurimùm habitabant, & ab aratro neceſſe erat ſenatores arceſſere. Ex quo, qui eos arceſſebāt, viatorum nomen retulerunt. Inde præterea vocabantur, qui conſulatum aut dictaturam inirent. Attilium qui miſsi erant ſerentem inuenerunt. L. Q. Cincinnato aranti nuntius venit, dictatorem eſſe creatum. Vocatus igitur ab aratro ad dictaturam, venit, obſeſſum conſulem exercitúmque liberauit: ac rurſus faſcibus depoſitis, quos feſtinantius victor reddiderat, quàm Imperator ſumpſerat, ad eoſdem iuuencos, & quatuor iugerum hærediolum redijt. M. Curius victis Samnitibus, Sabinis, ac Pyrrho, extremum tempus vitæ ruri conſumpſit. M. Valerius Coruinus cui ad centeſimum annum vita ſuperfuit, ſenex in agro colendo verſatus eſt. Eorundem Romanorum familiæ nobiliſsimæ à rebus ruſticis appellationem traxerunt. Fabij, Lentuli, Cicerones, Piſones à leguminibus quæ quiſque optimè ſereret: Hortenſij ab hortis, quibus culturam adhiberent accuratius. Stolo propter ſedulitatem ſtolonum cognomē confirmauit, quod null⁹ in eius fundo reperiri po-

terat ſtolo. Ab armento etiam & gregibus cognominati quidam Tauri, Equitij, Vituli, Bubulci, Caprilij, Porcij, Ouinij. Italia ipſa à iuuencis, ſeu vitulis nuncupata fertur, quod pecore abundaret: vitulos autem Græci veteres ἰταλὸς dicebant. Populus denique Romanus ipſe omnium gentium rector ac dominus, nonne à Romulo & Remo paſtoribus naſcendi ſumpſit exordia? Quem virum bonum, bonum agricolam, bonúmq; colonum dixiſſent, ampliſsimè laudatum credebant. Agrum malè colere, cenſorium probrum iudicabant. Locupletes vocabant loci, hoc eſt, agri plenos. Dona ampliſsima Imperatorum ac ſtrenuorum ciuium, quantum quis vno die plurimum circumarauiſſet. Audio item inter Hebræos clariſsimos quoſq;, & vetuſtiſsimos paſcendo & arando æuum propagaſſe. Græcis diuitiæ olim in re pecuaria potiſsimùm conſiſtebant. Hinc πολύαρνες, φιλόμηλοι, πολυβοῦται diuites, à multitudine agnorum, ouium atque boum. An igitur mihi pudori ſit, quod viris tantis tantæ laudi fuit? Vita ruſtica antiquior eſt vrbana: quandoquidem ante vrbes conſtitutas homines terram molientes, eam alimenta popoſcerunt. Quid ego de ruſticanorum innocentia dicam? quem vel in paruo lædunt? cuius famam lacerant? cui inuident? in quem ira debacchantur? cuius odio ardent? cuius facultates ſitiunt? quem vſuris occidunt? cui inſidias tendunt? Nec mirandum certè, ſi in ea vita, quæ iuſtitiæ, probitatis, diligentiæ, temperantiæ, parſimoniæ procreatrix, atque vt ab omni ma-

leſicio

leficio ſeparatiſsima, ſic cum officio conſociatiſſima eſt, ſcelera per ſingula pæne tecta in vrbibus frequentata haud gignuntur. Illic effuſæ in omni intemperantia libidines, crapulæ, inimicitiæ, cædes: quid plura? flagitiorum turpitudinúmque mille facies. Vrbes, amplæ præſertim, ſunt ſcelerum diuerſoria, mendaciorum, auaritiæ, perfidiæ, nequitiæ officinæ. Tyrones optimi, ac milites fortiſſimi vnde vtilius deliguntur, quàm ex iuuentute ruſtica? Cernuntur enim ruri degentium, & cum agris rationem ſemper habentium corpora, quàm vrbanorum, propter victum aridum, vitam horridulam, ac nequaquam ſolutam delicatámque multo firmiore valetudine, & tolerandis militiæ aſperitatibus magis idonea. Quod vt nos monerent maiores noſtri, templa Aeſculapio ſanitatis viriúmque præſidi extra vrbes ædificabant. Cum rei quærendæ & augendæ plures ſint viæ, hæc vna eſt, cuius lucra nullo ſunt coniuncta periculo, nullam habent ignominiam, nullas ſordes. Mercatorum etenim quæſtus eſt periculoſus, fœneratorum parum honeſtus, opificum illiberalis. Nec ſolum quæſtuoſa & multùm vtilis eſt humano generi agricultura, verùm etiam ſalutaris: quæ, vt aliæ diſciplinæ vitam exornant, ſic ipſa tuetur atque conſeruat, & quodammodo vitam ipſam in vita retinet. Vt enim ſabacta & mollita agricolarum labore tellus benignè frugibus reſpondet: ſic deſerta à cultu ſterileſcit: ex quo fit, vt nihil nobis relinquatur, vnde quæ ad victus adeptionem depellendámque famem ſunt neceſſaria comparare queamus. Nec enim ſedentibus ac

torpeſcentibus nobis dij copiam rerum de cælo
profundent. Et quoniam priſcorum ſæculorum æ-
tatibus diuitiæ potiſsimæ in re pecuaria duceban-
tur, à pecudibus nominatum eſt peculium, & pecu-
nia inde, quia nota pecudis, hoc eſt, ouium capra-
rum, ſuum, boúmq; effigie ſignaretur, quod prin-
ceps feciſſe fertur Seruius Tullius. Theſeum ac-
cepim⁹ bouis figura ſignauiſſe, vt Atticos hac ima-
gine ad amorem colendi ruris incitaret. In tabulis
cenſoriis paſcua nominabantur omnia, ex quibus
populus mercedes penſionéſue capiebat, quia per-
diu hoc ſolum vectigal fuerat. Multatio quoq; non
niſi ouium boúmque impendio dicebatur. Quod
ſi hęc ſtudia ſui cupidos etiam ad ſummas opes ſo-
lent euchere, magnáſq; paulatim largiri diuitias, &
vitam replere bonis quàm plurimis, nihil illis ante-
ferendum confiteamur neceſſe eſt. Boni & aſsidui
domini cellæ omnes refertæ ſemper ſũt vino, mel-
le, oleo, eſculentis, poculentis, porco, hœdo, agno,
gallina, lacte, caſeo: villa ſemper abundans. Itaque
municipiis Romanis patresfamiliâs optatiſsimum
ſibi putabãt filios ſuos rei familiari maximè ſerui-
re, & in prædiis colendis operam multam cõſume-
re. Attilius ac reliqui quoniam in ſuis agris cultiona
ſtudioſa ad frugem reddendam prouocandis tem-
pus ponebant, alienos cupidè non appetebant. Po-
puli Romani nomẽ magnopere nobilitarũt, Rem-
publicámq; agris, vrbibus, nationib⁹ amplificarũt.
Si ſcias viuere, agricolarũ vitæ genus ſanè optimũ
eſt. In aliis viuendi modis, laboribus, officiis, ſudo-
ribus, laſsitudinibus, & operis alienis videmus ho-
mines res ſibi cùm neceſſarias, tũ verò etiam iucũ-
da

das & amœnas quæritare: in hoc ſuus cuiq; labor ſuá explere conſueuit cum voluptate inopiam. Sibi quiſq; proximus aratione, ſeméti, ac meſſe condēda in primis proſpicit. Pariunt aliæ artes adulterinas quodammodo & artificioſas diuitias, agricultura veras omninò ac naturales. Hæ nutrices noſtræ, ſinceris plenæ delectationibus, quibus natura ſatiatur: illæ animos velut contagia corrumpunt, ſollicitudines & curas perennes generãt, cupiditatésq; malas incendũt & paſcunt. Vna cogitatio, vna cura agri probè laborandi, & communis cauſſa commodi ad fertilitatem adducendi, ſpatiũ cæteris aut ſuperuacuis & inertibus, aut pernicioſis & improbis nullum indulget. A functionibus aliis non ſæpè crimen aliquod abeſt: quando ardua res videtur, inter ſcelera & peccata aliorum agere quod agas ſine vllo piaculo, ſine labe, ſine fraude. Dulcis eſt aqua fluuiorũ, quæ tamen in mare delata ſalſum ſaporem concipit: ſic homines probi, peruerſorũ colloquiis, occurſibus, aſpectibus, conſuetudine & admixtione ſalſuginem quandam hauriunt, & inter impudentes inuerecũdi, inter ſtolidos fatui, inter ſocordes ignaui, inter impios ſacrilegi euadunt. At qui vitã ſuam agris mandauerunt, hoc non metuunt: ſiquidem, vt antea quoq; dicebã, ab alienis concupiſcendis, auertendis, rapiendis ſanctiſsimè temperant, nec in deos, nec in naturæ participes contumelioſi. Non macerantur inuidia, non exulcerantur iracundia, non ſuperbia turgeſcunt. Nec ſimultates ſuſcipiunt, aut odia exercẽt, quoniã nihil oderunt præter imbres immodicos, grãdines, vredines, rubigines, ſimilésq; ſegetũ cala-

mita-

mitates & exitia. Non vetitas & inconceſſas affectant nuptias, dapibus electis menſas oneratas, aſaginam ignorant, quos non dulcedo vini ad ebrioſas peruigilationes, ſed contracta per totum diei laborem corporis laſsitudo ad altiſsimum ſecuriſsimúmq; ſomnum inuitat. Aliis occupationibus artes, hîc ipſa natura colitur: & ibi homines marè callidi ac verſipelles, hîc ſimplices, candidi, innocentéſque reperiuntur: proponunt illi ſibi magis quod eſt nimium: agricolæ quod eſt ſufficiens ac neceſſarium: non ſplendorem, non delicias, non ferè quidquam aliud, ſed victum: & quidem ſeruatur per alias artes aut nullis, aut paucis: per agricolationem vniuerſis. Quapropter quia bonū quodlibet tāto ſtatuimus excellentius, quanto videmus eſſe communius, & ad plures attinens, quis non intelligat, agriculturam quælibet quantumuis bona & vtilia hominum ſtudia ſuperare? M. Si quid reſtat tibi, & ad id prolabi vis, prolabar tecum. Deinde ſenſum meum declarabo. D. Reſtant vtiq; præclara, Maximiane, quæ vt patienter ac beneuolè attendas te rogo. M. Equidem nullo faſtidio attendam. D. Cum cōſtet agricultura nihil reperiri honeſtius, nihil libero dignius, nihil fructuoſius, illud peręquè cōſtat, eadem nihil fieri poſſe, aut eſſe iucundius. An poteſt pratorum viriditate pulcherrimè variata floſculis, arborum tam bellè diſpoſitarum ordinibus, vinearum & oliuetorum ſpecie quidquam ad aſpectum fingi pingiue iucundius? Quid voluptuoſius, quàm imperare terræ, quæ tanquam hominum duritiam pręfractionémq; deteſtaretur, imperium nunquam aſpernatur: nec, cum ſciat be-

nefi-

neficia ſumere, reddere neſcit, quod faciunt, quorum eſt ingratus, & meritorum immemor animus: ſed tradita ſibi plerunq; maiore cum fœnore cultori ſuo rependit: quod conſueuerunt, qui ſe ſtudent videri gratiſsimos. *Poſtquam gremio mollito ac ſubacto ſemen ſparſum excepit, primùm id occatum cohibet: ex quo occatio quæ hoc efficit nominata eſt: deinde tepefactum vapore & complexu ſuo diffundit, & elicit herbeſcentem ex eo viriditatem: quæ nixa fibris ſtirpium, ſenſim adoleſcit, culmóq; erecta geniculato, vaginis iam quaſi pubeſcens includitur, è quibus cum emerſerit, fundit frugem ſpicæ, ordine ſtructam, & contra auium minorum morſum munitur vallo ariſtarum. Ex fici tantulo grano, & ex acino vinaceo, aut ex cæterarum frugum ac ſtirpium minutiſsimis ſeminibus tanti trunci, ramíq; procreantur. Malleoli, plantæ, ſarmenta, viuiradices, propagines, quàm admirabilia efficiunt? Caduca eſt natura ſua vitis, & niſi fulta ſit, ad terram fertur. Eadem ſe clauiculis ſuis erigit, & quaſi manibus quidquid eſt nacta complectitur: quam ſerpentem multiplici lapſu, & erratico, ferro amputãs coercet ars agricolarum, ne ſylueſcat ſarmentis, & in omnes partes nimia fundatur.* Ter fælicem ego dixerim, qui ſtrepitus ac tumultus vrbanos fugitans, foris in agro ætatem habet, imitatúſq; priſcorum exempla mortalium, ad fundos ſuos omni cura ornandos incumbit. Hic de pecunia aut fœnore ſumenda, aut in fœnus collocanda, haudquaquam mordacibus, & anxiis cogitationib' inceſsitur. Non illũ huiuſcemodi ſollicitudo coquit, & verſat ſub pectore fixa. Nec funeſta tubarum cantu ad arma corripienda, ad hoſtem finibus arcendum, & ad præliorum dimicationem excitatur: quemadmodúmque à militiæ diſcrimibus ac laboribus eſt immunis ac liber penitus:

ſic nullas pelagi procellas, nullam vndarum vento-
rúmque ſæuitiam cogitur pertimeſcere: neque aut ip-
in foro litigat, aut litigatoribus dat operam: ne-
gotio reuera permoleſto, clamoſo, ac turbulent-
Haud illum tangit ſuperborum potentiorúmque c-
uium familiaritas, cuius obtinendæ ac retinend-
quidam proſtituta libertate toties eorũ domos
grediuntur, ſępius facientes ac patientes, quę mi-
mè fert voluntas. Indigna digna habenda ſunt, q-
illi potentes actitant, quæque imperitant. Tanti c-
miſeris incertus fauor, & quæſticulus viliſsim-
quem inde ſperant. Pluris eſt agricolæ vlmis
populis vites adiungere, quos cum putant appri-
te vere, *in iis quæ relicta ſunt exiſtit tanquam ad arti-*
*los ſarmentorum ea quæ gemma dicitur: à qua orien-*
*ſe oſtendit: quæ & ſucco terræ & calore ſolis augeſcen-*
*mò eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit,*
*táque pampinis nec modico tepore caret, & nimios ſolis de-*
*dit ardores. Qua quid poteſt eſſe cum fructu lætius, tu-*
*ſpectu pulchrius? Iam adminiculorum ordines, capitum*
*iugatio & relegatio, propagatio vitium ſarmentorúm-*
*orum amputatio, aliorum immiſsio, irrigationes, foſſi-*
*agri, repaſtinationéſque quibus fit multò terra fæcund-*
*quid non oblectationis habent?* Quid cùm per v-
longo agmine paſcentes greges intuetur? quid c-
fauos aluearibus eximit? cùm lanitio leuat o-
cùm autumno fructus carpit? cùm vindemiam
git? Omninò vel alieniſsimus rei ruſticæ, in agr-
tempeſtiuè conſitum veniens, naturæ mirifica-
nunquã deficientem benignitatem voluptate m-
gna admiratur, cùm iſtinc biturice fructib' op-
hinc pares iis heluolæ reſpondent. Illinc arc-

rati-

rurſus illinc ſpioniæ, baſilicæúæ conueniunt: quibus alma tellus annua vice (velut æterno quodam puerperio) læta, mortalibus diſtenta muſto præbet vbera. Inter quæ fauente Libero fœtis palmitibus, vel generis albi, vel flauentis ac rutili, vel purpureo nitore micantis, vndiq; verſicoloribus pomis grauidus autumnus collucet. Nunc iuuat procumbentem in herba ſomnos expectare leues.

*Nunc canis æſtiuos ortus vitare ſub vmbra*
*Arboris, ad riuos prætereuntis aquæ.*

Per hybernos menſes venatibus & aucupiis intentus, captat canibus lepores, laqueo grues. Nulla inter haſce meditationes rerum cum obſcœnitate implicatarum cogitatio. Nec verò non multùm delectationes iſtas auget ruſtici pudica vxor, ac benè diligentérq; communes educans liberos, quæ reuertenti marito & algenti, lignis largè ſuper foco repoſitis illud frigus diſſoluit. Quæ redeuntes à pabulatione greges ſtabulo concludit, & ad mulctum accingitur. Quæ de eſcis ſponte humo exortis eſurientem cocta cœnula reficit, & dulci vino è cupa depromptо ſitientem potat. Quibus hæ deliciæ conchiliis, quibus attagenibus anteponendæ non ſunt? Inter iſtas tam parabiles & inemptas epulas, quàm ſuaue eſt aſpicere oues & capellas fœlix pecus domum properare ſaturas, & lacte multo completa referentes vbera, & boues laſſos ſulcorum attritu ſplendeſcentem trahentes vomerem? Elementa ipſa liberalius ruri, quam vrbibus naturam vſumq; ſuum impertiuntur. Ibi ſol purius micat, aer lætiùs latiusq; diffunditur,

aquæ limpidiores bibũtur, terræ quaſi verus ac na tiuus ille vultus hîc tantum videtur. Hîc ſe in pla niciem extendit, ibi clementius cliuis aſſurgit, a libi in montes excelſos ſe ſubrigit. Hîc herbis co ueſtitur, ibi meſsibus flaueſcit, illic botris, ibi p mis exuberat. Quid memorem volucrum cantu quid trepidantes riuulos? quid opacas & argu ſyluulas? quid diuerſitatem germinum ac fro dium? quid odorum, quid colorum omne gen Hæc in vrbibus nulla, niſi in libris & parietibu Velut exules mundi viuunt, & bona mundi n ſciunt, qui in vrbibus viuũt. Adhuc alia rerum ru ſticarum oblectamenta percenſere fas eſſet: ſed h ipſa forſitan nimia fuerunt. Veruntamen dand cuiq; puto veniam, de arte ac ſtudio ſuo diffuſi differenti: nec minus indulgendum ruſtico qu militi, quàm nautæ: quorum ille multus ſolet e in memorandis bellorum ſuorum: hic in deſcri bendis nauigationum ſuarum caſibus. Finem e go dabo, ſi me ſinas, quos memoria hucuſq; cu ſtodio Maronianos verſus vt auctarium ſuper dere. M. Et tua, & vatis ipſius maximè ſuſpicien cauſſa hoc adeo fiat. D.

*O fortunatos nimium, bona ſi ſua norint*
*Agricolas: quibus ipſa procul diſcordibus armis*
*Fundit humo facilem victum iuſtiſſima tellus.*
*Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis*
*Mane ſalutantum totis vomit ædibus vndam:*
*Nec varios inhiant pulchra teſtudine poſtes,*
*Illuſáſq; auro veſtes, Ephyrēiáq; æra:*
*Alba nec Aſſyrio fucatur lana veneno:*
*Nec caſia liquidi corrumpitur vſus oliui,*

Ab

*At ſecura quies, & neſcia fallere vita,*
*Diues opum variarum, ac latis otia fundis,*
*Spelunca, viuiq; lacus, & frigida Tempe,*
*Mugitúſq; boum, molleſq; ſub arbore ſomni*
*Non abſunt. Illis ſaltus, ac luſtra ferarum,*
*Et patiens operum, paruóq; aſueta iuuentus,*
*Sacra Deûm, ſanctiq; patres: extrema per illos*
*Iuſtitia excedens terris veſtigia fecit.*

Quid nunc tibi in mentem venit Maximiane? eſtne quod opponas, quod contrà dicas? M. Valde admirabile hoc mihi apparere confiteor, tam multa tam non vulgariter te ex tempore potuiſſe: & opinionem concipio, ita te conſueſſe arma tractare ruſtica, vt interdum ſumas in manus arma ſapientiæ, & doctrinæ liberalis, qui ſunt libri. D. Reddo me nonnunquam ad horam vnam & alteram libris, quos adoleſcentior euolui (nam dum caſtra ſequerer, dum ſceptra darem, legendi otium perparuum fuit) & ex iſtiuſmodi lectiunculis ſenectuti meæ honeſtã magis oblectationem, quàm neceſſariam vtilitatem peto: quanquam ea multiplex in iis voluminibus, & eximia ineſt. Nuperrimè legi Xenophontis eum librum, qui eſt de tuenda re familiari, in quo agricultura copioſè prædicatur. Ibi factum proditur Cyri, Lyſandrum ad ſe venientem circumducentis per agrum conſeptũ, ac ſedulò conſitum, arboréſq; ſua manu ſatas, flores, humum ſubactam & puram demonſtrantis. Numquid ergo obſtat, quin tu hodie mihi Lyſander, ego Cyrus tibi fiam? M. Nihil, Diocletiane. D. Necdum vidiſti opes meas: elegantias horti huius nondum oculis luſtrauiſti. Surgamus ac circum

ambulantes naturæ ornatum fęcunditatémq; con templemur: & dum olus in cænam decoquitur tempus ſuauiſsimè confabulando traducamus Mecum te cœnare volo, ſed terreſtrem cœnam Bibes etiam villum cantharis modicis, & facto d ces, quàm pauca naturalibus deſideriis ſufficiun Hanc inſuper noctem quieſces in villula mea, no in pluma, aut molli ſtrato: quod etſi non eſt aug ſtum, eſt tamen imperatorium: in caſtris ſcilic in quibus Annibalem illum ſæpè militari ſag opertum humi iacentem inter cuſtodias ſtatio néſq; milites ſui conſpexerunt. M. Quid tu eſſ minatis me aggregas? non dedidici duriora p & iſta luce in tuo ſum arbitrio. Duc quò placet ſticum me, vt iocabare, non dimittes: æthiops ne albeſcit. D. Tu verò an me ad imperium, id in medias tempeſtates tecum abripies?

## ANNOTATIONES.

*GEORGICA) Γέα Græcis terra ſiue ager. ἔργον, o Hinc γεωργία agricolatio, γεωργὸς agric colonus. γεωργικὸς qui in rebus ad agriculturam ctantibus verſatur, agriculturæ gnarus. Τὰ γεωργ res ad agros colendos pertinentes, ſeu præceptiones ctrina terræ colendæ inſtitutionem modúmq; com ctens: quo etiam nomine hæc noſtra progymnaſmata ſtica inſcribenda cenſuimus, communi cum P. Virg qui ſic alterum ſuorum monumentorum appellauit. quidam eruditi latinam, et pleniorem appellationem re maluerunt, De re ruſtica: quando illis quatuor*

*ruſticorum opera functionéſq; perdocet, & ita diuerſas res, ac multùm inter ſe diſtantes perſequitur. Nam quid magis diſcrepans, quàm gregum armentorúmq; cura terræ ſubactioni atque cultui? Quàm diſsimilia ſtirpes & apes? Quare adhuc iidem ſingulis ſuum vocabulum addentes, primum de agricultura nominant: ſiquidem de aratione & ſatione illic agitur: quanquam aptius foret, De frugibus. Secundum de inſitione, ſiue de plantis: quæ poteſt etiam dici De arboribus, immò, De vitibus. Tertium De re pecuaria, ſiue de pecoribus. Quartum De mellatione, ſiue de apibus. Sed vt in Bucolicis Theocriti, ſic in Georgicis Heſiodi, qui princeps de agricultura præcepit, vt ait Plin. lib. 18. cap. 24. inſcriptionem repudiauit, cum alioqui vtrumq; imitaretur. Prior vocauit poematia ſua εἰδύλλια, noſter eclogas: poſterior duobus libris ſuis nomen fecit ἔργα καὶ ἡμέραι, noſter ſuis, Georgica: longè enim copioſius ac diligentius, perfectius & abſolutius agriculturæ rationem explicauit, vt de reliquis rei ruſticæ partibus nihil dicam, quas Græcus præteriit, qui ampliorem partem ſui poematis in fratre ad iuſtitiæ amorem atq; ſtudium cohortando, & ab inertia ad laborem reuocando conſumit. Præcepta quædam affert, quæ potius ad vitæ communis emendationem, ſi intelligantur (obſcuriora enim ſunt) quàm ad opus ruſticum faciunt. Virgilius ſolū agricolam legibus ſuis format. Quod ſi quædam præterea intexit, ad ornatum conciliandum, repellendúmq; faſtidium intexit. Verum enimuero, cùm imitatione non vtatur, illa, inquam, quæ quanquam*

*haud ſine carmine, magis tamen quàm carmen poet*
*efficit, non erit illa poeſis, nec poeta Virgilius vt neq*
*inter Græcos Empedocles, Parmenides, Nicander, The*
*gnis: neque inter Latinos Lucretius. Multis alioqui p*
*ticis luminibus hoſce libros expolitiſsimos eſſe fatem*
*Ornatiſsima eſt ruſticorum nominum inuocatio in p*
*mo: in cæteris eorum quæ rei tractandæ præſident. I*
*bellæ plures, in his feſtiuiſsima Ariſtæi, quà liber po*
*mus finitur. Atq; vt huius, ſic trium præcedentium c*
*logi, & colophones elegantiſsimi. Nam in extremo p*
*mo recenſet prodigia. In fine ſecundi laudat vitam r*
*ſticam. In exitu tertij deſcribit peſtilentiam. In bi*
*ſunt inſignes aliquot, potiſsimùmq; in tertio compa*
*tiones, egreſsiones, vt de aureo ſæculo, origine agricu*
*in primo. Deſcriptiones perquàm feſtiuæ, vt tem*
*ſtatis, Italiæ, veris, pulli equini, ſeu equuli gene*
*certaminis taurorum, æqui olympici, antri Cyr*
*apparatus & conflictus bellici, laborum quibus e*
*centur apes. Magna vis illuſtrium metaphorarum,*
*catachreſeωn, cùm vocat magnanimos duces, gen*
*vulgus, iuuentutem, paruos Quirites. Cellas earu*
*& aluos tecta, cubilia, nidos, cunabula, patriam, a*
*cerea regna, thalamos, aulas, ſtabula. Tribuit illi*
*la vt hominibus, ſonitus tubarum, duces, caſtell*
*tumultus. Laudat eximiè Georgica Victorius ora*
*2. & 3. quas eadem interpretaturus ad diſcipulos h*
*buit.* PRÆDICATIO VITÆ RVSTICANÆ) *Dela*
*bus vitæ ruſticæ tam ea quæ in agro ſubigendo conſ*

dóq; ducitur, quàm quæ ruri tantum, etiam à non ruſticis degitur, Cato præfat. Varro lib. 2. præfat. & cap. 2. Rurſus lib. 3. cap. 1. Plinius lib. 18. à principio. Plinius iunior ep. 9. lib. 1. Cic. de ſenectute. Virgil. 2. Georg. Horat. Epod. ode. 1. & ep. 10. 14. lib. 1. Tibull. lib. 1. eleg. 1. Homerus Odyſſ. 6. 7. & vlt. Heſiod. ILLVM QVIDEM HERCVLIVM) Hæc nomina ſibi ſiue à maioribus tradita, ſiue pro arbitratu aſcita, ad officium vtriuſq; in imperio gerendo ſignificandum aſſumpſerunt. Extant orationes aliquot poſt à Mamertino Rhetore ad Maximianum in Gallia dictæ, quibus vtrumq; indicatur. Nam & Iouem atque Herculem generis eorum auctores appellat, & Maximianum Herculium Herculis officium Ioui Diocletiano præſtitiſſe, id eſt, in bello agreſtium, quaſi quorundam terrigenarum, auxilio fuiſſe contendit. Sigon. lib. 1. de Imp. occident. SIVE ALIAM QVAMCVNQVE) Poſuimus cauſas tres, quæ Diocletianum ad imperium relinquendum permouerint. Adduntur à nonnullis alia duæ: vel quòd alienato animo deſipere incæpiſſet: quæ nihil habet cur recipiatur: vel quòd Chriſti cultum, Chriſtianúmq; nomen vniuerſum extinguere ſe poſſe, vti conabatur, deſperaſſet, inſuperabili videlicet hominum perſpecta conſtantia. Hæc ſanè quàm probabilis eſt, ac primis tribus non aduerſatur. Ipſe quidem tantis rebus cum fortuna ſecundiſſima geſtis, & iam ætate publicíſq; curis deſeſſum ſe in otio viuere velle ſimulauit. EODEM DIE INSIGNIA IMPERATORIA) Hoc feciſſe Diocletianum Nicomediæ, Maximianum Mediola-

*diolani, cum prodiderint alij, nos de Auguſtis ab vtroq; declaratis interpretamur, & à Sigonio ſtamus, qui Romæ templum Iouis ingreſſos, populis audientibus ſtupentibúſq; magis quàm probantibus, ſic effatos ſcribit:* Recipe Iupiter imperium quod mihi commodaſti. Quod ego ita depono, vt reſumpturum non eſſe ſanctum tuum teſtatus numen adorem. VNDE ORIVNDVS) *Natus eſt in Dalmatia, patre ſcriba, matre & patria Dioclea, haud longè à Salona vrbe. Ab ea ſe Dioclem nuncupauit, donec pronuntiatus eſt Imperator: tum enim more Romano Diocletianus audire voluit. Fuit libertus Anulini ſenatoris.* DIALOGORVM MORE) *Vide epiſt. ad Varronem, initio Academ. quæſt. Par dialogographis et poetis libertas permiſſa eſt: dummodo ne ſerpentes auibus, & tigribus agnos geminent: id eſt, abſurda, incredibilia, pugnantia, quæque fieri nullo modo poſſint, ne fabulentur.* AGRESTVM DEOS) *Hos enumerat Virgil. 1. Georg.*

*Et vos agreſtum præſentia numina Fauni*
*Ferte ſimul Fauniq; pedem, Dryádeſq; puellæ,*

*& quæ ſequuntur. Permultos, vt aliarum rerum, ſi[illegible]ris deos producit ex Varrone Auguſtinus in Ciuitat[illegible]. Lege præterea Crinit. lib. 15. cap. 10. & lib. 25. cap. [illegible] Ipſemet Varro ingreſſu voluminis ſui duodecim nominat, qui maximè ſint agricolarum duces.* SI TE PLAGII ARCESSAM) *Qui hominem ingenuum ſi[illegible] liberum emit aut vendit, atq; ita in ſeruitutem red[illegible]*

tem qui ſeruum aut ſeruam à domino auertit, fugam ſuadens, emens aut vendens, celans aut vinctos habens neſciente domino, plagiarius dicitur, quod lege Flauiæ plagiis damnaretur, crimen plagium, lex plagiara. Græci appellant ἀνδραποδιστὴν, quem deſinit his verbis Etymol. ἀνδραποδιστὴς δ' οὐ μόνον ὁ τοὺς ἐλευθέρους ἀπάγων εἰς δουλείαν, ἀλλὰ καὶ ὁ τοὺς δούλους ἀπὸ τῶν δεσποτῶν ἀποσπῶν. CICVTIS ALLIVM NOCENTIVS) Deteſtatur allium Flaccus Ode 3. Epod. vt quouis veneno dirius, ac perniciosius. Sed vt cicuta necat frigore: ſic allium calore noxium eſt. NON INDECORO PVLVERE) De hiſtoria belli ciuilis à Pollione contexenda agens Horatius Ode. 1. lib. 2. præter alia hoc modo canit.

*Audire magnos iam videor duces*
*Non indecoro puluere ſordidos,*
*Et cuncta terrarum ſubacta*
*Præter atrocem animum Catonis.*

Ode 6. lib. 1. puluere Troico Nigrum Merionem. Quibus locis poeta inuictum pectus in acie media dimicantium, corpúsque ſuum telis & morti nullo pauore obiicientium declarat. Tales enim pulueribus inquinari ac ſordidari neceſſe eſt. Verùm hi pulueres non ſunt indecori. Tametſi nec illi indecoro fœdantur puluere, qui pro libertate & dulci patria in ferrum ruunt, & animas profundunt. ACHILLEI ET AEGYPTI) De his & ſequentibus præter antiquos qui Cæſares deſcripſerunt, Eutropium & alios, ple-

niſſimè

nißimè & elegantißimè Sigonius lib. 1. de Imp. occid, TANQVAM NVMEN ADORARERIS) Hanc tantam fœlicitatem, tamq́ʒ proſperum fortunæ obſequium capere animo Diocletianus non potuit. Siquidem moderatione prorſus in ſuperbiam verſa, eouſqʒ inſolentiæ prodiit, vt ſe poſthac mortalitatis oblitus, tanquam deum adorari voluerit. Nam proiicere ſe homines humi venerabundos, atque oſculum pedibus figere pati cœpit. & gemmas veſtibus calceiſque inſeruit, cum ante ipſum omnes Imperatores, conſulari tantum ſalutatione contenti fuiſſent, & ſolam chlamydem purpuream priuato habitui adiecissent. His verbis Sigonius ſacrilegum hominis faſtum, ac ſuperbißimum facinus expoſuit. TRAIANO MELIOREM) Crinit. lib. 5. cap. 6. Auguſtus Caium nepotem in Armeniam mittens, comprecabatur illi à diis Pompeij beneuolentiam, Alexandri audaciam, ſuam ipſius fortunam. Magna tamen ſortis humanæ volumina, varioſq́ʒ & graues caſus Auguſti percenſet Plinius. lib. 7. cap. 45. TAM SOLIDVM IPSI GAVDIVM) Corpus ſolidum Terentio eſt, quod Græci πυκνόν. Vnde bonum corporis habitum definientes, aiebant eſſe πυκνότ σαρκος. Transferunt etiam latini ſolidum ad rem expertem corporis, & quæ tangi non poteſt, intelligunt id, quod firmum expreſſúmqʒ eſt, non adumbratum, vt cùm Cicero ſolidam laudem, gloriam vocat. Sic ſtabile verùmque gaudium cur non dicamus ſolidum? Lege Victor. lib. 14. cap. 9. EX VATICINIO QVOD

D

DE APRO) *Adoleſcens Diocletianus in Galliis à Druide audierat, ſe tum euectum iri ad culmen imperij, cum aprum iugulaſſet. Ille fidem dicto commodans, quandocunque poterat, in venatione apros inſectatus interficiebat. Sed prædictio ad Aprum Numeriani Auguſti ſocerum reſpiciebat. Hic ex præfectura Prætorij quam aſpernabatur, ad Auguſtale faſtigium aſcendere peropians, generum ſuum clam occidit: quem parricidam in concione præſentem poſtmodum Diocletianus adacto in viſcera gladio morti dedit, conuerſuſq; ad commilitones: tandem, inquit, aprum fatalem interemi.* REM MIHI VIDERI DIFFICILLIMAM) *Quod quidam ſentiunt de cauſſa depoſiti imperij interrogatum ſic reſpondiſſe: ego adhuc imperantem (quo tempore id maximè experiebatur) amicis dicere ſolitum exiſtimauerim. Bonum certè Imperatorem fuiſſe ex hiſtoria patet. Vtinam iniquiſſima & immaniſſima Chriſtianorum vexatione ſuis ipſe laudibus tenebras ne offudiſſet. Etenim cum ante eum Imperatores nouem odium immenſum aduerſus Chriſti gentem conceptum diriſſimis ſuppliciis ſæuiendo in corpora innocentum exſaturare, & ſacra noſtra tollere ac diſſipare penitus laboraſſent, Nero, Domitianus, Traianus, Marcus, Seuerus, Maximinus, Decius, Valerianus, Aurelianus, decimum ſe execrando huic tyrannorum ſodalitio Diocletianus adiunxit.* ASSENSIONEM ADHVC FIRME) *ἀποφαίνεσθαι καὶ δογματίζειν dicuntur, qui ponunt aliquid & ſtatuunt: qui neq; affirmant neq; negant, ſed ſu-*

ſpendunt iudicium, illi ἐπέχουσι. Laert. in Platone. Ὁ τοίνυν Πλάτων περὶ μὲν ὧν κατείληφεν ἀποφαίνεται. τὰ δὲ ψευδῆ διελέγχει. περὶ δὲ τῶν ἀδήλων ἐπέχει. Quæ igitur ſcientia comprehendit Plato, ea affirmat, falſa redarguit, in incertis aſſenſum retinet. Hinc Philoſophi ἐφεκτικοὶ, & eadem de cauſſa σκεπτικοὶ, ἀπορητικοὶ, cunctatores, hæſitatores, quæſitores, conſideratores, vt Pyrrhonij, Academici. Gell. lib. 11. cap. 5. Quoniam verò cum illo ἐπέχειν ſubauditur συγκατάθεσιν, aſſenſum, approbationem, benè conuertit Cicero, aſſenſum cohibere, retinere, ſuſtinere & ſuſtinere ſe ab omni aſſenſu. PHILOMETOR) Regibus omnibus Ægypti Ptolemæi nomen erat, diſcrimen faciebat cognomen, cum alius Philometor, alius Philadelphus diceretur. Poſtremus dictus eſt aulœdus, frater Cleopatræ. At Philometor ita audiuit per irriſionem: neque enim regum quiſquam fuit, quem maiore odio mater proſequeretur, & cætera. Pauſanias in Atticis. Vt Romani Imp. Cæſares, ſic Ægypti reges Pharaones, quod ipſorum lingua regem ſonat, & Alexandrini Ptolemæi dicti ſunt. Ioſephus lib. 8. cap. 2. XENOPHON MAGO) Nominantur & à Plinio lib. 18. cap. 3. Sic autem ille de Magone Pœno. Cui quidem tantum honorem Senatus noſter habuit Carthagine capta, vt cum regulis Africæ bibliothecas donaret, vnius eius duodetriginta volumina cenſeret in latinam linguam transferenda, cum iam M. Cato præcepta condidiſſet, peritiſque linguæ Punicæ dandum negotium,

in quo præceſſit omnes vir clariſſimæ familiæ. D. Sylanus, Magonis meminit, item Columella, eúmque ruſticationis parentem vocat lib. 1. cap. 1. Eundem commendat Varro lib. 1. cap. 1. Numerant autem ambo auctores quamplurimos rei ruſticæ, vtriuſque linguæ, quod etiam facit Plinius, & teſtatur Varronem octogeſimum primum vitæ agentem annum de cultura agri prodendum putauiſſe, nec de ſeipſo Varro negat. VIRTVTE BELLICA INSIGNES) Eodem capite & libro Plinius, quo ſupra, de vbertate annonæ locutus, ſubiungit hæc. Quænam ergo tantæ vbertatis cauſſa erat? Ipſorum tunc manibus Imperatorum colebantur agri (vt fas eſt credere) gaudente terra vomere laureato, & triumphali aratore: ſiue illi eadem cura ſemina tractabant, qua bella: eadémque diligentia arua diſponebant, qua caſtra: ſiue honeſtis manibus omnia lætius proueniunt, quoniam & curioſius fiunt. Lege conſequentia de Attilio Serrano, Cincinnato &c. Prædicat eoſdem, alióſque Romani generis memorabiles duces Columella præfat. A IVVENCIS SEV VITVLIS) Varro lib. 1. cap. 1. & cap. 5. Bos in pecuaria maxima debet eſſe auctoritate: præſertim in Italia, quæ à bubus nomen habet. Græcia enim antiqua, vt ſcribit Timæus, tauros vocabat ἰταλὸσ, à quorum multitudine, & pulchritudine & foetu vitulorum Italiam dixerunt. Hic ſocius hominum in ruſtico opere, Cererísq; miniſter. VIRVM BONVM, BONVM AGRICOLAM) Hæc aliáq; nonnulla in dialogo infra, ex Plinio, q̃bus addamus

*hoc etiam. Frugem quidem aratro quæſitam furem no-ctu pauiſſe aut ſecuiſſe, puberi XII. tabulis capitale erat, ſuſpenſúmq; Cereri necari iubebant, grauius quàm in homicidio conuictum: impubem Prætoris arbitratu ve-berari, noxamúe ductionemúe decerni. Iam diſtinctio ho-nósq; ciuitatis ipſius non aliunde erat. Ruſticæ tribus lau-datiſſimæ eorum, qui rura haberent: vrbanæ verò in quas transferri ignominiæ eſſet, deſidiæ probro. Itaque quatuor ſolæ erant, à partibus vrbis, in queis habita-bant, ſuburrana, palatina, collina, exquilina.* CLA-RISSIMOS QVOSQVE, ET VETVSTISSIMOS) *Abel, Cain, Noe, Iacob cum filiis, Moyſes paſtores fu-runt & agricolæ. Quin & Rebecca paſcebat oues patris ſui.* ANTIQVIOR EST VRBANA) *Varronem le-gito, lib. 3. cap. 1.* NEC MIRVM CERTE SI IS) *Cic. pro Roſ. Am. in qua oratione ſtudium ruſticum mi-rificè prædicatur. Vt non omnem frugem, neq; arborem in omni agro reperire poſſis; ſic non omne facinus in om-ni vita naſcitur. In vrbe luxuries creatur: ex luxuria exiſtat auaritia neceſſe eſt: ex auaritia erumpat auda-cia: inde omnia ſcelera ac maleficia gignuntur. Vita au-tem hæc ruſtica, quam tu agreſtem vocas, parſimoniæ, diligentiæ, iuſtitiæ magiſtra eſt.* TYRONES OPTI-MI, AC MILITES) *Ita Cato præfat. & Vegetius lib. 1. cap. 3. vt rurſum monebimus in dialogis militaribus, Colum. in præfat. At mehercule vera illa Romuli proles aſſiduis venatibus, nec minus agreſtibus operibus exerci-tata, firmiſſimis præualuit corporibus, ac militiam belli-*

cum

cum res poſtulauit, facilè ſuſtinuit, durata pacis laboribus, ſemperq́; ruſticam plebem præpoſuit vrbanæ. Vt enim qui in villis intra conſepta morarentur, quàm qui foris terram molirentur, ignauiores habitos: ſic eos qui ſub vmbra ciuitatis intra mœnia deſides cunctarentur, quàm qui rura colerent, adminiſtrarént ue opera colonorum, ſegniores viſos. Nundinarum etiam conuentus manifeſtum eſt propterea vſurpatos, vt nonis tantummodo diebus vrbanæ res agerentur, reliquis adminiſtrarentur ruſticæ: illis enim temporibus, vt ante iam diximus, proceres ciuitatis in agris morabantur. THESEVM ACCIPIMVS BOVIS FIGVRA) Signauit item nummum inciſo boue, vel ob taurum Marathonium, vel ob Minois ducem, vel ad agriculturam ciues inuitans. Hinc ferunt hecatombœon & decabœon dictum. Plutarch. in Theſeo. Poplicola mulctam ei qui conſulibus non paruiſſet, quinq; bobus dixit, & duabus ouibus. Ouis erat decem obolis, bos centum, quod infrequens eſſet id temporis nummi vſus apud Romanos, ſed pecudibus & armentis cenſerentur. Vnde facultates ſuas etiamnum à pecudibus peculium nominant: & vetuſtiſſimè boue vel oue, vel ſue fuerunt ſignati, filiiq́; ſuis Suilliis, Bubulcii, Caprariis, Portiis nomina indebant. Idem in Poplicola.

PRO-

# PROGYMNASMA TERTIVM ET VICESIMVM.

## *Rei ruſticæ partitio, tum inſtrumenta, officiáq; ruſtica.*

*AVDITORES, EXPLANATOR.*

AVDITORES. Quod emendatiſsimos illos Georgicorum libros P. Virgilij Maronis cuius imago toties ferit animos noſtros, cui molle atque facetum annuerunt gaudentes rure Camœnæ, quique rem ruſticam (ſicuti te ex Iunio Columella memorantem audiuimus) vt M. Cato primus latinè loquentem, Saſernæ pater & filius eruditam, Scrofa Tremellius eloquentem, M. Terentius Varro expolitam, ita ipſe carmine quoque potentem fecit, publicis & quotidianis interpretationibus declarandos delegiſti, haud procliuè dictu eſt de me, & his duobus contubernalibus meis, quanta ob id in voluptate & lætitia ſimus. Nam quod inſecti litteris conſenſu loquuntur, perampla, perquam varia, ad agnitionem animi perliberalis atque vtilis, & ſuauis eſt pertractatio, quam nobis ſuauiorem efficit tua in exponendo pridem ſpectata eruditio, & induſtria ſingularis. Sed quoniam tenemus occaſionem, quam aucupabamur, viſum eſt percunctari te, quot par-

tibus

tibus tandem opus ruſticum, ſeu ruſticationem vniuerſam putes comprehendi. E. Quatuor, ſi quidem Maronianam diſtributionem amplectimur. Earum princeps in cultu & agitatione agrorum: altera hortorum ſiue arborum: tertia in tutela & tractatione pecoris: poſtrema in apum procuratione ſita eſt. Atque iſtorum ſingula explicaturum ſe, carminibus ſingulis in ipſa propoſitione, qui eſt exorſus ſcriptionis ipſe profitetur: tametſi in ſecundo de vitibus egit potiſsimùm, quod non diſsimulat. Itaque Columella præfat. lib. 10. ſe poeticis numeris expleturum Georgici carminis omiſſas partes affirmat: quas tamen & ipſe poeta ſignificauerat poſteris poſt ſe memorandas relinquere. Verſus accipite.

*Quid faciat lætas ſegetes, quo ſidere terram*
*Vertere, Mæcenas, Vlmiſq; adiungere vites*
*Conueniat, quæ cura boum, quis cultus habendo*
*Sit pecori, atq; apibus quanta experientia parcis.*

A. Quam tu huius quadripartitionis cauſſam? E. Quam ex Varrone Seruius. A. Quam tandem? E. Omnis terra quadrifariam diuiditur. Aut enim aruus eſt ager, id eſt ſationalis: aut conſitus, id eſt, aptus arboribus: aut paſcuus, qui herbis tantum, & animalibus vacat: aut floreus, in quo ſunt horti apibus congruentes & floribus. A. Quænam eſt quæ nunc reperitur Varronis diuiſio? E. Auctoribus quamplurimis enumeratis, qui de ruſtica diſciplina commentarios reli-

quiſſent,

quiſſent, ex quibus peterentur, quæ ſibi deeſſen hæc ſubiungit. Quò breuius de ea re conor trib libris exponere: vno de agricultura, altero de pecuaria, tertio de villaticis paſtionibus. Vide hunc tres partes feciſſe, & in totidem volum contuliſſe? Quanquam, ſi ad viuum quis reſec volet, non erunt plus duæ, agricultura nempe paſtoritia: cuius rurſum partes duæ, agreſtis p ſtio, quæ pecuaria nominatur, & villatica. A. C non plures? E. Quia tempore deficeretur: ſic en librum non minus grauiter quàm feſtiuè ordin *Otium ſi eſſem conſecutus. Fundania, commodius tibi h ſcriberem, quæ nunc, vt potero, exponam, cogitans eſſe p perandum, quod (vt dicitur) ſi eſt homo bulla, eo magis ſ nex. Annus enim XXCI. admonet me vt ſarcinas colliga antequam proficiſcar è vita.* A. Quid Columella qu ſe pacto geſsit? abſolutiſsimè certè has res, qua tum nos æſtimare poſſumus, videtur exſecut E. Nullum caput à Virgilio explicatum prætern ſit: etiam de villaticis paſtionibus, vt Varro di ruit. A. Nondum eius diſtributionem attuliſt medium, libros ſanè multos conſcripſit. E. Te ficatur ipſe in vndecimo, tam magnam & diffici eſſe ruſticationis materiam, vt ſi partes eius v mus percenſere, vix numero comprehendam Sed vbi docuero vos, quid per quos, quótq; libr diſputauerit, quænam illi partes, & qui numer potiſsimùm placuerit, ſine dubitatione cognoſc tis. A. Iſtuc maximè exſpectamus. E. Duobus p mis agriculturam explanat, tribus inſequentib agit de re vineatica: ſextum & ſeptimum in ratio ne habendi pecoris conſumit: octauum & non

villa

villaribus educationibus impertit: decimum attribuit hortis. Singularem, ſeu vagũ, ſeu extraordinarium, quem vocare licet tertiumdecimũ, dicat vitibus rurſum & arboribus. Vndecimus & duodecimus ſunt tanquã ſupplementa & appendices, in quib' de villici ac villicæ officiis denuo, de hortorũ cultura iterũ, de conditura fructuum ſermo eſt: quod poſtremũ nec Varro neglexit. In Catone nullus ordo, varia tamen, & conciſè explicata vnius generis ſupremi eruditio. Plinius libris aliquot, at non ita partitè ruralia deſcripſit, quando hoc eius præcipuum inſtitutum non fuit. Palladio per duodenos menſes ire, & quid quoq; fieri conueniret, docere collibuit. Hi ſunt quos vt inprimis idoneos rei ruſticæ auctores proferre poſsimus. A: Ex eo quod Columella fecit, rectè quis partes ſex conſtituerit. Agriculturam, vineaticam, pecuariam, paſtionem villaticam, rem hortenſem, rem arborariã: quas duas vno quodam, hortorum nomine ſcilicet, qui volet, complectatur, quod in hortis quoq; ſeruntur arbores, etiamſi extra eos ſæpe, vt in pomariis, & arboretis. E. Optimè intelligitis. A. Plura non eſt cur nunc quidem velimus hoc de capite. Verum enimuero, inceſsit nos admiratio, quid Virgilius noſter, cum ei placuerit primi libri particulam quandam eſſe enumerationem inſtrumentorum ruſticorum, tam ſtrictim ea, & ſuſpenſa manu attigerit, iſtis verſibus videlicet.

*Vomis, & inflexi primùm graue robur aratri,*
*Tardáq; Eleuſinæ matris volventia plauſtra,*
*Tribuláq; trabeæq;, & iniquo pondere raſtri:*
*Virgea præterea Celei, viliáq; ſupellex.*

*Arbutea crates, & myſtica vannus Iacchi.*
*Continuò in ſyluis magna vi flexa domatur*
*In burim, & curui formam accipit vlmus arati.*
*Huic à ſtirpe pedes temo protentus in octo:*
*Binæ aures: duplici aptantur dentalia dorſo.*
*Cæditur & tilia ante iugo leuis, altáq; fagus,*
*Stiuáq;, quæ currus à tergo torqueat imos.*

E. Si verſiculos duos, qui abs te pronuntiatis pro-
ximè antecedunt perpenderitis, nihil admiratio-
nis apud vos reſidebit. A. Hi ſunt.

*Dicendum & quæ ſint duris agreſtibus arma.*
*Queis ſine nec potuere ſeri, nec ſurgere meſſes.*

E. Ecce, non de quibuſuis, ſeu omnibus proſſu
operum agreſtium inſtrumentis ſe ſcripturum de-
nuntiat: ſed de iis tantum, quæ ad meſſem, ſeu a
arationem poſtulantur. Veruntamen de his ipſi
velut in tranſcurſu, parum conſummatè. Auctori
ſiquidem primariorum, & veluti ordines ducen-
um conſuetudo tenet, nec vſq; á capite quiduis a-
ceſſere: nec vſq; ad calcem omnia perſequi, nihilq
quantumuis leue ac minutum præterire. Quocirc
& Varro, cum inſtrumenta tripartitò diſtribuiſſe,
de tertio genere breui⁹ mihi videtur poſtea diſſe-
ruiſſe, & pauciora quàm poterat recenſuiſſe. A
Benè hoc quidem: nos interim imperitiores d
armis iſtis ac ſupellectile ſat multa ignoramus, q
ignorantia per te liberabimur ſi annuis: atq; vt a-
nuas te oratum ſummopere volumus. E. Geri-
tiq; moré dummodo hac conditione, vt quæ triti-
ra & vſurpatiora vobis arbitratus fuero, ea taci-
cætera ſic enumerem, vt aliqua paucis quid velin
declarem. Vter veſtrûm iſta neſcit: flagellum, ſ-
de

des, palus, vallus, linter, aqualiculus, vehicũlum, vectabulum, carruca, rheda, traha, plauſtrum, mulctra, mulctrale, mulctrum, quæ tria eodem intellectu dicuntur. Vas in quo lac mulſum ſeruatur ſinũ dicitur. Virgil. Sinum lactis, & hæc de liba Priape quotannis exſpectare ſat eſt. Area, ſtabulum, hauſtrum, vrna, pedum, cribrum, & ὑποκοριστικῶς cribellũ, cuius partes circulus & rete. A. Quàm iocoſe Plautus de veſta lacera pluribus locis & foramínoſa: pellucet crebrius quàm cribrum? E. Ludit in παρονομασίᾳ, vt ſolet: id ſchema latinis eſt Annominatio. Redeamus vnde pauliſper deflexímus. Hæc, inquam, & ſimilia tacebo, quæ in ſcholis elementariis diſcuntur à puſillis pueris. A. Tuæ poteſtatis res eſto. Et hæc nouimus, & illa, iuncetum, arundinetum, cannetum, dumetum, coryletum, quercetum, ficetum, caſtanetum, pinetum, glabretum, vepretum, ſpinetũ, frutetum, ſenticetum, ſalicetum & ſalictum, fimetum, carectum, viridariũ, pomarium, viuarium, violarium, roſarium, cucumerarium, cucurbitarium, latifundia, prædia, ſpicilegia, volutabra. Hæc effudimus, vt aliqua pars laboris minueretur tibi. E. Quî dum? de inſtrumentis pollicebar me dicturum, at iſthæc iam recitata non ſunt profectò in inſtrumentis. Quare alia recitare opus eſt, ſi onere leuiore me vultis incedere. A. Omittas igitur licet dolia, ſeu vaſa olearia, amurcaria, vinaria, frumentaria, crates ſcirpeas, ornamenta bubus, inſtrata aſinis, labra, infundibula, fitulas, trullas, matelliones, aluos & aluearia, molas truſatiles & aſinarias: illæ ab hominibus ſeruis trudebantur, Manubrium quo mouebatur mo-

la, molile, pilas, fabariam , farrariam, ſeminariam,
ad nucleos ſeminum excernendos, culleos, torcu-
laria , torculos , trapetum & traperas , cuppas, p-
uiculas, naſiternas , vaſa aquaria , quòd tres naſo
id eſt , tres anſas haberent : ideò naſiternas ſci-
bunt. Ita vatinianis calicibus aſsignat naſos Ma-
tialis : & Iuuenalis.

*Tu Beneuentani ſutoris nomen habentem*
*Siccabis calicem naſorum quattuor.*

Feſtus. Naſiterna eſt genus vaſis aquarij anſati &
patentis, quale eſt quo equi perfundi ſolent. Nem
pe poſt confecta ſpatia in Circenſibus, vt recrea-
rentur. Vlpianus. Neque thymelici, neque xyſti-
ci, neque agitatores , neque qui aquam equis ſpar-
gunt. Corbes doſſuarias , feretrum ſtercorarium,
modios & ſemodios , ligones , occas , ſarcula , f-
ſcellas , qualos , cola , prælum , lacum. Omitte e-
am incernicula , furcas bicornes & tricornes, h-
ſtorium , ſiue radium , bidentes & tridentes, la-
cos , falculas , falces meſſorias , fœnarias ſeu fœn-
ſecas , putatorias , quibus in arboribus & viti-
vtimur : ob illud arborariæ & ſyluaticæ : ob ho
etiam vineariæ , ſeu vineaticæ nominantur. Falc
Aramentariæ ſunt , quibus poſt meſſem ſtantia
ſegete ſtramenta deſecamus. E. Quàm multa n-
moriter? Ego verò cum animaduertam non
magnam relictam eſſe inſtrumentorum ruſtico-
rum ad enumerandum explicandúmq; copiam
non ſequar certum ordinem, etſi decreueram : ſ-
mixtim ac promiſcuè proferam , vt quidque v
ad agrum , vel ad vineam , vel ad aliam quand-
partem georgices pertinens occurrerit, In falcib
ne

non abs re fuerit ex Columella vobis deſcribere vinitoriam. *Eſt, inquit, ſic diſpoſita vinitoria falcis figura, vt capulo pars proxima, quæ rectam gerit aciem, culter ob ſimilitudinem nominetur: quæ flectitur, ſinus: quæ à flexu procurrit, ſcalprum: quæ deinde adunca eſt, roſtrum appellatur. Cui ſuperpoſita ſemiformis lunæ ſpecies, ſecuris dicitur. Eiuſque velut apex pronus imminens, mucro vocatur.* Illico quod ſingularũ partium munus ſit adiungit. *Cum vinitor in aduerſum preſſa manu deſecare quid debet, cultro vtitur: cum autem retrahere, ſinu: cum alleuare, ſcalpro: cum incauare, roſtro: cum ictu cadere, ſecuri: cum in anguſto aliquid expurgare, mucrone.* Hactenus Columella. Cylindrus lapis teres, ſeu columna lapidea rotunda à volubilitate dicta (nam κυλινδεῖν eſt voluere) ad aream terramúe complanandam comparata. Virgil. Area tum primum ingenti eſt æquanda cylindro. Bipalium inſtrumentum ad fodiendũ, vtrinque dentatum. Rutrum quo arena aut tale quid eruitur: inde rutellum. Marra herbas inutiles exſcindimus. Irpex genus raſtri ferrei, bene dentatum, herbis in agro extirpandis. Paſtinum bicorne ferramentum, quo ſemina panguntur. Sarracum ad moles & onera vehiculum. Merga genus furcæ ad leuandos fœni frumentiúe manipulos in currum. Catellæ per diminutionem à catenis. Pecten dentibus infixis ferreis aut ligneis cratis, ad operienda ſemina. Quibus vites nituntur adminicula, pedamina, pedamenta, pali paxilli, ſtatumina, ridicæ dicuntur. Serra & ſerrula etiam vtuntur ruſtici, non modo fabri materiarij, aut arcularij. Sic item runcis runcinis, dolabris, dolabellis, terebris & terebellis. In picatione vaſorum inſtrumentum adhibebant, quod à pice

veteri abradenda, vt noua adderetur, radula nomé habebat. Numellæ genus vinculi quo quadrupedes alligantur. Ductarius funis, qui per orbiculos trochleæ traiicitur. Amphoræ ſparteæ, vt vrnæ è ſparto ad vinum metiendum parabantur. Quod ſi futiles eſſent, tractando ſæpè, id quod in metiendo fit, frangebantur. Sportæ fœcariæ ſunt, quibus incluſa fæx prælo ſupponitur, vt vinum fæcatum exprimatur. Falculæ ruſcariæ quibus rubi ſentéſque ſecantur. Dolia condendis vinaceis acunatitia vocantur à Varrone. Cumera vas vimineum aut fictile fructibus recipiendis aptum, à Græcis κυψέλη. Triticum aut hordeum pauperes in cumeris recondebant, vt diuites in granariis. Horat. Cur tua plus laudes cumeris granaria noſtris? Cumeram vocabant antiqui, ait Feſtus, vas quoddam, quod opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis vtenſilia, quod & camillum dicebant, eo quòd ſacrorum miniſtrum κάμιλλον appellabant. Verùm in huiuſmodi rebus ſæpe magis genus ipſum, quàm ſpecies intelliguntur: propterea quod nec in inſtrumentis, nec in aliis infinitis omnia locis omnibus, aut quouis tempore, aut eodem etiam in loco ſemper ſunt eadem, nec pingi ſtatim poſſunt. Mutantur mores, mutantur artes, mutantur homines, mutantur curſus fluminum, mutatur mundus, & elementa: quid ni mutentur vocabula & inſtrumenta? A. Eſt prorſus, quemadmodum ais. Citemus teſtem Horatium.

*Debemur morti nos noſtráq; , ſiue receptus*
*Terra Neptunus claſſes Aquilonibus arcet,*

*Regis opus, ſterilisq; diu palus aptáq; remis*
*Vicinas vrbes alit & graue ſentit aratrum:*
*Seu curſum mutauit iniquum frugibus amnis*
*Doctus iter melius: mortalia facta peribunt:*
*Nedum ſermonum ſtet honos & gratia viuax.*

Cæterum quia ſuperius aliquot curruum genera protuliſti, cupimus ſanè doceri partes rotæ quibus vocibus afficiantur: non enim ſcitu vulgare ac facile ſentimus. E. Sunt radij. Eſt deinde abſis, ipſa curuatura rotæ. Ouid. 2. Metamorph. in deſcriptione currus Phœbi.

*Aureus axis erat, temo aureus, aurea ſummæ*
*Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo.*

Canthus vocatur ferrea lamina, quæ aliâs abſis. Modiolus eſt medium rotæ, cui hærent infixi radij. Eius foramen, in quod axis immittitur, tubus rotæ. Obex autem, ſeu paxillus ille, qui rotæ in extremo axe præfigitur, ne excidat, embolium ab immittendo. Annulus eſt ferrum orbiculare, quod modiolum inter & paxillum intercedit, ne modiolus extremus atteratur. Sufflamen quod rotæ iniiciunt aurigæ & ruſtici, ne currus in præceps feratur. A. Quid nominis eſt illi materiæ, quo axis vngitur, vt faciliore circumactu rota verſetur? E. Axungia. A. Et tegeti qua currus operitur? E. tympanum. A. Quid ventilabrum? E. quo aceres, & retrimenta ad ventulum excutiuntur expurgãtúrque: idem quod vannus. A. Quid cochleæ in torculari? E. Per quarum capreolatos amfractus attollitur demittitúrque prælum, aut rotæ, aut ſuculæ verſatione. A. Quæ nunc interrogemus alia,

non veniunt in mentem, niſi ſtabulorum genera: quę tametſi ad inſtrumẽta nihil attinent niſi remotè, tamen ea nobis ſubiice. E. Equile, bubile, ouile ſiue caula, caprile: porcorũ eſt non porcile, ſed hara & ſuile: Varroni nihilominus & anſerum ſtabuli ſæpius hara dicitur. Gallinarium, auiarium, columbarium: ſic enim vulgò appellant ędificium ipſum, & locũ columbis alendis deſtinatũ. Sed Columella & Varro hanc vocem capiunt pro nidis, & loculamentis ac cellis, in quibus ſingula paria, oua & pullos faciunt. A. De ruſticis officiis aſperge nonnihil. E. Memorię inſtaurandæ & fouendæ cauſſa magis, quàm intelligẽdi credo vos iſtuc petere. A. Tu modo da quod petimus. E. Ad ruſtica opera referũtur agricolę, ruricolæ, aratores, coloni, olitores, meſſores, colligatores, foſſores, vinitores, vitiſatores, vindemiatores, fœniſecæ, frõdatores, ſatores, ſartores occatores, procuratores, prędiatores, qui nẽpe rerũ prædialium ſunt periti, porculatores, mellarij ſeu meliturgi, columbarij, auiarij, caprimulgi, equimulgi, bumulgi, operarij, gallinarij curatores, iugarij, qui iungunt boues, qui, inquam, iugũ bobus imponunt ac detrahunt, villici, ſalictarij qui ſalicta curant, & ex eo materiã ſalignam viti pedandæ ligandæq́; parant. Paſtorum deniq; omne genus, bubulci, ſubulci, opiliones, caprarij, armentarij, aſinarij, equarij, anſerarij. Hæc deuoratote, & aliás vel à me, vel à mutis magiſtris, cum vſus venerit plura requiritote. A. Sic certè, ſic faciemus. Cras ante meridiem in Georgicis exponendis progredient. E. Niſi quid mali ſuperuentura dies pepererit.

ANNO-

# ANNOTATIONES.

GEORG. LIBROS P. VIRGILII) *Exemplaria propoſita ſibi habuit in his libris Marco Nicandrum Colophonium, hominem ab agro quidem remotiſſimum (qui tamen de rebus ruſticis poetica quadam facultate, non ruſtica præclarè ſcripſit, vt meminit* Tullius *in 1. de Orat.) Heſiodum, Aratum poetas, Ariſtotelem & Theophraſtum philoſophos. Propter humilitatem porrò hortorum dotes eum fugiſſe, è tantiſq; quæ retulit flores modo rerum decerpſiſſe confirmat Plinius lib. 14. in proœmio. Nec præcepta illius (vt aliorum quoque) ad omnes terras communiter, ſed ad ſolam Italiam Venetiamq; præcipuè ſpectant, quod Seruius etiam monuit.*
AVCTORIBVS QVAMPLVRIMIS) *Libro videlicet primo cap. 1. Planius ac diſertius lib. 3. cap. 1. in totidem partes rem ruſticam ſecreuit. Cum agriculturam, inquit, primò propter paupertatem maximè indiſcretam haberent, quòd à paſtoribus, qui erant orti, in eodem agro & ſerebant, & paſcebant: qui poſtea creuerunt, peculia diuiſerunt, ac factum, vt dicerentur alij agricolæ, alij paſtores. Quæ ipſa pars duplex eſt, tametſi ab nullo ſatis diſcreta: quòd altera eſt villatica paſtio, altera agreſtis. Hæc nota & nobilis, quòd & pecuaria appellatur, & multùm homines locupletat, & ob eam rem, aut conductos, aut emptos habent ſaltus. Altera villatica, quòd humilis videtur, à quibuſdam adiecta ad agriculturam, cum eſſet paſtio. Cæterùm neq; pecua-*

*riam eſſe partem agriculturæ, neque ad eam pertinere docuit idem lib. 1. cap. 2. Affirmat nihilominus ei affinem eſſe: vt dextera tibia alia eſt quàm ſiniſtra, ita vt tamen ſit quodammodo coniuncta, quòd eſt altera eiuſdem carminis modorum incentiua, altera ſuccentiua. Paſtorum vita eſt incentiua, agricolarum ſuccentiua, & ſuperioribus temporibus fuit, cùm homines paſtoritiam vitam agerent, neq; ſcirent etiam arare terram, aut ſerere arbores, aut putare. Ab his inferiore gradu ætatis ſuſcepta eſt agricultura. Infra. Nec vllæ pecudes agriculturæ ſunt propriæ, niſi quæ agrum opere, quo cultior ſit adiuuare, vt eæ quæ iunctæ arare poſſint. In eodem cap. figlinas, arenifodinas (ſic enim legendum, pro, argentifodinas) lapidicinas ab agricultura disiungit. Non enim ſi quis propter agrum, aut etiam in agro profectus domino, agriculturæ acceptum referre debet, ſed id modo, quod ex ſatione terra ſit natum ad fruendum.*

QVOCIRCA ET VARRO) *Percurre lib. 1. cap. 17. 18. 19. 20. 21. 22. Quæ nominat inſtrumenta cap. 22. & à nobis omiſſa fuerunt, hæc ſunt. Fiſcinæ, tribula, mallei, raſtelli, reſtes, tegetes, corbulæ. Quibus adde iſta ex Palladio lib. 1, cap. 43. Aratrum ſimplex, & auritum, dolabræ, ligones, lupi, id eſt, ſerrulæ mãubriatæ minores, maioreſq; ad menſuram cubiti, quibus facilè eſt, quod per ſerram fieri non poteſt, reſecando trunco arboris, aut vitis interi. Acus, per quas in paſtinis ſarmenta merguntur, vangæ, runcones, quibus vepreta perſequimur, ſecures ſimplices, vel dolabratæ, cauteria, caſtratoria ferramen-*

ta&

*ta atque tonſoria, vel quæ ad animalium ſolent pertinere medicinam. Inſtrumentis adnumerat ibidem tunicas pelliceas, cucullos, ocreas, manicas de pellibus, quæ vel in ſyluis, vel in vepribus ruſtico operi & venatorio poßint eſſe communes. Enumerantur item multa à Catone cap. potißimum 10. 11. 12. è quibus explicata habemus non pauca à Turneb. lib. 7. cap. 22. 23. 24. 25. Nos aliqua libabimus. Ornamenta boum intelliguntur Catoni, quibus ad arandum ornantur, vt ſtrata & ſubiugia. Cinctus dicitur & ſemicinctium: ille enim eſt latior, hoc multò arctius & anguſtius: ſic funis & ſemifunium: funis enim craßior eſt & maior, ſemifunium tenuius & gracilius. Ferrea dicitur tacito furcæ vocabulo. Rutabulum ad focum pertinet, nos palam vocamus. Labrum lupinarium eſt, in quo aqua lupinus maceratur, vt eius amarities eluatur. Labrum eluacrum, in quo aliquid eluitur, & lauatur, quod ſordidum eſt. Fullonica pila qua tunduntur veſtes & panni vt poliantur, quod hodiéque opera rotarum aquariarum ſublatis pilis fieri videmus. Tela iugalis eſt tela iugo impoſita, in quo texatur, ad aliarum telarum diſcrimen, quæ pingũtur acu, texuntur radio, pectine, aut alio genere, ſine iugo tamen. Ouid. Tela iugo iuncta eſt. Armariũ promptuarium eſt, è quo promitur cibus. Plaut. Capt. Cellas refregit omnes intus, reclusitq́; armarium. Quala ſataria ſunt, quibus ad ſerendũ opus eſt, id eſt, ad ſementẽ: vt lintres vindemiæ vſui ſunt, quæ & nauia, vt opinor, vocãtur*

Feſto:

*Feſto: à ſimilitudine lintrium nomen habent.* Aluei ſunt,
*quibus in lintres portantur collectæ vuæ.* Epidromum,
*eſt funis quo lectus ſubtenditur, in quo ſeruus cubet:*
*nam lecti ſubtenſi ſtratis opponuntur.* Torcularium lo-
*cus eſt, vel ædificium, in quo ſunt torcula vaſa & tra-*
*peti.* SINVM DICITVR) *Vas ventris tumidioris,*
*& rotundioris formæ, natum à græco* δῖνος, *cui coni-*
*cturæ fauet ſyllabæ in vtroque vocabulo extenſio. Acli-*
*cet mutatio literæ d. in ſ. ſit inſolens: tamen cum* ἴσμεν
*&* ἴδμεν *dicatur etiam ab ipſis Græcis, quid mirum eſt ab*
*alienigenis eam eſſe permutationem factam, qui omnia*
*ſolent ore ſuo vel corrumpere, vel aliquantum commu-*
*tare? Hæc Turneb. lib. 1. cap. 16.* SERRA, ET SER-
RVLA) Ducere *ſerram cum aliquo, eſt altercari cum*
*eo, verbis ſcilicet aſperis, & cum clamore tam blandi-*
*enti, quàm blanditur in ſerra ſtridor.* Tertullianus de
*corona.* Quandiu *per hanc lineam ſerram reciprocabi-*
*mus? Ducere autem ſertam cum aliquo, eſt cum eo lu-*
*boris eſſe participem: nam ſerta* τὸ σχοινίον, *reſtis, fun-*
*culus. Vide Scalig. in 3. Varronis de re ruſt.* SATORES,
SARTORES, OCCATORES) *Hegio ſenex in Capt.*
*iratus Pſeudophilocrati. Sator ſartorq́ ſcelerum, & meſ-*
*ſor maxume. Cui ille confidenter,*

*Non occatorem dicere audebas prius?*
*Nam ſemper occant prius quàm ſarriunt ruſtici.*

*Sarrire eſt ſarculo purgare ſegetes euulſis herbis noxiis at-*
*que inutilibus. Ab eo ſartor, non ſolum à ſarcio.* Occare
*eſt glebas comminuere, quæ ita velut occiduntur, vt eſt*
apud

*apud Varronem lib. 1. cap. 31. Cic. in Catone occare mauult ductum ab occæcando. Quæ (terra) cum gremio mollito ac ſubacto ſparſum ſemen excepit, primum id occæcatum cohibet: ex quo occatio, quæ hoc efficit, nominata eſt.*

# PROGYMNASMA QVARTVM ET VICESIMVM.

## *Agricultura, ſiue agricolatio.*

*DE compluſculis, qui flectentem me adoleſcentiæ meæ, florentémq; ſtudiis ignobilis otij (quomodo de ſeipſo Parthenias ille noſter) amauerunt amore ſingulari, habeo in memoria extitiſſe Iunilium Camerinum: qui quod erat grandis ſenectute, quaſi poſtremum iam fabulæ ſuæ actum agere occipiebat. Hic me ſic amplexabatur, ſic ferebat in manibus, ſic fouebat, vt quanto interuallo cæteri alios, à quibus mediocriter diligebar, tanto ipſe cæteros quibus eſſem chariſsimus in colenda neceſsitudinis fidelitate ſuperaret. Cumq; multa ſæpe iucundè & memoriter mihi de ſe narrare conſueuiſſet, tum iſtanc rem aliquando retulit, in hunc modum. Viuebat in hac ciuitate Iulius Clementianus ducta in matrimonium Sabina matertera noſtra, homo cùm omnis ſcientiæ liberalioris maximè compos, tum iudicio quoque & ſuffragatione Tulliana perbeatus: quandoquidem ampliſsimis perfunctus honoribus, & rerum geſtarum gloria magnificus, eum vitæ curſum adeptus erat, vt verſari poſſet vel in negotio ſine periculo, vel in otio cum dignitate. Ad hunc iuſſu patris optimi ac prudentiſsimi viri ego fraterq; meus rogatus adoleſcentes, ſtudiorum in do-*

*ctrina liberali poſitorum candidati ventitabamus: itaque lateri humaniſſimi ſenis hærebamus, vt nunquam pene dimoueremur. Multa ille aliàs inambulans, aliàs in hemicyclo ſedens prudenter diſputare, multa breuiter & commodè dicere, quæ nos animis & memoria intima complexi, eius ſermonibus quotidie peritiores in litteris euadebamus. Forte cecidit, vt in mentionem rei ruſticæ delaberemur. Ibi nos ambo enixiſſimè orare illum, vt quoniam poſſet, & nobis vellet, & diei longitudo tempus largiretur, artes ruſticas ſummatim diſſereret. Quid plura? dedit aſſiduitati, dedit beneuolentiæ, aſſenſus eſt. Eius totius inter nos habitæ ſermocinationis, ſiue ab eruditiſſimo viro profectæ diſputationis capita ſententiáſque cum retinuiſſemus, poſtea eadem inter nos collatis ac celebratis libellum componere, quæque Clementianus in oratione ſua coarctauerat, ea dilatare, latiúſque diffundere inſtituimus. Hic ego: non poſſum, inquam, quin exclamem lætabundus: vtiliter, vtiliter Iunili: ſiquidem auditionis veſtræ fructus ad poſteros quoque permanabit. Serite vos etiam arbores, quæ alteri ſæculo proſint. Verùm id opuſculum ecquid penes te eſt? Ille, immo eſt, ſtatimq́ue de ſcrinio protulit, inſpiciendum porrexit. Vbi legens altera pagina proceſſit, precibus quàm maximis potui amicum inſtiti, deſcribendi copiam mihi ne denegaret: quod vt aliquandiu faceret, modeſtia qua præditus eſt eximia hortabatur. Dedit manus, deſcripſi, recenſui, publicaui commentariolum ſiue dialogum. Quem vt intenta cura lectitent, quotquot ſereniores iſtas placidaſque ſcrutantur litteras, monere adhortarique non dubitem.*

IVNILI

## *IVNILIVS, ROGATVS, CLEMENTIANVS.*

IVNILIVS. Sunt iſta vera, Clementiane, conſentientia cum illis, quæ à Cicerone in ſcriptis relicta videmus. Quem tu ſcriptorem quantopere admireris, vt in ore ſemper habeas, quantum diligas, non eſt vt quenquam fugiat, qui te norit. Omnium rerum, inquit, ex quibus aliquid exquiritur, nihil eſt agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius. Tu verò quid ſentias, hoc loco audire peruellemus: num hunc eundem amicum tuum, itémque noſtrum de ruſtica facultate putes condere potuiſſe volumina, ſi eò conuertere ſtudium operámque non horruiſſet. In illo quidem libro, quem ad Atticum de ſenectute ſuauiſsimum miſit, huius in ſe ſcientiæ ac poteſtatis ſpecimen illuſtre propoſuit. Atqui vulgus in eam opinionem diſceſsit, in eare, in qua tritus non ſit, neminem rectè diſputationem ſuſcepturum. Tullium autem perinde vt Magonem Carthaginenſem, vt Catonem, Varronem Romanos, vt alios demum aliarũ gentium in ruſticanis cogitationes defigere ſolitum, fundos, villas, hortos, prata, ſyluas, vineta obiiſſe, terram molitum eſſe, operis quippiam aliquando feciſſe, præſentémq; & inſpectantem plurima obſeruatu didiciſſe, quis tam præpoſterè doctus vt aſſerat? tam diminuta & alienata mente vt credat? R. Ipſum hoc cum ex te quærere pararem, frater quæſitum præoccupauit. Quare vna reſponſione

ſione natam vtrique dubitationem expedies. C. Quod auetis noſcere, haud eget conſideratione diuturna. Homines macti ingeniis, & eruditione præſtabiles, quàm multa, quàm diuerſa monumentis ſæpenumero mandauerunt, quos eadem vſus nullus, experiendi conſuetudo nulla docuerat? Aratus aſtrologiæ imperitus fuit: hic tamen verſibus ornatiſsimis de cœlo ſtelliſq; diſſeruit. Nicander Colophonius quanquam ab agro remotiſsimus, de ruſticis rebus præclarum poema conſcripſit. Ergo hi poetæ. Quid? pleriq; hiſtoricorum veterum iuxta ac recentium, quibus ſub ducibus meruerunt? quo ſe, aut vbi tandem militiæ ſacramento obligarunt? quibus vrbium, arciúmq; oppugnationibus, aut propugnationibus: quibus præliorum contentionibus interfuerunt? Nihilominus adeò enucleatè, diſtinctè, ſubtiliter, abſolutè omnia narrationibus explanant, non vt meditata, lecta, audita: ſed à ſemetipſis coram conſpecta, dicta, perpetrata commemorare videantur. In quorum album Homerus quoque vatum genitor & educator cum Iliade ſua referatur. I. Sanè quidem.

*Res geſta Regúmq; Ducúmq; & triſtia bella*
*Quo ſcribi poſſent numero, monſtrauit Homerus.*

Sed tu hoc nobis, quæſo, explicatius. C. Nihil ille quatuor & viginti libris niſi arma viróſque canit: viros, inquam, & planè viros. Illic delectus militum, quorum munus, vt Imperatorum quoque officium accuratè exprimitur. Sunt caſtrorum munitiones, impreſsiones, defenſiones, excubiarum ratio, pugnarum terreſtrium naualiúmq; di-

ſimi-

ſimilia genera. Quàm illi cæco mens oculata? Prouidentia magna diſponit acies, egregiè militares conciones habet, claſſes ornat, frumentationem conficit, oppida exercitu circumdat, conſultat, legationes mittit, ſpeculatores conſtituit, fœdera fert, inducias concedit, ſtrategematis vtitur, fortibus præmia pollicetur, ignauis ſupplicia comminatur. Hæc vniuerſa tanta cum ſapientia præſtat Homerus, vt numeroſas ductaſſe copias, & belli ſummam adminiſtraſſe videri queat. Quamobrem Stratocles, Hermias, Frontinus de Homerica rei militaris diſciplina commentarios vt colligerent excitati ſunt. Vt porrò ad alios pergamus, num populi motus, iudicum religiones, ſenatus grauitatem Ariſtoteles quamuis rerum naturæ callidiſſimus, philoſophorúmque omnium conſummatiſsimus oratione ſua vllo tempore conuertit? Gloria quidem Iſocratis commotus diſcipulos in vtramque partem dicendo exercuit, ipſe nec priuatim declamitauit, nec publicas cauſſas dictitauit. Nec Quintilianus rhetor acutiſsimus magis dixit, quam apud Græcos Iſocrates. Et tamen cum hic, tum Ariſtoteles de doctrina dicendi præcipere quàm perfectiſsimè potuerunt. De Muſica ſcribere haud verentur, qui ipſi non canunt. Cornelium Celſum de medicina, quæ re non probaſſet, θεωρητικῶς, ἀλλ' οὐ πρακτικῶς ſcripſiſſe vagatur opinio. At eſt interim non poſtrema huius inter filios medicorum auctoritas. An verò arbitramini quæcunque à Varrone, Plinio, Columella adducuntur, ſcientiam ruris inquam, eos contemplando ſimul, & agendo conſecutos? Ita ſi

ſapitis, deſipitis. Ipſum Plinium quæ attulit, alie-na ſectantem veſtigia attuliſſe confirmo. De re nautica diſputarunt, qui ſe Neptuno nunquam crediderunt. R. Perquàm conſultò id, ne potando perirent: magnis enim poculis inuitat. I. Idem eſt balneator frigidus: ſalſam præbet potionem & fri-gidam. C. Agnoſco Plautinum ingenium. De ma-giſtratu temperandáq; Repub. qui eius guberna-cula attingere noluerunt, neque vllam publici muneris partem adminiſtrauerunt. In quo cata-logo locare poterimus Platonem & Ariſtotelem, quorum de optimo ſtatu ciuitatis feruntur libri. Etiam Iſocratem, qui, quod eſſet officium Regis erga ſubiectos, ſubiectorúmque viciſsim erga Re-gem, duabus luculentiſsimis orationibus, pate-fecit. Leguntur & Dionis Chryſoſtomi de regno orationes, in quarum 2. Alexander Magnus Phi-lippo patri officium regis ex Homero copioſè de-monſtrat, poſtulatus ab eo cauſſam, cur hunc poë-tam tantopere aliis neglectis admiraretur. Dioge-nes item captus & venditus, cum interrogaretur quid ſciret agere: ſcio, inquit, viris imperare: atque ad præconem: prædica, quiſnam dominum ſibi emere velit. Ad languorem vos exempla di-bunt, ſi plura ſerie continuata, & alia ex aliis nexa protulero: itaque hîc modus eſto. I. Sit modus. At nos, en curioſitatem, exemplis apponi cauſſam rationémque cur fiat deſideramus. Reſidet enim ſcrupulus qué iniecit quod de Annibale & Phor-mione legimus. Hunc ille dux experientiſsimus & tot victoriis clariſsimus, vt ſenem nimiopere delirum (nam ſenilis ſtultitia deliratio appellari

ſolet)

ſolet) notauit, quod videlicet ad aliquot horas de artibus imperatoriis, deq́ omni re militari dicere coram ſe nihil trepidaſſet, cum ipſe caſtra nulla vel pedibus, vel oculis ſaltem vnquam obiuiſſet, tubarum raucisonos cantus auribus nec ſemel hauſiſſet. Similiter aliquis in Phormionibus ducat eos, qui exercitatione vſúque carentes, ſola freti theoria de rebus garriunt. C. Scientiæ magis continuatione ordinata præceptionum, ex notatione, animaduerſione, experientiaq́ deductarum, quàm ipſa obſeruatione & vſu continentur. Experientia eſt illa quidem tanquam obſtetrix quædam rationis & ingenij: contrà, eiuſdem magiſtra & præſes ratio habetur. Quapropter potentes ingenio, plurimarúmque rerum intelligentia præſtantes, lectione & auditu eos adiuuante, melius vnumquodque cognoſcent ac diiudicabunt abſque vſu, quàm qui eo aſsiduiſsimè tractando & exercendo implicantur: vt errore turpiſsimo ſe Pœnus induerit, & in reprehenſionem ſtoliditatis incurrat, qui in Phormionem cum aculeo & maledicto facetus eſſe voluerit, à quo ſene doctiſsimo ipſe ἀστράτευτος, & barbarus doceri adhuc multa poterat, quæ neſciebat, quamuis in Italia per annos ſeptem & decem tot expeditionibus claruiſſet, toties Romuli feram & bellicoſam gentem deuiciſſet. Et profectò Scipioni Africano, à quo ante mœnia patriæ ſuæ debilitatus & fractus eſt penitus, tertiaſq; aliquanto iuſtius ceſsiſſet, quam ſibi tam ſtultè arrogantérque vendicaſſet. Dici aliter non poteſt, fuit in illo duce militaris ex vſu peritia longè maior, quàm in aliis non paucis, quorum no-

men ad illuſtrem hominum memoriam inclaruit: ſed viciſsim cognitione, quam parit præcipuè lectio frequens (quæ vna pœne Lucullo tantum profuit, quantum Mithridates ſentire coactus eſt) cumulat auditio, prælongis interuallis vnus Phormio Peripateticus illum anteuenit. Diſciplinarum igitur præcepta & theoremata citra vſum & exempla inueniri, conſtitui, proferri, propagari cum minimè poſsint, vt percipiantur tamen, actionem praxinq́; non flagitant: neque cum ipſa comprehenſione neceſſariò coniungendus eſt rerum vſus: licet perfectio experientiam intelligentiæ comitem requirat: quando illi quolibet in genere principem palmam iure ſuo depoſcunt, qui præceptionis rationem ad ipſam actionem accommodare, & auribus oculos, oculis aures adhibere ſtudent. Hinc Iunius Columella, qui tot libris ruſticarum artium diſciplinas ſtudioſiſsima diligentia pertractauit, cum recitaſſet nomina complurium qui ſuis ſcriptis huic profeſsioni velut ſtipendia & tributa contuliſſent, auctor eſt filio, vt eos prius aduocet in conſilium, quàm cum agricolatione contrahat: nec tamen credat, ſe vniuerſi negotij ſummam eorum ſententiis conſecuturum: quod talia ſcriptorum monumenta magis inſtruant, quam faciant artificem. Vſum & experientiam dominari in artibus. R. O diem nobis optatum & fauſtum Iunili. Hem affinis noſter ſuis ſe laqueis inuoluit, nec euoluet. C. Quinam, mi Rogate? R. Nullum tibi effugium reliquiſti: pulchre abs te ipſo tibi omnis præciſa eſt excuſatio. C. In quo præciſa tandem? Miror tam lætis te

affectum

affectum modis. An facinoris alicuius crimen mihi hæret, de quo me accuſare molimini? R. De compacto petituri ſumus abs te, quod iam quin præſtes facere nequibis, niſi nos parum diligas. Ac ne teneamus te diutius, de ruſticis doceri peroptamus, quia ingenua nobis viſa eſt, & ſuauitatis plena cognitio. Id ſi ante abs te contendiſſemus, quàm tu hoc ipſum poſſe te, nihil ſuſpicatus atque improuidus, demonſtraſſes, certum eſt, exorabilis non fuiſſes: obtendiſſes, nunquam te in agro verſatum, nec ſeminaſſe, nec meſſuiſſe, nec deplantaſſe ſurculos, nec paſtinaſſe, ac repaſtinaſſe vineam, nec paſcendo tuendóq; pecori dediſſe operam, nec lac in caſeos coegiſſe, nec infirmas oues totondiſſe. Hæc & ſimilia diceres, vt ſubterfugeres. Nunc quia inficiari non audes, te iſta quoque legendo frequentaſſe, & eminentiſsimo ingenio tuo ſingula penetraſſe, quáq; vincis omnes, memoria omnia cuſtodiſſe, congeſtas exprome diuitias, ordinéq; & breuiter etiã, tibi cognitiſsima, nobis indoctioribus ferme ignota in conſpectu pone: libenter tibi huncce diem vel totum dicabimus. C. Huccine tendiculæ noſtræ? O callidum & verſutum factum. Quid captus ego conſilij capiam? Difficile erit ex tempore. Tamen obſequar huic rogationi, magis experiundi voluntate, quàm perficiendi confidentia: vt ita, cum vobis morem geſſerim, potius ab aliis de imprudentia reprehendar, quàm à vobis de prætermiſſa beneuolentia accuſer. I. Gratiſsimum accidet Clementiane, & iis ſatiabimur, quæ in tua recordatione manent, quæque in buccam, ſiue ea multa, ſiue pauca ſint.

C. De agricultura dicam primùm, quoniam pars eſt præcipua: deinde de paſtoritia, quæ in pecuariam, & villaticam paſtionem diſtribuitur: poſtremò de vineis & hortis, quas res Varro vix tangit, ſed tamen tangit: copioſius de iis Columella, Virgilius & alij. Paruo autem pomœrio finietur hæc mea diſputatio, quod animo feretis æquiſſimo, vt oſtenditis. I. Sine dubio feremus: & eo maior nos iſtorum, quæ nullum ad vſum noſtrum, ſed tantum percipiendi ſtudio adducti exquirimus, exſpectatio inceſsit, quod te pro veteri ac perpetuo more tuo nulla oſtentatione vſurum ſcimus, & cùm apertè ac diſpoſitè, tum verò etiam ſcienter & grauiter dicturum eſſe confidimus. C. Vos videritis. Vt igitur inde fundamentum huic ſermoni aſſumamus, vnde ſolent, qui cum ratione & modo de aliqua re inſtitutionem aggrediuntur, agricultura definiri poteſt, ſcientia quædam magna & neceſſaria, qua, quæ in quoque agro fructus percipiendi cauſſa ſeruanda ac facienda ſint, cognoſcimus. Huius artis quod hæc quatuor principia inducunt, aquam, terram, animam, ſolem, quibus ipſe mundus, & res omnes naturâ conſtantes efficiuntur, ſcilicet id totum falſa ratione receptum eſt, vt vſurpemus aliquid è Lucretio, & magno in errore eſt iſtorum hominum ſententia. Hæc ſiquidem non ipſam artem continent, ſed frugibus, vt comprehendant, vt è terra exeant, vt aleſcant, vt maturis coquantur ſolibus neceſſaria ſunt, earúmq; principia verius nominantur: quomodo apud medicos quatuor elementa corpus hominis, quod ſcientiæ illorum ſubiectum

e

eſt, non ipſa ſcientia componitur. Quòd ſi hoc volunt, terram ab agricultura conſiderari velut materiam, animam, aquam, ſolem, (qua voce quidquid ſupra elementum aeris eſt, notare mihi videntur) velut cauſſas efficientes, verè illos ſentire manifeſta res docet. De forma ſilent, metam ſeu finem duplicem decernunt, vtilitatem, & voluptatem. Nam per culturam ſedulam honeſtus ager, & quaſi ſpecioſus euadit, & ea de cauſſa plerunque fructuarius magis, longéque vendibilior: quando quilibet quod eſt formoſius mauult pluris emere, quàm minoris quod eſt turpe, etiamſi fructuoſius. Numquid ſic res eſt, vt aio? I. Vt ais, ſic eſt prorſus: neſcio quid ſit, cur elegantia & pulchritudo tam in iis quæ vita ſenſuque orbata ſunt, quàm in iis quæ anima fruuntur naturæ noſtræ tam valde lenocinetur, eamque tanquam occultis quibuſdam funiculis ad ſe trahat, ſibique adſtringat. Satis hoc argumenti opinor, hominem eſſe, vt habitu & conformatione corporis: ſic animo ipſo & cogitatione venuſtiſsimum atque pulcherrimum inter animantes, quem tantopere inuitat, delinit, capit, & in ſe rapit quibuſcunque in rebus elucens aliqua formoſitas, & ſpecies quædam liberalis. C. De hoc dicto amo te multum: perbene philoſophatus es. Cæterùm ille vtiliſsimus cenſendus eſt ager, qui idem ſaluberrimus. R. Salubritas hæc ſi præſtari à colono poſſet. Vtinam, inquam, in arbitrio noſtro ac poteſtate conſiſteret. Non conſiſtit: nam è cælo ac terra deducitur. C. Eſt in manu noſtra, Rogate, diligentia, eſt ſcientia, eſt impenſa, per quæ, vt agrum leuemus incommodis, ſi non

vbiq; nec omnibus, at alicubi & aliquibus, non va-
tamur. Ad peſtiferam luem cæli grauioris mi-
tigandā remedia antiqui multa præſcripſerunt. I.
Quænam dicemus eſſe, quibus aruum aut peſti-
lentius fit, aut incommodius? C. Quæ? genus ter-
tæ, genus aquæ, habitum tetrum qui exſpiratur,
aerem feruidiorem, minus idoneas tempeſtates,
afflatum venti nocentioris, & ſimilia. Atque hæc
huiuſmodi ſunt. Partes agriculturæ quatuor nu-
merantur, cognitio fundi, ſeu eorum, quæ ad ſo-
lum terræ, villas & ſtabula pertinent. Inſtrumen-
ta, ſeu res quibus agri coluntur. Quæ agenda in
prædio. Quo tempore quidque faciendum. R.
Hoc initium, Iunili, ceſſantibus ac dormentibus
nobis fertiliſsimam ſegetem, & prægnantes ſpicas
pollicetur. Proinde de terra pauienda, areáq; ad
trituram præparanda cogitemus. C. Cauete ne vos
exſpectata ſeges vanis eludat auenis. I. Perge per-
ge, quiduis cauebimus citius.

## I. *COGNITIO FVNDI.*

### FORMA.

C. Rurſum, quatuor in fundo videnda ſunt: eius
forma, terræ natura, modus ſeu magnitudo, tu-
tela. Formam quidem aliam natura largitur, aliam
labor imponit: eſt namque hic ager benè natus:
ille autem malè: & fundus alius probè conſitus,
alius haud probè. Ergo illa naturalis appelletur
forma, quandoquidem aliunde non exiſtit: hæc
artificioſa, quoniam ab induſtria & arte accedit.
Iterum, prioris formæ faſtigia ſeu ſpecies quatuor
reperio, quod eſt ager quidam compeſtris, quidam
colli-

collinus, quidam montanus, quidam inſuper, in quem horum duo, aut omnia tria concurrunt: ita illis ſimplicibus, hæc poſtrema ſpecies erit compoſita. Iam ſingula genera, ſiue, vt vocabamus, ſpecies, alias ſenas ſpecies cohibent: ſoli pinguis vel macri, ſoluti vel ſpiſsi, humidi vel ſicci: quæ qualitates commixtæ & alternatæ, mirabilem agrorum varietatem creant. Depreſſa & infima, quoniam ſummis & excelſis calidiora ſunt, aliter coluntur. Et collina aliter, quæ vt inter ſuprema & humilia medium locum tenent: ſic ambobus tepidiora ſentiuntur. In campeſtribus maturior eſt ſatio, maturior meſsis: in ſublimibus vtraq; ſerior. Quædam feraciora, validiora, proceriora ſurſum, alia deorſum: illic vt arbutus, quercus, abietes, ſappini: hîc vt populi, ſalices, nuces græcæ, ac mariſcæ fici. In collibus humilibus maior ſocietas fructibus cum campeſtribus, quàm cùm montanis: in altioribus contrà. Moderatè ſiccis ac pinguibus campis, quàm præcipitibus locis melior prouentus ſegetum. Quare & agri frumentarij celſiores habere planicies: & quam molliſsimè deuexi eſſe, poſitionémq; campeſtrem imitari debent. Vineæ lætiores ſunt in collibus, ſyluæ in montibus. Amplius commendatur locus campeſter, qui vnam in partê totus æquabiliter vergit, quàm qui eſt ad libellam æquus. Etenim hic cum aquæ non habeat delapſum, vliginoſus redditur, maximè, ſi eſt inæquabilis. Campum, inquit Columella, non æquiſsima ſitum planicie, nec perlibrata, ſed exiguè prona: collem clementer & molliter aſſurgentem: montem non ſublimem & aſperum, ſed

nemoroſum & herbidum callidiſsimi ruſticarum rerum maximè probauerunt. De ſecunda form[æ] hoc ſolum dixerim, plus reddere arua, & fæcundius reſpondere votis, quæ ſpeciem venuſtiorem ſunt adepta. Quod in arbuſtis & oliuetis pulchrè in ordinem conſitis, & modicis interuallis, & aliis ſimiliter intelligite. Ex agro igitur æquè ſpatioſo ſed non æquè diligenter elegantérq; conſito ſi minus bonum, & minus multum vini frumentique quin rediturum ſit, dubitare non decet. Fæcundior omninò eſt bene culta exiguitas, quam neglecta magnitudo. Minorem videas occupare locum, quod ſuo loco eſt poſitum: nec alterum alteri à ſole & luna tantum officere. Vites quoque & arbores ſi per ordines ſatæ ſint, æqualiter cæleſti lumine ſolis ac lunæ perfuſum iri, indéque maturiorem fore coctionem fructuum, vberioremq; copiam, grandiorẽ redigi poſſe pecuniam apertiùs.

NATVRA TERRAE.

Quod à primo proximum ſequebatur, ad conſiderationem vocemus, diuerſus ſoli habitus, & terræ qualitas. Quippe noſtra plurimùm refert quid nobis illa neget, quid promittat, & quamobrem bona, aut non bona videatur. Hic fructibus vineta inſtituas, illic frumenti vtilior ſatio, alibi leguminum, alicubi olerum, quibuſdam ſerendarum ſtirpium. Ob naturam terræ eſt vbi platani, quercus, ficus, vites per hybernam tempeſtatem minimè amiſsis frondibus caluefcant. Eadem in cauſa eſt, cur multa in anno frugem iteratò fundis. Regionibus ac locis feris & inhoſpitis plures, habitatis atque cultis grandiores foetus ac meliores

prod-

prodeunt. Reperiuntur quæ tantummodo paluſtribus locis, lacubus, fluminibus vel nata, vel plantata viuant. Sunt terræ quædam pomis, vuis, aliis fructibus procreãdis prorſus inhabiles. Quod admonuit Virgil. I. In Georgicis credo, & memini verſuum, quos, vt tibi ſit leuior labos, reddam è memoria.

*Ac prius ignotum ferro quàm ſcindimus æquor,*
*Ventos & varium cæli prædiſcere morem*
*Cura ſit, ac patrios cultúſq; habitúſq; locorum,*
*Et quid quæque ferat regio, & quid quæque recuſet.*
*Hic ſegetes, illic veniunt fœlicius vuæ*
*Arborei fœtus alibi,*

& quæ ibidem præterea adducuntur. C. Hæc in primo. Apertius etiam ac plenius idem poeta in ſecundo. R. Iam par videtur, vt ego ætate fratri meo ſecundus, ſecundo loco de ſecundo Georgicorum iſtos quos dixiſti verſus exhibeam. Excipitote.

*Nec verò terræ ferre omnes omnia poſſunt,*
*Fluminibus ſalices, craſſiſq; paludibus alni*
*Naſcuntur: ſteriles ſaxoſis montibus orni:*
*Littora myrtetis lætiſſima. Deniq; apricos*
*Bacchus amat colles, Aquilonem & frigora taxi.*

C. Probo iſtam in carminibus præſertim Maronianis memoria complectendis diligentiam. Deniq; in diſcriminibus non paucis ager agro præſtat. Noſcendæ etiam ſubtilius differentiæ terrarum, vnde ſingula genera numerantur. Eſt alia lapidoſa, alia argilloſa, alia arenoſa, alia glareoſa, alia cretoſa. Et vnumquodq; horum in alia tellure admodum, in alia temperatè, in alia vix inuenitur: vt genus quodlibet ternos quaſi gradus cohibeat.

Singu-

Singulæ inſuper, quas in medium attuli terræ ſpecies, alias, & quidem ternas coercent: quoniam partim humidiores, partem aridiores, partim mediocres ſunt. Intereſt adhuc macra ſit humus an pinguis, an vtriuſq; particeps. Indicia item haud fallacia tenentur, quæ tellus apta ſit culturæ: eaq; vel ab ipſa dantur, vel ab iis certè, quæ ex ipſa generantur.

## MODVS FVNDI.

I. De modo fundi, quod erat in eius cognitione tertium, audire ſtudemus, niſi tu in hoc capite longior eſſe vis. C. Nolo ſanè, & promiſſæ breuitatis me decet eſſe memorem. Metiebantur agros, vt quanti eſſent cognoſcerent. Ad iſtas menſuras pertinent iuga, verſus, iugera. R. Ne iſta vocabula nobis obſcura relinquas. C. Iugum dicebant quod iuncti boues vno die exarare poſſunt. Verſum, centum pedes quoquo verſum quadratum. Iugerum quod quadratos actus duos habet, Actus quadratus, qui & latus eſt pedes CXX. & longus totidem. Iugeri pars minima ſcrupulum, id eſt, decem pedes in longitudinem & latitudinem quadratum. Sed quod Cleobulus ſapiens vnus e ſeptem, menſuram dixit eſſe optimam in rebus, hoc ad ſe quoque vehementer attinere exiſtiment licet, qui agrum mercabuntur. Inter Pœnos circumferebatur: imbecilliorem agrum quàm agricolam eſſe oportere: quia cum ſit colluctandum cum eo, ſi fundus præualeat, allidi dominum. Nec controuerſum eſt, quin minus reddat laxus ager non rectè cultus, quàm anguſtus eximiè. Non fugit hoc Maronem, cuius eſt: laudato ingentia rura, exiguum

guum colito. I. Quis igitur modus? C. Sua cuique moderata & voluntas & facultas. Quia verò ad modum fundi accommodanda eſt villæ ædificatio, agamus de villa hîc potiſsimùm, atque inſuper de villico. R. Periucundum hoc nobis fuerit. Quid autem non iucundiſsimum in tota re ruſtica? Ipſo quidem in vſu haud omnia vel aſpectu, vel auditu, vel olfactu placent, vt neque medico in ægrotis. Veruntamen vt à medica, ſic à ruſtica theoria omnis abeſt moleſtiarum ſenſus, expletúrque animus voluptate dulciſsima, ad quam eò feſtinamus amplius, quòd non paruam eius partem iam deguſtauimus. At enim cur te impedimus? C. Reuera nihil hæc voluptas ad illam, Rogate, qua deinceps eſtis cumulandi. I. Mi Clementiane, quantum pote, nos hodie delecta. Nam quis præſtabit, parem nos in poſterum tam dulcis & cumulatæ lætitiæ ex ore tuo percipiendæ occaſionem eſſe nacturos?

## Villa.

C. De villa vrbana nihil, de ruſtica & frumentaria coniunctim. Ac de ſitu quidem eius & poſitione iſta. In demiſſo, humili, cauo loco, in conuallibus ideo prohibent excitari, quòd huiuſcemodi ædificiis effuſius de cælo prorupti imbres, flumina ſuper ripas excreſcentia, & per apertos campos exſpatiata, torrentium repentini affluxus importunam cladem detrimentúmque grauiſsimum apportare ſolent. Sublimior deligendus locus, qui cum diem totum à ſole feriatur illuſtretúrque cum etiam perfletur (& ita flatibus, ſi quid aduerſarium inferatur perquam facilè diſcutiatur ac repel-

latur: vti & beſtiolæ prope exiſtentes, quæ aut ef-flantur, aut aritudine breui interuallo extinguun-tur) exiſtimari debet ſalubrior. Apud Columel-lam ſic eſt. Petatur aer calore & frigore tempera-tus, quem ferè medius obtinet collis, quod neque depreſſus hyeme pruinis torpet, aut torret æſtiuis vaporibus, neque elatus in ſumma montium per-exiguis ventorum motibus, aut pluuiis omni anni tempore ſæuit, ſed locus paululum intumeſcat: ne cum à vertice torrens imbribus conceptus deflu-xerit, fundamenta conuellat. Hæc ille. Villæ frons auerſa ſit ab infeſto regionis vento, ſit autem op-poſita ad flatus eorum ventorum, qui ſaluberri-mi, amiciſsimiq; flare iudicabuntur. Ne in palu-ſtribus ædificatio ſuſcipiatur, néue circum, fuerint paludes, quod caloribus noxium virus eructant, & ibidem naſcuntur animalia quædam puſilla, quæ aciem oculorum noſtrorum fugiunt, ſeu quæ o-culis conſequi nequimus, & eadem vbi in corpus humanum vnà cum ſpiritu per os perq; nares ſeſe inſinuauerint, difficilibus ad curandum morbis dant initium. Item alia infeſtis aculeis armata den-ſiſsimis examinibus in nos inuolantia, natrices quoq; & ſerpentes ibidem enaſcuntur, ſitus atque humor inſtrumentum ruſticum, ſupellectilemq; conditos inconditóſque fructus corrumpit. Ve-tant inſuper iuxta viam militarem ædificare, quòd prætereuntium viatorum populationibus, & aſſi-duis diuertentium hoſpitiis res familiaris infeſte-tur. Si editior ſitus ripæ villam profluenti ſuper-ponere patietur, caue ne aduerſo amne, vt à tergo potius, quàm præ ſe flumen habeat. Amnes enim

pleriq;

pleriꝗ æſtate vaporoſis, hyeme frigidis nebulis caligant, quæ niſi vi maiore inſpirantium ventorum ſubmouentur, pecudibus & hominibus peſtem conciliant. Quanquam Homerus omninò è flumine ſemper antelucanas auras inſalubres veriſſimè tradidit. Ad exortus æquinoctiales aptiſsimè villa locabitur, quod inumbratur æſtate, irradiatur hyeme. Spectare villa in æſtuoſis locis ſeptentriones debet, inquit Plinius, meridiem in frigidis, exortum ęquinoctialem in temperatis. I. Quàm magnam faciet paterfamiliâs? C. Ad fundi amplitudinem eius magnitudo dirigetur: quò neque fundus villam quærat, neque villa fundum, vt Catonis verbum eſt. Conſepta diffuſiora maiores impenſas deſiderant vtrobique, tum vt conſtruantur, tum vt ſarta tecta conſeruentur. Cellæ igitur & horrea tam numero quàm capacitate fructibus atque meſsi reſpondeant. Dicam nunc quæ in villa ædificanda ſint. R. Bene hoc ſubiungis: etenim videbatur abs te ordo ipſe rerum poſtulare. C. Propter ianuam, Procuratori, & ſupra ianuam habitationes extruendæ, vt ingredientes egredientéſꝗ videre facilè poſsit. Curandum vt ſit, vbi ſerui opere faciendo laſsi domum venientes, aut afflicti calore algoréue ſe recipiant. Cellæ paſtorum vicinæ pecorum ſuorum ſtabulis erunt: ſic enim commodius ea curabunt. Culinam præcipiunt altam fieri, ne ſit contignationi metuendum incendium. Amplam quoꝗ Columella deſiderat, quod in ea hyeme antelucanis temporibus aliquot res conficiebantur, cibus parabatur & capiebatur. Aquam villa intra ſe natam, aut foris è perenni fonte

fonte inductam, aut ſaltem maximè propinquam
habebit putealem, quæ nec hauſtus ſit profundi,
nec ſaporis aut amari aut ſalſi. Stabula ita conda-
tur, vt nec frigore, nec calore vexetur pecus. Do-
mitis armentis bubilia gemina poſtulant, aliàs
mirum æſtiua alia hyberna: gregibus reliquis ex
parte tecta loca, vbi per hyemem ſtabulentur, ex
parte ſubdialia, celſis incluſa parietibus, vbi per
æſtatem. Hoc etiam in præceptis poſuerunt, cu-
ſtodiendum in extruendis ſtabulis, ne quis humor
illaberetur: ſi quis ibi extitiſſet, vt celerrimè de-
flueret, quo nec parietum fundamenta exedi, nec
pecudum vngulas corrumpi contingeret. Latitu-
do bubilis pedes patebit decem, nouem mini-
mùm, vt & beſtiæ commodius procumbant, &
iugarius facilius circumeat. Deinde conſtituentur
cellæ oleariæ, torculariæ, vinariæ, defrutariæ, fe-
nilia, palearia, apothecæ, horrea. Humida, vi-
num, oleum in plano aſſeruanda: ſicca, vt fru-
menta, fœnum, frondes, paleæ, & reliqua pabula
tabulatis committenda. Grauaria ſcalis adeunda,
quæ anguſtioribus feneſtellis aquilonibus inſpi-
rentur. R. Cur aquilonibus? C. Quòd illa cæli po-
ſitio frigida in primis, ac nequaquam humida cum
ſit, idcirco perennitatem conditis frugibus im-
pertit. Cella vinaria à balneis, furno, ſterquilinio,
& aliis immunditiis procul diſtabit: à ciſternis &
ſaliente ſimiliter: nam exhalationes iſtorum hu-
midæ vino dant perniciem. Fumarium, vbi ma-
teria recentius cæſa feſtinatò ſiccetur, prope bal-
neas fiet. Plauſtris, inſtrumentiſque cæteris, qui-
bus cælum pluuium nocet, ampla tecta in cohor-
randa.

randa. Cors identidem operta ſtramentis ac palea, pecudúmq; pedibus concultata, lætamen ſaturandis agris ſuppeditat. Secundum villam requiruntur furnus, piſtrinum, piſcinæ minimùm duæ. I. Vah, piſcinæ? quid agreſtibus cum piſcinis? credo, vt in piſcatores mutentur agricolæ. C. Non tales piſcinæ, Iunili, quales tu interpretaris: quanquam & has ad paſtionem villaticam adiunxit Varro. I. Cedò quæ? C. Altera qua vtantur anſeres & pecudes: altera vbi lupinum, virgæ, vimina & alia macerata, & in aquam demiſſa vſibus noſtris opportunius inſeruiunt. Sterquilinia item bina, vnum quo noua purgamenta conferantur elata è villa, & in annum conſeruentur: alterum ex quo iam vetuſcẽtia benéq; putria vectanda petantur. Stercorata colluuie proficiunt, vt cibatu quodam horti, pomaria, arbores, olera. Quam ob cauſſam ea in vicino eſſe volunt, quo poſsit illa multiplex & commiſta ſpurcities ac ſanies influere. Ambo ſterquilinia piſcinarum more deuexa erunt leni cliuo, & extructo pauitóq; ſolo, vt humorem tranſmittat. De villa hactenus: deinceps de villico agamus, vt propoſuimus. R. Admouemus aures, & quidem haud minus quàm antea ſitientes.

## VILLICVS.

C. officia Villici, quæ plurima ſunt, decurram vt̃ breuiſsimè potero. Cui hæc præfectura mandabitur, hunc oportet eſſe ætate viridi ſeu media, ab anno triceſimo vſque in ſexageſimum: quoniam adoleſcentiæ ad imperandum deeſt auctoritas: & ſenecta non eſt ſufferendis laboribus operoſis.

Ex popinis & ganeis, ex alconibus, hiſtrionibus, et
ludicrarum, ac delicatarum artium exercitor
bus ac profeſſoribus, ex pediſſequorum & lecti
cariorum turba, ex formoſulis & feſtiuis non pr
deunt probabiles Villici. Ille compos laudis eu
det, qui peritiſsimis agricolis commendatus, à p
ero in agreſti negotio operas dederit, lacertoſi
viribus valentibus, qui non à ſubiectis quid qu
ue modo faciendum ſit diſcat, ſed eos ipſe doce
tanquam magiſter diſcipulos, nec verbis tantu
verùm etiam exemplis. Si peculium habuerit,
in matrimonij ſocietate conſeruam, à qua con
neatur & adiuuetur, ex qua pater fiat, non opin
eſſe dubitandum, quin ſtabilior, fundóq; conn
ctior, & à domino fidelior ſit futurus. Si quem o
perarium impigrum in munere ſuo aſsiduúmq
notauerit, eum feriis ſua menſa dignabitur. V
bem & nundinas niſi rei neceſſariæ aut emend
aut vendendæ, non adibit: ne ex abſentia ſua fa
miliæ ceſſationis delictorúmue naſcatur occa
Duplicia videbit vt ſint inſtrumenta: ne ſi quid
opere vitiabitur, à vicino mutuum ſumere co
pellatur. Et in vrbe dominus, & ruri villicus ſu
pellectilem ruſticam omnem ſcriptam, & ſuo q
que loco poſita habebit. Sic familiam veſtiet,
aduerſum frigus, ventum, pluuias eam pellib
manicatis, centonibus, ſagatis cucullis mu
Imperia nec remiſſa erunt ac diſſoluta: nec inh
mana tamen & crudelia. Proinde ſciat, qu
quantúſque labor cuilibet iniungendus. Etenim
nec robuſtiſsimus exſequatur iuſſa, ſi quid a
neſciat: nec peritiſsimus peritè agat, ſi ſit inualid

A peccatis abſterreat, peccantéſque puniat, ſi idem obtinere potuerit, potius verbis quàm verberibus, vt magis ſeueritatem vereantur, quam ſæuitiam deteſtentur. Qui de operariis præſtabunt, cum iis communicandum, quæ facienda ſunt opera. Sic enim aliquo loco & numero ſe haberi cum arbitrentur, accuratius ſuo in officio verſantur. Eodem pertinet, vt eos aut cibariis, aut amictu, aut remiſsione operis, aut aliqua demum conceſsione liberalius tractet. Opera frequentiſsimè inſpiciet, eáque exiget. Nulla, vt Catoni placet, maior vel nequiſsimi hominis cuſtodia eſt, quàm operis exactio. Ne pecuniam domini, aut ſibi negotietur, in pecore, aut aliis rebus promercalibus occupet. Quod ignorat, quàm citiſsimè ſtudebit addiſcere, & ſciet ſe neſcire quod neſcit. Hoc cum in villicatione vniuerſa, tum in cætera vita pretioſiſſimum eſt intelligere. R. Hoc ipſum dixiſſem niſi anteuertiſſes: etenim in lingua hærebat. C. Capite reliquum. Somni viniq; parciſsimus ſit, quoniam vtraque impedimenta ſunt diligentiæ. Ebrioſo cura officij cum memoria perit, & ſomniculoſo plurima effugiunt. A venereis cupiditatibus ſit alienus: quibus ſi ſe permiſerit, non aliud quàm quod amat cogitabit. Ne habeat paraſitum. Aruſpicem, augurem, ariolum, chaldæum ne conſulat. Primus cubitu ſurgat, poſtremus cubitum diſcedat, priuſque villam videat clauſa vt ſit, & ſuo quiſque loco cubet, & vti iumentis pabulum ſuppetat. Vlterius nolo procedere, quando id non agitur, vt vos cum veneritis philologi, abeatis Villici, I, Villicum, qui parum egregiè ſit villicus, vi-

 deris

deris poſſe præceptis excolere: ne ablata villica-tione, aut fodere cogatur ſemper, quod oneroſum, aut mendicare, quod erubeſcendum eſt. C. Hau quidquam nouum, ſi literatus poſsit in re ruſti, quod in militari, quod in ciuili, quod in vnoquo-que propemodum artificio. Quiſquis enim lite-rum expers eſt, etiam videns cæcus eſt quodam modo in re qualibet. R. Cum plus cernat, altiú omnia penetret ſapientia, quam quæ Græcis ἀμάθεια: cum illa quemuis doceat, emendet, no erit iſtuc quod dicebas mirum ei, qui vel parti-lam tanti boni adeptus fuerit. Sed ex quatuor ro-bus, quæ primo capite quadripartitæ diuiſioni-tuæ continerentur (id erat fundi cognitio) cu tres perfeceris, formam, qualitatem, modum: ad-junxeriſq; huic parti locum de villa & villico bel-liſsimum, quartam vtique, nempe de tuendis b-nibus reſtare tibi intelligis.

TVTELA.

C. Equidem memini, & iam eo progredior. Se-torum, ſepimentorum, ac ſepium quæ ſunt fun-tutelæ, quatuor genera inuenio, naturale, agre-militare, fabrile. Primum viuit: quandoquidem habet radices, obſitum virgultis ac ſpinis, nec pr-tereuntis laſciui ardentem facem metuit. I. Ign-ſce quod paulisper iſtum curſum tuum repr-Quid hoc ſibi vult de ardenti face & laſciuo? C. Solebant qui noctu iter facerent, luminis ca-faces ſecum portare, quas imminente die, cum-pes præterirent, nonnunquam ſic ardentes ab-ciebant aut relinquebant, vt eas incenderent. Cu-quo ardore Ouidius in Metamorph. flammas &

pol-

pollinis in Daphnem comparauit, & ſimul hunc morem clariſsimè aperuit.

*Vtq; leues ſtipulæ demptis adolentur ariſtis,*
*Vt facibus ſepes ardent, quas fortè viator,*
*Vel nimis admouit, vel iam ſub luce reliquit,*
*Sic deus in flammas abiit.*

I. Habeo ſatis, inſiſte iam cæptis. C. Secundum ex agreſti ligno conſtat, ex palis videlicet, dum frequentes deſiguntur, ex virgultis implicatis, aut latis perforatis, traiectiſque per ea longuriis ferè binis aut ternis: aut ex arborum truncis in terram defoſsis. Tertium eſt foſſa & agger terreus. Hoc genus fieri ſecundùm villas publicas mos eſt, & ſecundum amnes. Poſtremum eſt maceria. Maceriæ fiunt è lapide, è lateribus coctilibus, è crudis ex terra & lapillis compoſitis. Præterea monent ſerendas circum fines prædij arbores, quæ familias litibus de limitibus prohibeant, quæ ſimul ſepem ſuſtentent, frondem ouibus miniſtrent, virgas foco ſepimentisq; præbeant. Atque hæ partes ſolo hærent. Totidem aliæ extra fundum ſunt, quæ quanquam ad tutelam parum, ad eius culturam vehementer ſpectant. R. Quæ tandem? C. Si vicina regio eſt infeſta: ſi quò neque fructus noſtros exportare expediat, neque inde quæ opus ſunt apportare: ſi viæ aut fluuij quà portentur, aut non ſunt, aut idonei non ſunt: ſi quid ita eſt in confinibus fundi, vt noſtris agris proſit aut noceat. Nam vt paucis ſingula qualia ſint videatis, propter graſſationes & latrocinia vicinorum tutum non eſt, nec expedit agros quanquam natura fertiles colere. Non omnium prædia vel habent omnia, vel

abundant omnibus, quibus proinde quo egent importandum, ſicut aliis quo abundant exportandum eſt. Fit deinde fructuoſior fundus, ſi eiuſmodi ſunt viæ, vt plauſtra facilè agantur, aut vicina flumina per quæ nauigetur. Intereſt domum fundi fructuum, quomodo in confinio vicinus agrum conſitum habeat. Si ſteterit ad limitem quercetum, fas tibi non erit ſecundum eam ſyluam ſerere oleam: tam enim ſunt naturæ contrariæ, vt non ſolum minus ferant, ſed fugant etiam, & introrſum in fundum ſe reclinent, vt vitis adſita ad olus facit. Vt porrò quercus, ſic nuces glandes magnæ & crebræ finitimæ fundi oram reddunt ſterilem. Ad alterum ſummum agricolationis caput aggrediamur. R. Id erat, niſi oblitus ſum, quibus rebus agri colerentur, ſeu de instrumento. I. Probè, quid de hoc Clementianus?

## II. INSTRVMENTA.

C. Diuidere poſſumus inſtrumenta in homines & adminicula hominum. In priore ſunt ſerui, in poſteriore boues, plauſtra, vomeres, ligones & alia. Verùm homines quorum opera vtimur in agris, partim ſunt liberi, partim ſerui. Quis enim nescit quoſdam quamuis liberos cum liberis & familia cogi à paupertate ad colendos agellos ſuos vel alienos? idq; mercede, ex quo dicuntur mercenarii. Parandos iubent operarios, qui tolerare laborem queunt, non minores annorum XXII. & qui ad agrariam diſciplinam videantur appoſiti: nec eiusdem nationes plures, quod inde potiſsimùm domeſticæ offenſiones proſeminantur. Boues ſub iunge-

iungendos aratro rudes, neque minores trimos aut maiores quadrimos. Validi ſint & inter ſe viribus reſpondeant: ſin minus, firmior imbecilliorem in opere conficiet. Minutatim aſuefaciendi ſunt ad iugum, & tyro veterano adiungendus, quia minore negotio domabitur imitando, ac prius quidem in plano loco citra aratrum, poſt cum aratro, ſed eo leui, & per arenam aut molliorem terram ducto. Vecturæ ſic aſuefient, vt principiò inania plauſtra ducant. Alternis ſiniſtri fient, vt in dextera parte laboranti detur requies. Reliqua inſtrumenta, quæ etiam muta dicuntur, hoc habent præceptum, vt quæ nata ſunt in fundo, quæq; fieri à domeſticis poſſunt, ex manu ruſtica, ne emantur. Aliis emendis appareat potius vtilitatem quæſitam quàm ſpeciem, ne ſumptus fructum extenuet. Huius generis varia diſcrimina ac multitudinem agri magnitudo definiet. De capite ſecundo propoſitionis meæ in ratione agraria hæc dicta ſunto. R. Ad exitum properas, Clementiane, ni fallimur. Sed tamen adhuc tibi longum maris æquor arandum: nam de pecuaria & aliis ſupereſt vt differas. C. Faueant modo venti, enauigabimus hoc pelagus.

## III. *QVÆ VBI SERENDA.*

Oſtendamus age quæ quoque loco ſerenda ſint. I. Quamobrem addidiſti quoque loco? C. Quaſi id non pateat me tacente. Alia quippe loca ad fœnum appoſita ſunt, alia ad frumentum, alia ad vinum, alia ad oleum. Sic alia ad pabulum, in quo excellunt ocymum, farrago, vicia, medica, cytiſum,

lupinum. Neque verò in pingui ſolo omnia rectè, nec in macro nihil rectè ſeritur. In tenuiore terra fælicius, quæ non multo ſucco indigent, vt cytiſum, & legumina, dempto cicere. In vbere melius quæ cibi ſunt maioris, vt olus, cytiſum, ſiligo, linum. Seruntur etiam nonnulla magis ob futuram vtilitatem, quàm ob præſentem fructum: quòd videlicet ibi ſubſecta atque relicta terram feraciorem efficiunt. Locus ſalicto, arundineto, & aliis humoris appetentibus idoneus capeſſendus. Faba, & quæ arida amant loca, ibi ſerenda vbi frumenta. In apricis conualeſcunt horti, & veniunt affatim violæ. Nebuloſus ager rapis, raphano, milio, panico deſtinetur.

## IV. TEMPORA.

Quod quartum idemque vltimum erat, abſoluam tribus verbis, de temporibus ſcilicet, quæ ad ſolis annuam luſtrationem, & ad menſtruam lunæ conuerſionem referenda, & obſeruanda ſunt agricolatoribus. Annuus ſolis curſus primùm ternis menſibus quadrifariam diuiditur, in ver, æſtatem, autumnum, hyemem. Quid ſingulis operentur ruſtici, quot diebus vnumquodque tranſigatur, quæ inſuper de dierum temporúmque obſeruatione, de occaſu exortúque ſiderum, & quæ ſecundum hæc fieri conueniat, hæc & pleraque ſimilia, quia non ſatis perciperentur à vobis, qui in Aſtrologia adhuc inermes & nudi eſtis, & quia in immenſum proueheretur oratio, præteribo. Alia temporum diuiſio cum ſole & luna quodammodo communis eſt, ea ſex partes complectitur. Nam omnis propemodum

modùm fructus quinto denique gradu ad perfectum peruenit: vt nempe in villa dolium ac modium videat, ex quo ſexto ad vſum prodit. R. Quomodo? C. Præparandum, ſerendum, nutricandum, legendum, condendum, promendum. Hæc de eo quod in re ruſtica præcipuum & maximum eſſe affirmaui, de agricultura. Sic paulatim ad pecus deuenimus. I. Audire viſus ſum balatum, mugitum, & grunitum. C. Tu verò etiam ruditum, hinnitum, & latratum audies. I. Perhonorificè inuitamur profectò vocibus tam concinnis & dulci ſonitu. R. In iſto choro, Iunili, huiuſmodi opus eſt cantoribus, tali ſymphonia.

## ANNOTATIONES.

FLECTENTEM ME ADOLESCENTIÆ METAS) *Circi & ſtadij ſpatium rectum decurrebatur: cum ad metam ventum eſſet, currus ſeu quadrigæ circum eam flectebantur. Horat. Ode. 1. lib. 1. metáq; feruidis euitata rotis. Is flexus græcè καμπτὴρ. Eſt igitur tranſlatio in hoc genere loquendi, petita à ludis circenſibus, ſeu olympicis, quam vſurpauit in Cæliana M. Tullius. In hoc flexu quaſi ætatis, fama adoleſcentis paulùm hæſit ad metas. Extremam adoleſcentiam, & initium corroboratæ ætatis intelligit: vt nihil ſibi velit aliud flexus ætatis, quàm vnius ætatis exitum, alterius principium. Sic 1. de Orat. Si finitus forenſium rerum labor & ambitionis occupatio, de curſu honorum, etiam ætatis flexu conſtitiſſet. Id eſt, ſi quando rerum forenſium labor, &*

*ambitionis occupatio finita, id eſt, terminata, de curſu honorum, id eſt, adeptione omnium honorum, conſtitiſſet, id eſt, repreſſa & ad calcem perducta eſſet, etiam ætatis flexu, id eſt, etiam ineunte ſenectute: vel ætate ad ſenectutem præcipitata, & ita mihi reliqua ætate iam aſſiduè quieſcere licuiſſet. Hæc Lamb. Adi Turnebum quoque lib. 12. cap. 13. & 28. cap. 42.* PARTHENIAS ILLE NOSTER) *Neapoli, vbi frequens manebat, propter virginalem verecundiam integritatémque, vt credimus, Parthenius, ſeu Parthenias vulgò eſt appellatus Virgilius. A mulierum quidem conſuetudine abhorrentem fuiſſe traditur. Neapoli antem ſe didiciſſe confitetur ipſemet in extremo quarti Georg. his verbis.*

> *Illo Virgilium me tempore dulcis alebat*
> *Parthenope, ſtudiis florentem ignobilis oti.*

POSTREMVM IAM FABVLÆ SVÆ) *Cum fabula hiſtrionum tempus vitæ noſtræ vniuerſum conferunt ſapientes, vltimúmque actum vocant ſenectutem, & vitam decurſam peractam fabulam. Cic. in Cato. Quibus qui ſplendidè vſi ſunt, ij mihi videntur fabulam ætatis peregiſſe, nec tanquam inexercitati hiſtriones in extremo actu corruiſſe. Ibid. Senectus peractio eſt ætatis, tanquam fabulæ. Apuleius Florid. 3. Renuntiauerunt Philemonem poetam, qui exſpectaretur, vt in theatro fictum argumentum finiret, iam domi veram fabulam conſummaſſe. Enimuero iam dixiſſe rebus humanis valere & plaudere. Adoleſcentiam vel iuuentutem vocabant bonam ætatem, ſenectutem malam, ſeu deteriorem. Ouid.*

Iam

Iam mihi deterior canis aſpergitur ætas. Sic Varro, cum in pecudibus emendis iubet ſpectare bonam ætatem. Afranius. Mala ætas nulla delinimenta inuenit. Pacuuius. Parum eſt quòd te ætas mala habet, ni etiam hîc ad malam ætatem adiungas cruciatum reticendi. Auſon. in Moſella ſenectutem peius æuum. Tu melior peiore æuo, id eſt, in ſenectute. Sic melior ſexus eſt virorum, deterior ſexus fœminarum. Præterea ſupremum actum fabulæ addere, eſt ἀλληγορικῶς finem rei imponere, qui eſt apud comicos & tragicos actus quintus: totidem quippe actibus neceſſariò conſtat quæuis fabula. Horat.

*Neue minor, neu ſit quinto productior actu*
*Fabula quæ poſci vult, & ſpectata reponi,*

GLORIA ISOCRATIS COMMOTVS) Cic. 1. Tuſcul. Sed vt Ariſtoteles vir ſummo ingenio, ſcientiæ copia, cum motus eſſet Iſocratis Rhetoris gloria, dicere etiam cœpit, adoleſcentes docere, & prudentiam cum eloquentia iungere. Sic in Orat. perf. ait eundem non ad philoſophorum morem tenuiter diſſerendi, ſed ad copiam Rhetorum in vtramque partem vt ornatius, & vberius dici poſſet exercuiſſe, locos etiam, vnde in vtramq; par-tem argumenta ducerentur tradidiſſe. At in 1. de Off. hæc. Equidem & Platonem exiſtimo, ſi genus id forenſe dicendi tractare voluiſſet, grauiſſimè & copioſiſſimè potuiſſe dicere: & Demoſthenem ſi illa quæ à Platone didicerat, tenuiſſet, & pronuntiare voluiſſet, ornatè ſplendidéq; facere potuiſſe. Eodémq; modo de Ariſtotele & Iſocrate iudico: quorum vterq; ſuo ſtudio delectatus con-

tempſit

tempſit alterum. Non igitur Ariſtoteles ſe, ſed alios ſuſcepta propter alienam gloriam ægritudine exercuit in dicendo. De qua re in 3. de Orat. rurſum. Ariſtoteles Iſocratis æmulatione totam pœne formam diſciplinæ ſuæ commutauit. Tribuere tamen huic flumen orationis aureum in Academ. noſtrum Ciceronem, non latet eruditos. PLATONEM ET ARISTOTELEM) Ratio cur à publicis negotiis refugeret Plato, illa inprimis fuit, quod plebem Athenienſem aliis moribus & inſtitutis aſſueſactum, atque vt Cicero ait, ſenectute deſipientem videret, quam ferre non poterat. Itaq; ob tranquillitatis, & ſcientiæ amorem Philoſophis concedendum putat, ne capeſſant Rempub. ſicut iis, qui aut valetudinis imbecillitate, aut aliqua grauiore cauſſa impediti, eius administrandæ poteſtatem laudémque aliis permittunt. Aſſeuerat tamen, eorum vitam qui ſe ad Rempub. & res magnas gerendas accommodauerunt, hominum generi fructuoſiorem, & ad claritatem amplitudinémq; aptiorem eſſe. 1. de Off. TERTIAS ALIQVANTO IVSTIVS) Eſt dialogus Luciani, in quo cauſſam apud Minoem dicunt de præſtantia Annibal, Alexander Magnus, Scipio. Quorum hic poſtremus Alexandro quidem inferiorem ſe fatetur, Annibale autem idcirco ſuperiorem haberi contendit, quod ipſum in fugam conuerſum perſecutus ſit, ac fuderit. Victorem autem victo vtique maiorem videri. Pronuntiat ſententiam Iudex, collaudato Scipionis arbitrio, & Alexandro primas, Scipioni ſecundas, Annibali tertias adiudicat. LVCVLLO

TAN-

TANTVM PROFVIT) *Ad lectionem percontationem aſſumpſit, & his duabus velut magiſtris ad rem militarem vſus, breui tempore incredibilem in modum eſt eruditus, quia nimirum incredibilis quædam eius ingenij magnitudo non deſiderabat indocilem vſus diſciplinam. Vide Lucull. Cic.* SCIENTIA QVÆDAM MAGNA) *Hoc tam nitida, & argumentoſa oratione probauit Columell. in præfat. vt nihil poßit ſupra, ab illo loco: Atque ego cum aut magnitudinem rei &c.* QVOD HÆC QVATVOR PRINCIPIA) *Et Palladius. lib. 1. cap. 2. aerem, aquam, terram, induſtriam principia numerat, ex quibus tria ſint naturalia, vnum facultatis & voluntatis. Natura eſt, quod in primis ſpectare oportet, vt iis locis, quæ colere deſtinabis, aer ſit ſalutaris & clemens, aqua ſalubris & facilis, vel ibi naſcens, vel adducta, vel imbre collecta, terra verò fœcunda, & ſitu commoda. De ſingulis deinceps per tria capita diſſerit. Tandem etiam de induſtria cap. 6. lib. 1.* QVI IDEM SALVBERRIMVS) *Maximopere & ante omnia exoptanda eſt colono fundi ſalubritas: vbi enim ratio cum orco habetur, vt Varro loquitur, non modo fructus, ſed colentium quoque vita eſt incerta. Cultura, inquam, vbi deeſt ſalubritas, eſt alea vitæ domini, ac rei familiaris. Cato in emendo inſpiciendóq; agro præcipuè duo conſiderare iubebat, ſalubritatem cæli, & vbertatem loci: quorum ſi abeſſet alterum, ac nihilominus quis vellet colere, mente eſſe captum, atque ad agnatos & gentiles deducendum. Neminem enim ſanum debere facere ſumptus*

in cul-

*in cultura ſterilis ſoli: nec rurſus peſtilenti quamuis fe-racißimo, pinguiq́ agro dominum ad fructus peruenire. M.* Attilius Regulus *dixit, ſicut ne fœcundißimi quidem ſoli, cum ſit inſalubris, ita nec effœti, ſi vel ſalubeгrimus ſit, parandum agrum.* Hactenus Columell. *lib.* 1. *cap.* 3. *&* 4. VT AGRVM LEVEMVS) *Exempla duo* Hippocratis *& Varronis ſuper cœlo corrupto inuenies apud ipſum Varronem lib.* 1. *cap.* 4. PARTES AGRICVLTVRÆ QVATVOR) *Primas atq́ ſummas partes facit quatuor Varro lib.* 1. *cap.* 5. *& cuilibet duas ſubiicit, eáſque octo ſecundas nominat, de quibus ſepoſteriore loco ſubtilius dicturum recipit, nec tamen id præſtat, cum prioribus enim tractatione confundit. Quare nec nos ſecundarum partium vllam rationem duximus, cum eaſdem in illis primis incluſas obſeruaſſemus, atque adeò primas nihil eſſe diuerſum à ſecundis.* IN DISCRIMINIBVS NON PAVCIS) *In nouem, ne* Catonis *cap.* 1. *repetit Varro lib.* 1. *cap.* 7. Primum *vineæ poſſunt eſſe bono vino & multo.* 2. *vbi hortus irriguus.* 3. *vbi ſalicta.* 4. *vbi olіueta.* 5. *vbi pratum,* 6. *vbi campus frumentarius.* 7. *vbi cadua ſylua.* 8. *vbi arbuſtum.* 9. *vbi glandaria ſylua. Quidam primatum dant bonis pratis, à quo antiqui prata parata.* Prato, *inquit* Columella *lib.* 2. *cap.* 17. *veteres* Romani *primas in agricolatione tribuerunt.* Nomen quoque *indiderunt ab eo, quod protinus eſſet paratum, nec magnum laborem deſideraret.* Lege *reliquum, & caput totum ſequens de cultu pratorum.* ALIA LAPIDOSA, ALIA ARGILOSA)

LOSA) *Tribus modis terra dicitur, communi, proprio & mixto. Communi vt cum dicimus orbem terræ, & terram Italiam, aut quam aliam: in ea enim & lapis, & arena, & cætera eius generis ſunt in nominando comprehenſa. Altero modo dicitur terra proprio nomine, quæ nullo alio vocabulo atque cognomine adiecto appellatur. Tertiò quæ eſt mixta, in qua ſeri quid poteſt & naſci, vt argilloſa, aut lapidoſa &c. Varro lib. 1. cap. 9.*
DE VILLA HIC POTISSIMVM) *Villicus agri colendi cauſſa conſtitutus eſt, atque appellatus à villa, quòd ab eo in eam conuehuntur fructus, & euehuntur cum veneunt. A quo etiam ruſtici nunc quoque viam veham nominant, propter vecturas: & vellam, non villam, quò vehunt, & vnde vehunt. Item dicuntur qui vecturis viuunt vellaturam facere. Hæc à Varrone lib. 1. cap. 2. Villæ tres partes conſtituit Colum. lib. 1. cap. 6. vrbanam, ruſticam, fructuariam, ſingulâſque ſeorſim deſcribit: nos vrbana præterita, reliquas duas vt vnam tractauimus, quia breuitatem diligimus. In luxuriam, ad quam Romanorum quidam villarum ædificationem dirigebant, inuehitur Varro lib. 1. cap. 13. ad finem, & Salluſt. in Catil. Operæpretium eſt cum domos atque villas cognoueris in vrbium modum ædificatas. Hinc Vitruuius lib. 6. cap. 8. Pſeudourbanam, quod velut vrbem mentiretur. A Martiale, Statio, Palladio prætorium vocatur. Ruſtica eſt villici & familiæ, vbi ſtabula, & omnis ruſtica ſupellex. Fructuaria continet cellas, fœnilia, apothecas, horrea. Vrbana quam ſibi paterfamiliâs reſeruat.*

*ſeruat. De ruſticis ædiſiciis Vitruuius lib. 6. cap. 9. De villico agit Cato cap. 5. & 142. Colum. lib. 1. cap. 8. lib. 11. cap. 1. Varro lib. 1. cap. 17. vbi & præfectum, & dominum, & villicationem præfecturam dici videt. De munere villicæ Cato cap. 143. Colum. lib: 12. cap. 1. De villa Varro lib. 1. cap. 11. 12. 13. Colum. lib. 1. cap. 4. 5. & 6. Plin. lib. 18. cap. 6.* VT NEQVE FVNDVS VILLAM) *Ita ex Catone Plin. addens. Nam fecerunt iuxta diuerſum eadem ætate exemplis L. Lucullus, & Q. Scæuola, cum villa Scæuolæ fundo careret, villa Luculli agro. Eadem Colum. lib. 1. cap. 4.* PROPINQVAM HABEBIT PVTEALEM) *Potui probatiſſima & ſalubritati corporis accommodatiſſima eſt aqua cœleſtis ſeu pluuialis, ſi fictilibus tubis in contectam ciſternam deducatur. Huic proxima fluens aqua è montibus oriunda, ſi per ſaxa præceps deuoluitur. Tertia putealis, vel collina, quæ non infima valle reperitur. Deterrima paluſtris, quæ pigro lapſu repit. Peſtilens, quæ in palude ſemper conſiſtit. Columell. lib. 1. cap. 5.* DOMITIS ARMENTIS) *Quæ Græcis ὑποζύγια, boues, aſini, muli. Sic indomitas quadrupedes vocat Varro lib. 1. cap. 21. quarum non facimus domituram: ne enim ὑποζυγίων nomine continentur, ſed tantum pecoris, vt capræ, oues, porci.* DE TVENDIS FINIBVS) *De hoc Varro lib. 1. cap. 14. 15. 16.* VITIS ADSITA AD OLVS) *Intellige braſſicam, ſic enim κατ᾽ ἐξοχὴν vocatur. In Moreto. Hîc olus, & latè fundentes brachia betæ. Item Plin. lib. 27. de anagyro, cum ait, flore oleris.*

Dioſco-

*Dioſcorides enim vnde ſumpſerat, prius dixerat* ἄνθος κράμβῃ ἐοικὸς. *Idem lib. 29. de iure gallinacei cum olere marino. Dioſcorid.* ἔνιοι δὲ συνέψουσι καὶ κράμβην θαλασσίαν. *Sic & piſcem pro lupo dicebant. Varro rerum human. lib. 11. Ad victum optima fert, ager Companus, frumentum: Falernus vinum, Caſinas oleum, Tuſculanus ficum, mel Tarentinus, piſcem Tiberis. Hæc Ioſeph. Scalig. in Varronem.* SEV DE INSTRVMENTO) *De inſtrumentis contractius diſſeruimus, quod latius de iis, dialogo huius ordinis ſecundo. Cognoſcat ea qui vult ex Varrone lib. 1. multis capitibus, & aliis quos in annotationibus nominamus.* NEQVE MINORES TRIMOS) *Id eſt minores quàm trimos. Sic ſæpe locutus eſt Varro. Non plus triēnium viuunt. Non minus habeamus in centenas oues hirtas ſingulos homines, id eſt, quàm ſingulos homines. De bobus, non minores oportet inire binos. De pauonibus, minores bimæ non idoneæ. Catull. namque amplius horam ſuffixum in ſumma me memini eſſe cruce. Propert. Et ſe plus vni ſi qua parare poteſt. Varro, præter ſi aliter nequeas. Vbiq; ſupplendum eſt* τὸ *quàm. Scalig.* QVÆ QVOQVE LOCO SERENDA) *Varro lib. 1. cap. 23. 24. 25.* QVÆ CIBI SVNT MAIORIS) *Arbores ſeu plantas alias, vt olera, eſurire dicebant veteres. Vnde apud Theophraſtum ruſticorum prouerbium,* τὰ λάχανα πεινῆν. *Inde Plin. non abſimile dixit lib. 17. cap. 2. Imbres verò tum expetendi euidens cauſſa eſt, quoniam arbores fœtu exinanitas, et foliorum quoq; amiſſione languidas naturale*

*eſt auidè eſurire. Cibus autem earum imber. Scalig.* IN ASTROLOGIA INERMES) *Sine qua Solſtitia, æquinoctia, Virgiliarum exortus, canicula, dies lunares non intelliguntur, de quibus Varro lib. 1. cap. 27. 28. 29. & deinceps.* PRÆPARANDVM, SERENDVM, *De primo ſcribit Varro cap. 38. de ſecundo 39. 40. 41. 42. 43. 44. de tertio 44. 45. & ſequentibus. de quarto 49. 50. 51. 52. 53. 54. de quinto 56. 57. 58. 59. 60. 61. de ſexto. 62. 63. & vſque ad finem libri primi.*

# PROGYMNASMA QVINTVMET VICESIMVM.

## *Agreſtis paſtoritia, ſeu pecuaria.*

### *IIDEM.*

CLEMENTIANVS. Pecuariam eſſe dicimus ſcientiã quandã parandi paſcendique pecoris maximorũ cauſſa fructuum, à quibus ſcilicet nomen impoſitum pecuniæ: quoniam ſcilicet illius omnis fundamentum pecus. Et vt quæſtus vberrimi ingentéſque voluptates ex animantibus capiuntur: ita ex illarum tuendarum alendarúmque ratione ac diſciplina eleganter præſertim explicata, ſuauitates incredibiles proueniunt. Pol. ſunt autem pecoris vocabulo ſignificata intelligi

greges, & armenta, & ſylueſtres animantes, & aues, & piſces, quæcunque nimirum in rura inducuntur. Quod de parando dicitur, non de admiſſura tantum, ſed etiam de mercatura accipiatur. Quare cum ſit duorum generum paſtoritia, agreſtis, inquam, & villatica, vtriuſq; poteſtatem breuiter & circumſcriptè amplexa videtur noſtra definitio. Sed prioris, quam & pecuariam vocitamus, cum ſint partes tres ſummæ atque vniuerſæ, prima eſt de minore pecore, cuius ſpecies hæ: ouis, cum qua veniunt aries & agnus: capra, & huic coniuncti hircus & hœdus: ſus quam verres comitatur. Secunda maiorum pecudum cura & tractatione continetur, quarum item terna fiunt genera: boues cum vaccis ſuis, aſini cum aſinabus, equi cum equabus ſuis. Tertia pars ea includit, propter quæ fructus capiuntur, tametſi ex illis non capiuntur, nempe mulos atque hinnos, canes & paſtores. Non me fallit Columellam in duo genera tribuiſſe quadrupedes, quorum alterum paramus in conſortium operum, vt bouem, equum, mulum, aſinum: alterum voluptatis ac reditus, & cuſtodiæ cauſſa, vt ouem, capellam, ſuem, canem: diſputaſſéque primùm de ſociis laborum noſtrorum, poſtea de reliquis. At mihi nunc Varronianam diſtributionem tenere lubet. Rurſum igitur pecus quodlibet ſeu minus, ſeu maius ita demum parabitur & habebitur rectè, ſi ætas in eo, ſi forma ſeu qualitas, ſi ſeminium conſiderabitur, quæ omnia ad emptionem referuntur. Poſt emptionem, ſi ſcienter alatur, ſi fœturæ, nutricationis, ſanitatis ſedula fuerit adhibita procuratio.

His quatuor abſoluitur, quod eſt in pecuaria munus alterum, & dicitur paſcere communi nomine.

## 1. DE MINORI PECORE.

### OVIS, ARIES, AGNVS.

De ouibus quid afferri poſsit, age videamus. Harum laudes, vti bouis, Varro exſequitur, quem & Homerus eximiè honorauit. Dio orat 2. eo vehementer veteres delectari ſolitos, narrat in Meſſenicis Pauſanias. Et ſunt hominibus ſanè vtiliſsima animalia bos & ouis. Probantur ab ætate oues, ſi neque vetulæ ſint, neque meræ agnæ, quoniam cuiuſuis pecudis primam ætatem & ſupremam ſterilitate natura damnauit. In forma exquiri ſolent corpus amplum, lana non modica eadémque mollis, villi alti atque denſi, circum ceruicem & collum præcipuè, venter lanoſus, crura humilia. Quàm porrò ſint egregio ſemine, forma & progenies documenta dabunt, ſi formoſos agnos pariunt. Genere præſtantes olim ducebantur Mileſiæ, Calabræ, Appulæ, & potiſsimùm Tarentinæ. In ariete laudatur altum procerúmque corpus, frons ampla, intorta cornua, & ad roſtrum prona, quo pacto minimè nocebunt, raui oculi, lana operti, aures latæ, pectus, ſcapulæ, clunes lati, venter promiſſus, teſtes ampli, cauda denſi velleris & prolixa. Suadent nunquam mercandum marem candidiſsimum, quod ex albo ſæpe fuſcus edatur partus: ex erythræo autem pullóque non ſolere album generari. Probando arieti etiam iſta ſcribuntur: ſi palatum atque lingua concolor lanæ inueniatur. Nam pullas, aut etiam variatas proles na-

ſcitu-

ſcituras, ſi hæ partes corporis nigræ ſint, aut maculoſæ. De hoc nos Virgilius admonendos putauit.

*Illum autem quamuis aries ſit candidus ipſe*
*Nigra ſubeſt vdo tantum cui lingua palato*
*Reiice, ne maculis infuſcet vellera pullis*
*Naſcentum.*

Anno toto cùm domi, tum foris prouidè & ſollicitè paſcentur. Ouilia prohibebuntur ventis, ad orientem magis obuerſa, quàm ad meridiem. Pauimentum eruderatum, & procliuum eſto, quo leui negotio euerratur ac repurgetur: nam vligo & ſcabriciem ouibus importat, & lanam ipſarum vnguláſq; corrumpit. Sed vt conſiſtant & procumbant mollius, habeantur mundius, pabulo ſuo reficiantur libentius, virgulta illis, aliáque ſtramenta ſubiicere oportebit. Cum luce matutina æſtiuis menſibus paſtum eas agere conducet: longè enim ſuauius, longéque auidius rorulenta tondebunt gramina diluculò, quàm ſiccata & arefacta meridie. Cum ros in tenera pecori gratiſsimus herba eſt, ait Maro noſter. Sole iam cælo libero ingrediente, denuo propellentur vltra ad paſtum, quo ſic redintegratæ reſtauratǽq; alacriores fiant. Aeſtus die medio ſi ſæuierit, tantiſper ſub rupes vmbroſas, ſub arborum patularum tegmina gregem compellemus, dum feruore ſub crepuſculum lenito rurſus pabulo ſe dent, quoad contenebrauerit. R. Bene iubetur de vitandis meridianis vaporibus, quando & ipſi Tityri in gramine molli iacent, atque inter denſas vmbroſa cacumina fagos captant frigora, quæq; volunt agreſti calamo ludunt.

*Tunc etiam pecudes vmbras & frigora captant,*
*Tunc virides etiam occultant ſpineta lacertos:*
*Theſtylis & rapido feſsis meſſoribus æſtu*
*Allia ſerpyllúmq; herbas contundit olentes,*

C. Quibus locis deſecta ſunt frumenta, per eoſdem locos ſi paſcantur, geminum exiſtet commodum: quod & caduca ſpica ſaturabuntur, obtritiſq; ſtramentis & fimo ſuo in annum venturum opimam ſegetem reddunt. De paſtione hæc. De fœtura nunc. Tempus à conceptu ad partum, prægnationis videlicet primos extremóſque menſes fœturam appello. Arietes admiſſarios ante à fœminis bimeſtri interuallo ſecerni, largiore alimento expleri, ad ſtabula redeuntibus hordeum dari præcipiunt. Ventrem ferunt oues menſibus quinque, ſeu diebus quinquaginta ſupra centum: nec aliter quàm muliebris ſexus enituntur, ſæpiúſque in ipſa partitudine laborant. Quocirca magiſtrum pecoris veterinariæ medicinæ haud ignarum eſſe conueniet, vt re poſtulante vel integrum fœtum tranſuerſim locis genitalibus hærentem educat, aut ferro conuulſum, matre illæſa extrahat. Fœminas poſt bimatum maritandas, alioqui partum fore inutilem, ipſáſque deteriores euaſuras. Mares ad progenerandum cenſent idoneos trimos, quinquennium natos inertes, ſeptennium ſaneſcentes. De nutricatu audite. Agnus à procreatione mox erigendus eſt, & ad maternam mammam admouendus, ſi per ſe non acceſſerit. Tum etiam eius os diductum papillis compreſsis humectandum, vt ſibi parandam à natura alimoniam ſuctu ducere condiſcat. Hoc antequam faciamus, exiguum

guum lactis emulgendum eſt, coloſtrum vocant, ne alumnus noxam ex eo capiat. Diebus paucis ab ortu addenda vicia molita, aut herba tenerior, & ſic nutricandus, méſes omninò quatuor. Quanto ſpatio, ſunt qui matres mulgere non ſoleant: quinimmo quidam haud vnquam eas mulgent ideò, quod iſto modo cùm lana plus abundent, tum agnos plures edant: qui vbi à lacte depulſi fuerint, curabitur ne deſiderio ſeneſcant, & vt pabulum quàm optimum ne deſit, & vt ne frigore aut calore nimio, contriſtentur. Etenim hoc animal, tametſi inter omnia à veſtitu inſtructiſsimum, tamen quas diximus vtriſque rebus facilè offenditur. Quapropter & humilia, & longiora quàm latiora parabuntur ouilia, quo per hyemem caleſcant, & per anguſtias ſoboles ne oblidantur. Non prius caſtrabitur agnus, quàm aut cælum frigidum intepeſcere, aut æſtuoſum refrigerari cæperit, nec minor quinque menſibus. Arietes ſummittendi potiſsimùm deligentur ex matribus, quæ geminos pariunt. Ad morbos ouium ſanandos quæ requirantur, ea magiſter exſcripta ſecum portabit, etiam res nonnullas quæ eodem valébunt. Paucæ quidem & paruæ morborum differentiæ cernuntur minorum maiorúmq; quadrupedum, quandoquidem eadem ferè eſt natura corporum. Fiunt pulmonariæ, ſacro igne corripiuntur, quam puſtulam nuncupant, & pituita grauantur. Herba quæ dicitur ſanguinaria illis exitioſa eſt. Spirandi præterea difficultate laborant. Agni febribus affecti, aut alia ægritudine comprehenſi, ad matres non admittentur, ne ſuum in eas malum transfe-

rant. I. Vitioſum ac morboſum pecus totius gregis eſt calamitas, & oues præſertim contagione vexantur. Sed quanquam paſtor prouidus ac ſedulus medicari poſsit, videtur nihilominus aliorum hæc eſſe ſcientia, quibus veterinariis nomen factum, medicis, inquam, iumentorum, qui perfectius & morborum formas quibus inuaduntur, & eorum cauſſas, & cuiuſque profligandi rationes didicerunt. Qualem fuiſſe aliquando Virgilium, antequam in Auguſti amicitiam reciperetur, in ſcriptis Donatus reliquit. C. Neque mihi, Iunili, neque opinor, huic germano tuo quidquam nouum dicis. R. Scio qui ſint veterinarij, quid veterinariam facere, & quæ veterina animalia. Quia verò in equis plurima ſigna morborum, & curationes multæ, ob hoc maximè in Grecia medici pecorum *ἱππιάτροι* dicti ſunt.

## CAPRA, HIRCVS, HOEDVS.

C. Ab ouillo ad caprigenum pecus ſermonis curſum flectamus. Ex ouium lana fructum percipimus ad veſtimenta, ex caprarum pilis ad vſum nauticum, ad bellica tormenta, & fabrilia vaſa. In Getulia, Sardinia veſtes de pellibus caprinis conficiebant. Vſos iiſdem ad amictum veteres etiam Græcos ex eo cognoſcas, quod ſenes in tragœdiis ab hoc pellis genere *διφθερίας* vocantur, & in comœdiis qui in ruſtico opere morantur: vt apud Cæcilium in Hipobolimæo habet adoleſcens, apud Terent. in Heaut. ſenex. In magna parte Phrygiæ, quod magnis eſſent villis, tondebantur: vnde cilicia ſimiliáque tegumenta fiebant.

Hæc

Hæc curſim ex Varrone. Hîc quoque nouella ætas, quæ fructum dare diutius poteſt, veteri præferenda. Firmæ, magnæ, corpore leui, crebro pilo, vberis maximi, & lactis abundantiſsimi, hirco ſimillimas, & ſub roſtra duas mammulas habentes probant. R. Quid iſtæ mammulæ, quid tandem? C. Quæ ex caprarum faucibus quaſi papillæ dependent, ſic nuncupantur: aliâs noneolæ apud Feſtum, pro quo legunt quidam neuolæ, quòd ſint vt næuuli, quomodo & Gellius eſt locutus, de mammillis cum loqueretur. Columella verruculas dixit. Caper, inquit, cui ſub maxillis binæ verruculæ collo dependent, optimus habetur. R. Iam intelligo. C. Quæ iſtis neuolis præditæ ſunt, fœcunditatis laude præſtant. Vbera quoq; in capris grandiora quærunt, vt & multum, & pingue lac præbeant. Hircum deſiderant ampliſsimo corpore, cruribus craſsis, plena & breui ceruice, gurgulione largiore, flauidis & prægrauantibus auribus, exiguo capite, nigro denſóque, nitido, molli & longiſsimo pilo. Menſium ſeptem aptus eſt admiſſuræ. Tam intemperanti libidine beſtia, vt adhuc ſubrumus matrem conſtuprare non dubitet. Sic venereis cupidinibus prima ſtatim pueritia emaciatus & exhauſtus, ante ſextum annum conſeneſcit. Matres meliore ſunt natura, quæ bis pariunt, ex quibus in primis appoſiti ad implendas fœminas mares ſecernuntur. Aiunt etiam meliorem fore gregem, ſi non ſit comparatus ex collectis, ſed ex vnà conſuetis. Præſtat vnum gregem totum, quàm ex pluribus particulatim mercari: ita in caprili pax & concordia vigebit. Quod qui-

dem, ſicut omnia ferme ſtabula, conſtratum lapide poſtulant, ne vliginoſum lutulentúmq; ſit. Ob hoc paſtor quotidie conuerret. In paſtu eadem propemodum ratione, qua oues habebuntur. Hæc aliter, ſaltibus eas, dumetis, aſperis, ſylueſtribuſq; locis & montibus amplius gaudere, nec auerſam rubos, ſectari frutices & arbuſculos, locis cultis virgulta carpere: quamobrem illis nomen inditum capris à carpendo, quarum dentes ſationibus pernicioſi. I. Itaque verè miſer, æger & exul Melibœus exclamat.

*Ite meæ (quondam fœlix pecus) ite capellæ.*
*Non ego vos poſthac viridi proiectus in antro*
*Dumoſa pendere procul de rupe videbo:*
*Carmina nulla canam, non me paſcente capellæ*
*Florentem cytiſum, & ſalices carpetis amaras.*

Admittendi tempus autumno ſub Decembrem, vt propinquante vere frutetis ſyluiſq; germinantibus conceptus in lucem veniat. Ac generoſæ quidem ſæpe duos hœdos, nonnunquam trigeminos pariunt. Qui cum in nutricatione trimeſtre conſumpſerunt, in gregem redigi ac ſummiti poſſunt. Remedia caprimis morbis haud ſecus quàm ouilis paſtores & magiſtri conſcripta retinebunt. Capras autem ſanas nemo venditor promittit, ſi quidem ipſe ſit ſanus: nunquam etenim febre carent, quod & Plinius ex Archelao affirmat: atque ideò forſitan anima his quàm oculus ardentior, calidioréſque concubitus, quod & Ariſtoteli viſum eſt. Sæpe gerunt vulnera: nam cum crebrò cornibus concurrant, & ſpinoſis in locis paſcantur, fit vt cutim lacerent. Nocet illis æſtus, ſed frigus

aliquan-

aliquantò amplius, potiſsimùm fœtæ, quæ gelicidio hyemis conceptum fecit. Quanquam non ob iſta ſolum, ſed etiam ob glandem citra ſatietatem datam in abortionem incidunt.

## Svs, Verres.

Partem ſermonis ad porcos deriuemus. R. De tam ſpurca beſtia quid eximium dici poteſt? Et exiſtimo Virgilium in tertio libro de re ruſtica, in quo de pecuaria præcepit, ideò de ſuibus verbum nullum facere voluiſſe, quamuis eorum ſtudium & curam agreſtibus fructuoſam eſſe non ignoraret. Suum enim carmen aliquo modo ſuilibus illis rebus defœdatum iri putauit. Et ſanè fœda ac lutulenta beſtia eſt, cloacis & ſterquiliniis dedita. Ibi eius lauatio, ibi requies, vt hominis, in balneis, & in cubili molliſsimo. C. Habet non mediocrem admirationem Maronis conſilium: non enim in tam abſoluto opere, vt videtur, caput iſtud omittere debuit, & contemnere animal quamuis ſordidum hominibus tamen adeo vtile. Sed ad purgandum poetam non omninò nihil adiuuabit, credo, ſi quis eum non tam exquiſitè omnia ruſtica perſequi ſtatuiſſe dicat. Quod perſpiciet facillimè, qui cum Varrone & Columella eiuſdem monumenta contulerit. I. Vtilitatem aliam non video, niſi quod à natura datum ad epulandum, animáque illi indita pro ſale, quæ carnem ſeruaret, ne putiſceret, quomodo Chryſippus, Cicero, & Varro dixerunt: quam eandem ſententiam in ſecundo ſtromatum poſuit Clemens Alexandrinus, cuius verba hæc ſunt. δεδόσθαι γὰρ τῷδε τῷ ζώῳ ψυχὴν πρὸς οὐδὲν ἕτερον ἢ ἕνεκα τοῦ τὰς σάρκας σφριγᾶν. C. De his

his ſatis. Approbationem conſequuntur ſcrofæ longiſsimi ſtatus, & reliqua verribus ſimiles, vnicolores potius quàm varij. Sunt autem dotes verris hæ. Corpus amplitudine eximium, quadratum magis quàm longum aut rotundum, venter promiſſus, clunes vaſti, nec crura procera, nec vngulæ, ampla & glanduloſa ceruix, roſtrum breue & reſupinum. Bonitatem generis cum in ſcrofa, tum in verre facies formoſa indicat, frequentéſque porculi vno partu effuſi. Aliis item regionibus præſtantiores maioréſque, aliis minus probabiles, & exiles fiunt. Hoc pecus & montibus & campis commodè impaſcitur: quanquam melius paluſtribus agris quàm ſitientibus. Mirè paſcuis ſuum conueniunt nemora quæ veſtiuntur quercu, ſubere, fago, cerris, ilicibus, oleaſtris, tamaricibus, corylis, pomiferiſque ſylueſtribus, vt ſunt albæ ſpinæ, græcæ, ſiliquæ, iuniperus, lotos, pinus, cornus, arbutus, prunus, & paliurus, atque achrades pyri. Hæc enim diuerſis temporibus miteſcunt, ac toto pœne anno gregem ſaturant, vt ſcriptum extat apud Columellam. Mas duobus menſibus ante admiſsionem ſeparatur. Porca menſes quatuor grauida, parit cum pabuli copia eſſe incipit. Minores anniculis admitti nolunt. Malunt etiam viceſimum exſpectare menſem, vt ita bimæ fœtum deponant. Admiſſuræ cauſſa in cœnoſa loca eos prodigunt, vbi thalamus ac thorus tam eleganti coniugio idoneus. Eſt autem ſubare vſurpari ſolitum de fœminis, ſurire de maribus, qui ſalire incipiunt octauo menſe. Ex primo partu ſcrofæ cognoſcitur fæcunditas: nam in ſequentibus nihil fere mutat

& li

& illam cenſent fructuariam idoneam, quæ pro numero mammarum parit catulos. Vbi pepererit, reficienda eſt largius, quo lac ſuppeditet natis faciliùs: quare bis ſinunt bibere de die. Si lacte deficiatur, triticum frictum præbebitur, aut hordeum ex aqua obiicietur. In nutricatu, quę & porculatio, duobus menſibus fœtum cum matre relinquebant, quod tam diu nutricaret, cum quaternis menſibus ventrem ferret. Hara, quæ contegi non debet, ita erit alta, vt parua opera porculator videat circumquaque, num quis porcellus à matre decumbente opprimatur, & vt cubile purgari ſine negotio queat. Mirum eſt, cum ſit tam immundum animal, & in pabulatione tam ſpurcè verſetur, tamen cubile mundum deſiderat. Quoties autem purgabitur, toties arena, aut quippiam aliud iniicietur, quod humorem exſorbeat. Curator mox quot, qualéſque nati ſint inſpiciet, & ne quis alieno vbere educetur prouidebit: quando porci, ſi hara exiuerint, facillimè miſcentur, & mater cum decubuit tam patienter alieno, quàm proprio mammam indulget. Quamlibet cum ſua prole ſuo clauſo cuſtodiet. Quod ſi metuit ne obliuione minus cuiuſque proles agnoſcat, pice liquata eandem notam illis matribuſq; imponet, ac ſiue per elementa literarum, ſiue per alias notas vnumquemque partum cum ſua parente diſcriminabit. Limen haræ inferius palmipedale fiet, ne cum mater ex hara prodierit, porculi tranſiliant, qui iam à mamma remoti, delici nominantur. Nutricare octonos poſſunt: ſi plures alant, fatiſcunt ipſę, neque congenerati aleſcendo robur adipiſcuntur.

tur. Cum paulùm adoleuerunt, parentem comi-tari ad paſtum mirè capiuntur. Verribus poſt an-num, commodiſsimè verna & autumnali tempe-ſtate virilitas ferro adimitur, qua ſpoliati nomen accipiunt maiales, vt in equis canterij, in gallina-ceis gallis, capicapones, & ſemimares, in arietibus verueces, in hominibus eunuchi. Et hic quidem cultus eſt ſuilli pecoris, de cuius ſanitate nihil eſt quod dicam aliud à præcedentibus. I. Ad quadru-pedes grandiores te intendere animàduerto. Quid moramur ergo? quin accedimus quo inuitamur? R. Ne tu Clementiano hortatibus tuis opus eſſe credas Iunili: nullo hortatore aut monitore præ-ſtabit, quæ nobis eſt pollicitus omnia: nec, dum noſtra cumulet emolumenta, vllam defatigatio-nem ſubterfugiet. C. Quia nimirum vetus eſt: amanti nihil difficile. Amo autem, & amaui ſem-per vtrumque veſtrûm, propter excellens inge-nium, ſuauiſsimos mores, ſingularem in omni ge-nere probitatem.

## II. DE MAIORI PECORE.

### BOS, VACCA.

Vt ergo redeat vnde perpaulum aberrauit oratio, & vt de boue ſumatur initium, quatuor gradus cernas in genere bubulo, vitulorum, iuuencorum, boum nouellorum, vetulorum. In primo ſexus diſcernit vitulum à vitula, in altero iuuencum à iuuenca, in duobus vltimis taurum à vacca. Nec-dum initas, Arnobius virgines vitulas, virgines bubulas appellat. Sterilis vacca dicitur taura, præ-gnans horda. Taurus eximius à caſtrato hoc ta-

tum

tum diſcrepat, quod illi torua facies, aſpectus vegetior, breuiora cornua, toroſior ceruix, ea vaſtitudine, vt ſit corporis maxima pars, ventre aliquantum ſubſtrictiore, qui magis rectus & ad fœminas aſcendendas habilis ſit. Præponendi ſunt in emptione ætate ad fructus ferendos integri, quàm aliquandiu exerciti & experti, benè compoſitis, grandibus perfectiſque membris, porrectis lateribus, ampli, nigrantibus, proceris & robuſtis cornibus, latis & criſpis frontibus, oculis magnis, iiſdem & labiis nigris, hirtis auribus, compreſsis malis, dorſo recto & plano, vel etiam ſubſidente, non gibbero, patulis naribus, reſimis, ſubnigris, ceruicibus toroſis ac longis, à collo palearibus pœne ad genua propendentibus, corpore bene coſtato, bonis rotundíſque clunibus, cauda profuſa vſque ad calces, inferiore parte frequentibus pilis ſubcriſpa, compáctis cruribus, iiſq; breuioribus potius quàm longis, non improbis genibus, eminulis, pedibus non latis, neque qui ingredientibus diſplodantur, quorum vngulæ ſint leues ac pares. Corium ne ſit attactu aſperum ac durum. Colore placent potiſsimùm nigro, poſt rubeo, tertio heluo, quarto albo. Genus ſiue ſeminium ponderandum ex forma iam deſcripta, & iis quos procreauerint, ſi ad parentum ſpeciem reſpondeant. Boum pabulationi propter virgultorum frondiumq; copiam nemora ſunt idonea. Fœminis ante vno menſe quam tauri ruentis in Venerem pondus excipiant pabulum minuetur, ne obeſitate corporis nimia ſteriles euadant: macris ſiquidem conceptus facilior. Contrà verò

tauros ſecretos à fœminis per tempus duorum
menſium herba, palea, fœno pleniores, & ad in-
eundum valentiores oportet efficere. Non mino-
res bimos patiendum eſt iniri, vt trimæ pariant:
quanquam melius ſi quadrimæ. Tauri infra qua-
drimatum, & maiores quàm XII. annorum, ad-
miſſura prohibentur: illi quod tanquam ætate pu-
erili ſeminandis armentis non ſunt apti: hi quia
ſenio ſunt effœti. Generant vaccæ pleræque in de-
cem, aliæ diutius, ſed vitulos parum egregios.
Conſepta requirunt laxo ſpatio, ne concurrant,
& ſe cornibus grauiter mutuò vulnerent. Stabula
ſaxo, glarea, etiam ſabuloſa ſternentur, carebúnt-
que frigore, quod maciem illis affert, vti fames.
Per æſtatem tabani, & puſillæ beſtiolæ compun-
ctionibus eas acerbè vexant, & ad curſum conci-
tant. Lactentes cum matribus cubare nolunt, ne
obterantur: manè, & veſperi cum è paſtu rede-
rint, vitulos ad eas adigunt, quos ſi ante bimatum
exſecueris, difficulter ſe recipiunt. Fiſſa autem fe-
rula teſticulos comprimendos, paulatimque con-
fringendos, non ferro exſcindendos ſuadent. In
vaccis, vt in omni grege pecuario quotannis dele-
ctus habendus, & reiiculæ reiiciendæ. Siqua vi-
tulum amiſerit, ei ſupponentur, quibus matres
haud ſatis præbent. Semeſtribus furfures triticeos,
farinam hordeaceam, & teneram herbam obii-
ciunt. De morbis quibus tum boues, tum mino-
quæque pecora interdum corripiuntur, quæ ſign-
horum, quæ medicinæ aduerſum ſingula vi-
pandæ, & quomodo procuranda, fusè admodum
Columella, ego aliquot adducam. Languor, ma-

ſea, peſtilentia, cruditas, dolor viſcerum, tormina, vitioſa linguæ incrementa, quæ veterinariis ranæ, cibi faſtidium, febris, tuſsis, ſuppuratio, claudicatio, rabioſorum canum, luporúmque morſus, coriago. Hæc accidit, ſi bos aut ex languore aliquo ad maciem peruenit, aut ſudans in opere faciundo refrixit, aut ſub onere pluuia madefactus eſt. Eſt autem cum pellis ita tergori adhæret, vt apprehenſa manibus deduci à coſtis non poſsit. Sunt inſuper pulmonis & palati exulceratio, ceruicum tumor & claui. Et bobus calueſcunt colla, & læduntur vomere tali atque vngulæ, calcant aliquando ſurculos, teſta acuta aut lapide vngulam pertundunt. Sæpius aut iniquitate oneris, aut grauitate diuturnioris laboris, aut cum in aratione, vel duriore ſolo, vel radici obluctati ſunt, armos conuellunt, cornua frangunt. Hauſta cum aqua hirudo adhæret faucibus, ducit ſanguinem, ſuóque incremento cibis tranſitum præcludit. A bobus migremus ad aſinos, non tamen in aſinos, vt Apuleius, & quem ſuis vndecim libris imitatus eſt, Lucianus. I. Sine nos declinare de via, & in hoc diuerticulo nonnihil requieſcere. Quomodo iſta metamorphoſis Luciano contigit? aut quid ſibi vult vterque cum aſino ſuo? C. Theſſali magicas artes multùm coluerunt. In Theſſaliam igitur cognoſcendæ magiæ profectum ſe, & ibi opera & vnguento cuiuſdam puellæ, dum in volucrem mutari, atque ita periculum artis facere inſtituit, in aſinum conuerſum fingit. Poſtmodum in varietate magna fortunæ locorúmque, ruſticis, vrbanis, ſacris & profanis diuenditum, Poſtremò

cum in theatrum quoq; ad ſpectaculum de ſe pra-
bendum eſſet introductus, deuoratis quas illi ſon
obtulerat roſis, figuram hominis recepiſſe. Volu-
iſſe arbitrantur eruditi vitæ totius imaginem, & ſi-
mulacrum per iocum & ludum nobis proponer
oſtenderéque exemplo huius aſini, tot periculo-
rum caſibus iactati, tot aduerſa & ſecunda etiam
experti, quàm ſit lubrica & inconſtans fortuna,
quàm incerti & inſperati conſiliorum euentus. In
porrò ſe aſinum induiſſe fabulatur, vt mentem ta-
men non depoſuerit. Ex huius racemis vindemi-
am fecit Apuleius. Ille breuis, hic copioſus. ille r-
niuſmodi, hominis in aſinum, aſini rurſus in ho-
minem commutationem ſummatim exponit: hi
quò argumentum fiat ſpecioſius, eruditius atque
iucundius, multis id fabellis & commentis auge
R. Me cupido inuadit vtriuſque aſini peruidend
& contemplandi, & alterius eo magis, quod eum
totum aureum eſſe ferunt. Ex eo ſi quid poten
abradere, cudam ipſe mihi nummos aureos, &
mea ſolius opera pulcherrimè diteſcam. C. Cau
tamen ne orichalcum cum inueneris alicubi, pro
auro ſumas. Nam Apulejus etſi non inutilis qu
rerum quà verborum, quia eruditus, & gnaru
morum veterum, ac Plauti imitator, tamen ſæp
ineptus, atque in verbis fingendis, & loquendi ge
neribus hirtus & hiſpidus, tumidus, inſulſus &
fæculentus eſt, videturq; cum aſino ſuo rude
Sed viam repetamus.

ASINI, ASINAE.

I. De illis aſinis qui eſurientes fuſtem negligu
qui ſtramenta malunt quàm aurum, qui fru

tonde

tondentur, ſiquidem lana carent, quos lyræ tibiarumq́; cantus nihil mouent, de illis inquam audiamus, quò te propoſitus ordo deducit: alios maius adepti otium conſiderabimus. C. Quò vtilitatibus dominorum commodiſsimè ac diutiſsimè præſtò ſint, bona ſit eorum ætas, ſint firmi, omni parte honeſti, corpore amplo, ſeminio probato. Olim commendabantur Arcadici, & in Italia Rheatini. Alij numerantur feri, quibus nomen onagris, alij manſueti. Cum porrò ex hoc genere illud alterum nunquam, ex altero hoc: ex ſyluestri, inquam, fit domeſticus aſinus: itaque onager ad ſeminationem haud nihil idoneus putatur. Decet autem in vtroque ſexu ad foeturam delecto ineſſe dignitatem: propterea quod proles parentum ſimiles generantur. Qualicunque pabulo contenti ſunt, etiam viliſsimo: vel foliis, vel carduis, vt habeant ſimiles labra lactucas, vel ſalignis perticis, vel obiecto faſce ſarmentorum aluntur, paleis etiam ad pinguitudinem perueniunt. Menſe duodecimo ſemen conceptum reddunt. Minus onerum imponendum prægnantibus, ne, quod naſcetur, ob id deterius fiat. Mari quidem non eſt ab opere concedenda vlla vacatio, quoniam ſegnior ac peior inde redditur. Anno ſinunt eſſe pullum aſininum cum matre: ſecundo leniter capiſtris vinciunt: tertio ad eas operas domitare incipiunt, quas ab iis exigere decreuerunt. Greges ſeu multitudo aſinorum non niſi ad onera geſtanda, ad vinum, oleum, frumentum & ſimilia haberi conſueuit, & vocantur tales doſſuarij. Pleriq; ad molam deducuntur, ad arandum quoque, vbi

leuis eſt terra. Cuſtodis imprudentis negligentiam fortiſsimè ſuſtinent, plagarum penuriæ, labori & famis tolerantiſsimi, morbis non valde ſubiecti. Deſcendo ab aſinis ad equos, contrà quàm eſt in prouerbio. I. Sic deſcendis, vt aſcendas tamen in beſtiam altiorem ac nobiliorem multò. Feliciter quod agis.

## EQVI, EQVAE.

C. Quis ingenuus non ſtudiosè quærat, & maxima cum voluptate cognoſcat, quæ ad equos pertinent? quomodo parandi ſint, quomodo paſcendi, quibus moribus erudiendi, quæ ſit illos curandi ratio: cui ſcientiæ nobiliſsimi quidam viri tempus tribuere non ſunt veriti, cum domi foriſque vtiliſsima, & vitæ traducendæ neceſſaria ſit. Minores trimos non putant emendos. Equorum & omnium propemodum animantium, quorum non diuiſæ ſunt vngulæ, & cornibus quoque prædito-rum è dentibus amiſsis ac renatis ætatem depre-hendi autumant: quo de Columellam conſulere ſi libuerit. Formam, quod ſequitur, vobis depingam. Modica magnitudo commendat equum, ve-ſtitas & paruitas dedecorant. Fœminæ clunibus ac ventribus latæ ſint, admiſſarij corpore ampli, formoſi, partibus inter ſe vbique proportione reſpondentibus. Equi futuri ſpecies ab indole & corpore ipſius equuli ſeu pulli pendet. Optimus erit ſi hilaris ac intrepidus appareat, quem nouarum conſpectus auditusq́ue nequaquam conterret, qui in paſtu & curſu cum laſciua alacritate gregales ad pugnam laceſsit, & palmam nititur præripere, & foſſas nihil cunctatus tranſiliens, pontes quoque &

flumina ſociis haud exſpectatis tranſgreditur. Adde caput exiguum, membra non confuſa, oculos nigros, nares apertas, auriculas breues & arrectas, ceruicem latam, nec longam, & mollem, iubam crebram, ſubcriſpam, in dexteriorem partem inclinatam, pectus latum muſculorúmque toris numeroſum, humeros grandes, ventrem ſubſtrictum, lumbos latos, ac deorſum verſus preſſos, teſtes pares & exiguos, ſpinam duplicem: ſin minus, non extantem, caudam amplam, ſetoſam, ſubcriſpam, crura recta, alta, æqualia, genua parua, rotunda, clunes rotundos, nec introrſum ſpectantes, vngulas duras, altas, concauas, coronis mediocribus ſuperpoſitis. Totum denique corpus grande, ſublime, erectum. Cum ſint autem multa equorum genera, videndum qua ſtirpe veniant: nobiles rectè è regionibus nuncupantur. Alimentum equini pecoris in prato herba, in ſtabulo fœnum aridum. Cum tempus aderit, manè & veſperi admittendi. Fœmina bimatu probè concipit, mas trimo inferior ad generis propagationem eſt inhabilis: generat autem ad annum viceſimum, equa poſt decimum, vt annoſa iam mater, tardam inertémque prolem edit. Hoc armentum præ aliis intemperantiſsimæ Veneris eſt, & inſigniter furit, immenſa libidine concitatum. Inde hippomanes, de quo ſic Virgilius.

*Hinc demum hippomanes vero quod nomine dicunt*
*Paſtores: lentum diſtillat ab inguine virus*
*Hippomanes, quod ſæpe malæ legere nouercæ,*
*Miſcuerúntq; herbas, & non innoxia verba.*

Huius (ſiue caruncula ſit, quam in fronte natam

 pullus

pullus ſtatim vt aluo emittitur ſecum affert, ſiue quoddam venenum ab equorum naturalibus defluens, cum ardore venereo rapiuntur) Ariſtoteles, Plinius, Columella meminerunt: vtrumque ad inſaniam amoris immittendam certum eſt adhiberi. Tradiderunt quidam in Luſitania ad Oceanum equas ſine mare aſsidua & nimia cupiditate ſibi ipſis Venerem animo figurantes, è vento grauidas fieri: vt gallinas item, quarum oua ὑπηνέμια. Verùm ex illis conceptibus exiſtentes pullos equinos vltra triennium non viuere. Admiſſuræ præfectus Peroriga dicitur. Poſtquam conceperunt, non ſinentur aut quippiam laboris ſubire grauioris, aut verſari in locis frigidis: prægnantibus enim algor maximè officit. Quæ in annos ſingulos fœtu implentur, inſtar ſegetum reſtibilium exſuctiores euadunt: nec pulli æquè laudabiles, ac diuturni ex anniuerſaria, quam ex alterna admiſſura procreantur. Loco amplo & tepido cum matre pullus verſabitur: ne aut frigore infirmus adhuc lædatur, aut propter anguſtias ab imprudenti matre obteratur. Vbi vires increuerint, in pabulum prodigendus, in quod etiam ipſa mater: ne deſiderio nati (quod huic pecori natura præcipuè dedit) noxam trahat, & contabeſcat. Quinquemeſtres paſcendi farina hordeacea cum furfuribus, & ſi quid aliud terra editum cupidè ac libenter edent. Antequam à matre diſtrahantur, tractandi ſunt manibus, ne poſtea exterreantur. Quò pertinet, quod vbi ſtant, fræna ſuſpendunt: nempe vt iis intuendis, & crepitu audiendo conſueſcant. Vbi iam trimus factus ad manus accedere cœperit

pa

puer illis nunc in ventrem pronus, nunc ſedens imponendus. Equorum alij militantibus, alij vellaturam facientibus, alij ad curſuram, alij ad admiſſuram ſunt accommodati à natura. Quamobrem non eadem ratione ſpectandi habendiq́ ſunt. Morbi horum macies, & quod vrinam ſuo tempore non mittunt, dolor capitis, & maxillarum, armi læſi, vermes in viſceribus ſpecie lumbricorum, cuius peſtis argumentum, ſi cum dolore crebrius volutantur, ſi vtero caput admouent, ſi caudam ſæpius agitant. Tuſsis, impetigines, papulæ, intertrigo, oculorum cicatrices, ciborum faſtidia, rabies: ſic enim lego apud Columellam, equos cum in aqua ſuam ipſorum imaginem contuiti fuerint, amore ſui exardeſcere, atque ita paſtionis oblitos, tabe cupidinis interire. Signa huius veſaniæ, cum per paſcua, veluti extimulatæ concurſant, ſubinde circumſpiciẽtes, quaſi requirant aliquid. I. Qua medicina curabiles ſunt iſtæ furiæ, ſi legiſti? C. Ad aquam aiunt deducendas: ibi ſpeculatas deformitatem ſuam, priſtinæ imaginis memoriam abolituras. R. Secundis auſpiciis partem ſecundam de pecudibus maioribus expediuiſti, & fuit hæc tibi ſignificanda gratulatio: tametſi rectiùs nobis ipſis gratulamur, quàm tibi: non enim quemadmodum ſumptus & impenſa: ſic etiam quæſtus eſt tuus, ſed noſter potius. Supereſt pars tertia, propter quam, non ex qua fructus capi dixiſti à ruſticis. Ac ſi non labor memoria, primum erat caput de mulis & hinnis.

## III. DE HIS, PROPTER QVÆ FRVCTVI, MVLI, HINNI.

C. Tu, Rogate, veluti creditor valde memor, me debitorem appellare pergis, & vt fœnerator Alphius, ne ex bono malum ſiam nomen non appellando, metuis. En æs tuum. Muli ſunt bigeneri & inſititij, quando ab radicibus diſtinctũ ac proprium genus ſuum nullum habent, cum equæ & aſini ſatu creëtur: vti contrà, ex equo & aſina progignitur hinnus, ſortitus à patre nomen, cum alioqui per omnia matri ſit ſimilior. Verùm & muli & hinni vſibus vtiles, fructibus ſunt inutiles. Pullum hinnum recentem equæ ignoranti ſubiiciunt. Fallitur tenebris: nam obſcuro loco partu eius legitimo remoto, alienus quaſi ex ea natus nutricatur. Eo lacte fit amplior, quoniam equinum quàm aſininum melius eſt. Planè hos vt equulos educãt, eorúmque ætatem ex dentibus æſtimant. Minor corpore hinnus eſt quàm mulus, plerunque rubicundior, auribus vt equinis, iuba & cauda, & cetera, vt dictum eſt, ſimilis aſino. Ad mulos generandos equa videnda in annos decem, quouſque ampliſsimæ & pulcherrimæ formæ ſit, membra robuſta, & laboris patiens, vt diſcordantem vtero ſuo generis alieni ſtirpem inſitam facilè recipiat, ac perferat, & ad fœtum non ſolum corporis, ſed ingenij quoque bona conferat. Docet experientia, plus eos à patribus ſocordię, quam à matribus vigoris trahere. Maris electio difficilior, quod ſæpe probantis iudicium ab experimento eſt conſitatum. Mulorum gregem qui parabit, conſiderare

pſim ſint ampliſsimo corpore, num valida ceruice, robuſtis ac latis coſtis, pectore muſculoſo & vaſto, feminibus lacertoſis, cruribus compactis, coloris nigri vel maculoſi. Tales & vecturis labores ſufferent, & oculos aſpectu delectabunt.

CANES.

Canum genus vnum eſt venaticum, alterum pecuarium: illud in ſyluis vagatur, & ad feras pertinet: hoc ad paſtorem, quia cuſtodiæ cauſſa comparatur. Nolo enim ſubtilius, id quod Columellam feciſſe noui, in tria genera diſcernere, in villaticum, paſtorale, venaticum. Ex his primum genus affirmat aduerſus hominum inſidias eligi, & villam, quæque in villa ſunt cuſtodire: ſecundum propellendis hominum, ferarúmque belluarum iniuriis, idq; obſeruare domi ſtabulum, foris pecua paſcentia: tertium quæri ad venatum exercendum, quod agricolam nihil iuuet: tam diligenti, inquam, partitione non vtar: poſſunt enim pecuarij nomine paſtoralis & villaticus intelligi, quia ſcilicet pecoris nomine potiſsimùm, tanquam cuſtodes illius neceſſarij habentur: qua cuſtodia & defenſione præſertim capræ & oues indigent: aliæ contra lupos quidem ſatis ſeipſæ defendunt. Malè autem pecuarius canis cuſtos mutus appellatur: nullus quippe homo clarius vociferatione aut clamoribus, quàm hic latratibus ſuis beſtiam aut furem pecudibus rapiendis appropinquantem prodit. Quis tam incorruptus, tam vigilans excubitor? quis tam conſtans vindex? quis famulus domino tam fidelis? Hic, quandoquidem villam, fructus, pecora, familiam acerrimè cuſto-

dit inprimis ruſtico charus eſſe debet. Proprieta-
tes non illas quidem omnes, ſed aliquas adducam
à Varrone & Columella requiſitas in canibus iſtis,
Magnitudo ampla, vaſtus & canorus latratus, co-
lor vnus, magiſq; albus aut niger, deiectæ & pro-
pendentes aures, nigri vel glauci oculi, acri lumi-
ne radiantes, amplum villoſúmque pectus. Boni-
tas generis olim à regionibus ducebatur maximè,
A venatoribus aut laniis ne emantur: quod hi ad
pecus ſequendum inertes ſunt: illi ſi leporem aut
ceruum conſpexerint, eos citius quàm oues inſe-
quentur. Cognati canes ſe tuentur mutuò egre-
giè: quare ex eodem ſemine prognatos referet non
parum. Paſcuntur è culina & oſsibus, quibus ſi ci-
baria defuerint, deſtitutis gregibus ipſi ſibi alimo-
nium quærunt: quod quia magno gregum peri-
culo fit, ne fiat, ſtudioſè prouidendum eſt. Datur
& panis hordeaceus in lac intritus, farina hordea-
cea cum ſero. Non eos ſinunt guſtare carnes mor-
ticinæ ouis, ne irritati ſapore, ægrius ſe poſtmo-
dum ab illis laniandis abſtineant. Apponunt etiam
ius ex oſsibus, & oſſa ipſa contrita, vnde & den-
tes illis confirmentur, & medullarum ſapore ani-
monia augeatur. Non niſi poſt annum vel mari
vel fœminæ indulgenda Venus, ne & corporali-
befactentur, & animi degenerent. Principium ad-
mittendi principium veris, quòd tunc catulire di-
cuntur. Tres menſes geſtant vterum. In fœtum
obiicientur panes hordeacei, quòd ij magis alen-
eos quàm triticei, & lactis vberiorem præbebunt
facultatem. Secundùm partum ſtatim eliges cani-
los qui placebunt amplius, reliquos abiicies. Quin
pau-

paucisſimi in nutricatu relinquentur, tam optimos fieri neceſſe eſt, propter lactis abundantiam. Diebus XV. catuli videre incipiunt, & duobus primis à partu menſibus à matre non ſeparantur, ſed minutatim deſuefiunt. Quorum generoſam indolem conſeruare voluerimus, eos alienæ nutricis vbera ſugere haud permittemus. Si effœta lacte deficiatur, catulis caprinum dabitur, dum quadrimeſtres fiant. Vbi conualuerint, cathenis per diem continebuntur, ſoluentur noctibus. Qui eos caſtrant, eo minus relinquere gregem illos arbitrantur: qui id omittunt, putant eſſe idcircò acriores. Nucibus græcis in aqua tritis aures eorum, & inter digitos perliniunt, ne à muſcis & ricinis, & pulicibus exulcerentur. Ac per æſtatem ſanè ſic eorum aures aliquando à muſcis exulcerantur, vt totas amittant. Pulicoſis hæc curatio præſcribitur. Sume cyminum tritum pari pondere cum veratro, aquáque miſtum illine: ſeu cucumeris anguinei ſuccum, aut veterem amurcam per totum corpus infunde. Ne porrò à beſtiis atrocibus diſcerpantur, collaria iis imponunt. Nomina ne ſint multum polyſyllaba, quo quiſque vocatus celerius exaudiat: diſyllaba commendantur, vt ſunt iſta gręca σκύλαξ, λάκων, & muliebria σπουδὴ, ἄλκη, ῥώμη, de quo & Xenophon in lib. de venat. De paſtoribus tantum ſupereſt vt agamus. I. Igitur ad metas tandem, ſed non æquè feſsi appropinquamus. C. Nondum, Iunili, ad vltimas. I. Hem, non recordabar, te adhuc de villatica paſtione, déque vineis ac pomariis dicturum.

## PASTORES.

C. Ad pecudes grandiores, qui ſunt maiore natu, ad minores etiam pueri puellæq́; adhibentur. Illi firmiores qui in collibus paſcunt, quàm qui in fundo, & ad villam ſe quotidie recipiunt. Qui in ſaltibus verſantur, erunt omnes ſub vno magiſtro pecoris, qui cæteros vt ætate, ſic peritia antεibit. Senio nimis grauem eſſe nolunt, quod nec pueri, nec ſenes difficultatem, arduitatem, aſperitatémq́; collium, atque montium perferre queunt: quod illis tolerandum, qui ſequuntur greges armentitios & caprinos, quibus rupes ac ſyluæ ad pabulandum cordi. Horum erant antra non ſolum temporaria diuerticula, ſed etiam legitima domicilia. In ſpeluncis enim ouilia ſua conſtituebant, quod ex Polyphemi fabula apud Virgilium & Homerum diſcas. Et μάνδρα nunc ſtabulum, nunc antrum ſignificat. Baſilius quoque ſtabulum in quo Seruator eſt editus, mandram appellat. Et Tityro fuiſſe ſpeluncam pro domo, in carmine bucolico patet, quod ibi penum ſuum habebat. Sic enim Melibœum inuitans addit,

*Hic tamen hanc mecum poteris requieſcere noctem*
*Fronde ſuper viridi: ſunt nobis mitia poma,*
*Caſtaneæ molles, & preſſi copia lactis.*

Paſtores item veloces oportet eſſe, mobiles, expeditis membris: qui pecus inſuper à beſtiarum prædonúmque incurſu defenſare, onera in iumenta tollere, excurrere, iaculari queant. Galli quondam ad paſcenda iumenta idonei cenſebantur. Opilio duci propior quàm domino, vigilantia & clementia magna vtetur, nec vnquam longius à grege recedit.

cedet, nec telum in eas immitet. Caprarius erit acer, durus, ſtrenuus, alacer, atque audax: quíque per rupes, ſolitudines, vepreta plerumque gregem non ſequatur, ſed præcedat. Qui in arbitrio vnius paſtoris erunr, veſperi ſimul cœnabunt, & is curabit vt in promptu ſint ſemper inſtrumenta, quæ pecori paſtoribúſque ſunt opus. Quà de fœtura paſtorum qui in fundo paſcunt, habent conſeruam vxorem in villa, nec terminos quærit longiores paſtoralis Venus. Eorum qui in ſyluis & ſaltibus manent, mulieres viribus integris eſſe oportet, quæ in opere multis regionibus viris nihil cedunt, quæ poſsint paſcere pecus, ligna ad focum apportare, cibaria coquere, inſtrumenta ſeruare, eædem nutrices & matres eſſe. De pecuaria pro amplitudine argumenti haud multum: pro conſuetudine mea prope nimium. I. At certè pro deſiderio noſtro, quod tu ipſe tam erudita ſuauíque diſſertatione vehementer auxiſti, propemodum valde parum. R. Nihilo deterius, nec incurioſius tu nos ſequenti ſermone paſces, vti ſpero, quàm ruſtici paſcere conſueuerunt in ſaginario animantes ſuas. Nec fabam aut hordeum, ſed diuiniorem quendam animi paſtum obiicies. C. Vos exiſtimabitis: equidem ego ſi mentes explere nequiuero, auribus ſaltem qualecunque prandium dabo.

ANNO-

# ANNOTATIONES.

SEv pecvaria) *Vt quempiam dicimus facere aruſpicinam, topiariam, argentariam, piraticam, ſtipendia, accuſationem: ſic facere & habere pecuariam, cum adiunctionibus etiam, grandem, nobilem, ouiariam, equariam, caprariam &c. Cic. pro Quintio. Erat ei pecuaria res ampla, & ruſtica, ſanè bene culta, & fructuoſa. Non idem verò eſt agricultura, & hoc paſtionis genus: quandoquidem alius opilio, alius arator: quando hoc magis ſunt differentia, quod nec bubulcus & armentarius ſunt idem, ſi poſſit in agro paſcere armentarium. Armentum quippe quod ager extulit non colit, ſed dentibus tollit: at boui debetur, ſi commodius frumentum in ſegete, pabulum in nouali proueniat. Quamobrem alia etiam ratio ac ſcientia erit coloni, alia pecuarij ſiue paſtoris. Illius, vt quæ in agro ſata ſunt ſe profundant, quò fructum faciant: huius, vt quæ nata ſunt, paſcant pecus: quod arator minimè, hoc paſtor optat maximè, herbarum prouentum videlicet. Hæc cum huiuſmodi ſint, non eſt tamen nulla, aut mediocris harum partium, [illegible]rorúmque diſcordantium ſocietas, quòd pabulum in ſundo compaſcere, quàm vendere plerumque domino fundi eſt maiori emolumento, & copioſa ſtercoratione, ad quam pecus eſt appoſitiſſimum, ſegetes exuberantiſſimæ altiſſimæ ſurgunt. Nec eſt vlla frumentifera regio, quæ non vt hominum, ſic armentorum opera indigeat. Ex quo iumentis venit nuncupatio, quod vel oneribus ſub-*

ſtandis

ctandis, vel aratro ducendo laborem noſtrum iuuant. Ergo qui prædium poſſederit, hunc vtriuſque diſciplinæ, & agrariæ, inquam, & pecuariæ haud ignarum eſſe oportebit: nec eius quidem, quæ ad villaticam paſtionem refertur, ex qua ipſa etiam non parua eſt exſpectanda commoditas. In hanc propemodum ſententiam Varro, præfat. lib. 2. & Colum. præfat. lib. 6. Quod autem Varro lib. eodem cap. 1. affert, ſummum gradum naturalem fuiſſe, cum alerentur homines iis, quæ terra nullo imperante, & nullis ſaucia vomeribus, aut pulſata raſtris, vltro procrearet: ex hac vita poſtea ad ſecundum eos eſſe progreſſos, paſtoritiam videlicet, vt qui prius ex arboribus virgultiſque glandem, arbutum, poma, mora decerpſiſſent victus cauſſa, eandem deinde vtilitatem ex ſylueſtribus animantibus captis & manſuefactis peterent: tertio demum gradu à vita paſtorali ad agricolationem tranſiſſe, in qua non pauca de ſtatu vtroque præcedente retinuerint: hæc, inquam, cum ille ſcribit, à vulgari fama poetarúmque figmento non recedit. Nobis ſacrarum originum liber, qui Geneſis inſcribitur, veritatem pandit, & propemodum cum primis hominibus agriculturam & paſtoritiam natas prædicat. Cain enim fuit vir agricola, & Abel paſtor ouium. Nec fuit, cum homines glandibus veſcerentur, ante inuentum frumentum ſcilicet. Dici tamen poteſt, non in omnibus terris eodem tempore, ſed in aliis citius, in aliis tardius fuiſſe cognitam rationem frumentariam. Quare aliqui ſanè mortales arborum baccis ante, & animalium carnibus,

*quàm pane victitarint.* CVIVS SPECIES HÆ) *De ouibus agit Varro lib. 2. cap. 2. Colum. lib. 7. cap. 2. 3. 4. 5. Cato cap. 30. 96. 150. Plin. lib. 8. cap. 48. & aliis locis ſparſim. Palladius lib. 8. cap. 4. De capris Varro lib. 2. cap. 3. Colum. lib. 7. cap. 6. 7. Plin. lib. 8. cap. 50. De ſuibus Varro lib. 2. cap. 4. Colum. lib. 7. cap. 9. 10. 11. Plin. lib. 8. cap. 51. De bobus Varro lib. 2. cap. 5. Colum. lib. 6. à cap. 1. vſque ad 26. Cato cap. 30. ad 103. Plin. lib. 8. cap. 45. De aſinis Varro lib. 2. cap. 6. Colum. lib. 7. cap. 1. Plin. lib. 8. cap. 43. De equis Varro lib. 2. cap. 7. Colum. lib. 6. à cap. 27. ad 35. Plin. lib. 8. cap. 42. De mulis Varro lib. 2. cap. 8. Colum. lib. 6. cap. 36. 37. 38. Plin. lib. 8. cap. 44. De canibus Varro lib. 2. cap. 9. Plin. lib. 8. cap. 40. Colum. lib. 7. cap. 12. 13. Cato cap. 12. De paſtoribus Varro lib. 2. cap. 10.* SI ÆTAS IN EO) *Cuilibet parti harum trium partium generalium nouenas partes Varro tribuit, nos ſeptem retinuimus, nec eas ſingulas in ſingulis perpendimus, quod nec ipſemet fecit. Quartam de iure in parando, quemadmodum, & quarentiam borum formula ſtipulationéque pecudem quamque emi oporteat ciuili inſtituto, & nonam ad parandum paſtorum dúmque communem, de numero videlicet, quot greges & quantos ſit paſturus, quot tauri, in quot matrices habendi, & alia huc ſpectantia, vt ſuperuacanea prætermiſimus.* HARVM LAVDES, VTI BOVIS) *De ouibus quidem hæc. In quibus primùm non ſine cauſa putant oues aſſumptas, & propter vtilitatem & propter*

*placiditatem. Maximè enim hæ natura quietæ, & aptiſſimæ ad vitam hominum. Columella autem hæc. Præcipuè nos contra frigoris violentiam protegunt, corporibúſque noſtris liberaliora præbent velamina. Tum etiam caſei lactíſque abundantia non ſolum agreſtes ſaturant, ſed etiam elegantium menſas iucundis, & numeroſis dapibus exornant. Quibuſdam verò nationibus frumenti expertibus victum commodant: ex quo Nomadum Getarúmque plurimi* γαλακτοπόται *dicuntur. Quæ de bobus Varro prædicat, annotat. quadam dialogi primi huius ordinis recitaui. Adde hæc tantum ex eodem loco. Ab hoc antiqui manus ita abſtineri voluerunt, vt capite ſanxerint, ſi quis occidiſſet. Ab his pleraque magna dicuntur, vt* βούσυκον, βούπαισ, βούλιμοσ, βοῶπισ, *vua quoque bumamma. Ex boue putrefacto naſcuntur apes dulciſſimi mellis matres, à quo Grecis* βουγενεῖσ. *De nomine Italiæ, & ſuprema multa duarum ouium, ac 30. boum vide Gell. lib. 11. cap. 1.* VENTER LANOSVS) *Quæ id non haberent, apicas vocabant Romani veteres, & abiiciebant. Dicitur ouis apica, quæ ventrem glabrum ac nudum habet.* πεῖκοσ & πέκοσ *idem quod* πόκοσ *genere virili, hinc conformatum eſt apica. Eandem nominabant minam. Oues minæ hirtis opponuntur.* ALLIA SERPILLVMQVE) *Seruius tradit eſſe herbas calidas, quæ æſtum repellant. Nam vt etiam Plin. dicit, omnis medicina aut à contrario, aut à ſimili quæritur. Vnde & calor poteſt aut frigore, aut alio calore depelli. Hinc eſt quod in vltima ecloga cum amator remedium*

*quærit ardori, dicit ſe iturum in Scythiam, aut in Æthi-opiam: quarum regionum altera eſt frigidiſſima, alte- feruentiſſima. Serpyllus herba in græco aſpirationem ha-bet* ἕρπυλλος. *In multis enim huiuſmodi pro afflatu ponimus, vt* ἕξ, *ſex,* ἑπτὰ *ſeptem.* PRÆGNATIO-NIS VIDELICET) *Grauida eſt, quæ iam grauatur conceptu: prægnans velut occupata in generando qu- concepit: inciens propinqua partui, quod incitatum f- fœtus eius. Feſtus.* VENTREM FERVNT OVES) *Agn- qui poſt tempus naſcuntur, remanſerúntq; in valuolin-timis, chordi cognominantur. Ita apud Varronē pro val-uis, ex coniectura legit Vrſinus. Sunt autem valuoli Feſ- fabæ folliculi, quaſi valliuoli, quia uallo fracti excutiūtur. Colum. lib 7. cap. 3. Nam per ſe hordeum, vel freſa cu- ſuis valuolis faba &c. Benè valuolis, cum* χορίον, *vt- agni chordi, ſit inuolucrum fœtus in vtero.* AD MA-TERNAM MAMMAM) *In nutricatu obſeruandum quot diebus matris ſugant mammam, & id quo temp-re, & vbi. Et ſi parum habet lactis mater, vt ſubiicia-tur ſub alterius mammam, qui appellantur ſubrumi, eſt, ſub mamma: antiquo enim vocabulo mamman- mis. Hæc Varro. Alteram porrò mammarum lacte d- cientem, minam vocatam, quaſi minorem factam, Feſtus. Contra venuſtè munificem mammam appel- Plin. lib. 11. cap. 40. quæ lac reddit.* ARIETES SV-MITTENDI) *Virgil. eclog. 1. Paſcite vt ante bo- pueri, ſubmittite tauros. Dicuntur ſubmitti pecora, q- in locum demortuorum capitum ſufficiuntur.* EA MA-

GISTER EXSCRIPTA) *Qui paſtioni, ſeu pecuariæ præpoſitus eſt, audit magiſter pecoris, vt qui agriculturæ, villicus. Magiſter regij pecoris Fauſtulus apud Liuium lib. 1. Virgilius paſtores ipſos ouium magiſtros dixit eclog. 2. eoſdémque pecoris magiſtros eclog. 3. & Georg. 2. Item Columella.* HOC ALITER) *Ex antiqua formula, qua vtebantur in dicendis ſententiis: Hoc aliter, hoc amplius dicebant, cum alter alteri aſſentiebatur quidem, ſed quippiam vel addebat, vel demebat, vel immutabat. Varro lib. 2. cap. 3. De ſeminio dico eadem quæ Vaccius in ouibus. Hoc aliter, ouium ſeminium tardius eſſe &c.* INDITVM CAPRIS A CARPENDO) *Capræ dictæ, quod omne virgultum carpunt: ſiue à crepitu crurum. Vnde & crepas eas priſci dixerunt. Feſtus.* DENTES SATIONIBVS PERNICIOSI) *Quam ob cauſſam lege locationis fundi excipiebatur, ne colonus capra natum in fundo paſceret: En Varronem lib. 1. cap. 2. Quædam enim pecudes culturæ ſunt inimicæ, ac veneno, vt iſtæ, quas dixiſti capræ: eæ enim omnia nouella ſata carpendo corrumpunt, non minimùm vites atque oleas. Itaque propterea inſtitutum diuerſa de cauſſa, vt ex caprino genere ad alij dei aram hoſtia adduceretur, ad alij non ſacrificaretur: cum ab eodem odio alter videre nollet (Minerua) alter (Bacchus) etiam videre pereuntem vellet.* CLOACIS, ET STERQVILINIIS DEDITA) *Sus vnde dictus, & ab eo immolandi factum initium, præterea cauſſam cur luto gaudeat, exponit Varro lib. 2. cap. 4. In eodem exempla duorum*

*ſuum obſtupeſcendæ pinguitudinis.* FOETVM CVM
MATRE) *Lactentium amiſſo nomine vocantur delici,*
*etiam nefrendes, quod nondum ſabam frendere queunt,*
*id eſt, frangere. Qui à partu decimo die habentur pu-*
*appellantur ſacres, quod tum ad ſacrificium idonei,*
STERILIS VACCA DICITVR TAVRA) *Ex*
*Verrio ſic appellatas docet Feſtus, quod non magis pari-*
*ant quàm tauri. Quidam veriſimilius cenſent ex græc*
*dictas. Nam Græci vaccas* ταύρας. *Sed tum non indica-*
*bitur ſterilitas: Græci enim fœtas & ſteriles ſic nomi-*
*nant.* PRÆGNANS HORDA) *Ab eo in Faſti*
*dies hordicalia, quod tunc hordæ boues immolantur.*
*Sic Varro. At Feſtus, horda, inquit, prægnans, vnde di*
*quo grauidæ hoſtiæ immolabantur, hordicidia.* IN HOC
DIVERTICVLO) *Diuerticulum aliquando indicat*
*manſionem ad breue tempus, cum vel pluuias ventóſqu*
*declinantes, vel de via languidi atque feſſi in loco ali-*
*quo commoramur. Nonnunquam eſt vbi incipit ſemita,*
*quæ te à publico itinere digredientem ad villam deduci.*
*Id ex Terentio colligas: nam in Eunucho Phædria.*

> *Vbi ad ipſum veni diuerticulum, conſtiti.*
> *Occæpi mecum cogitare, hem biduum hic*
> *Manendum eſt ſoli ſine illa.*

REIICVLÆ REIICIENDÆ) *Fronto Florentinu*
*qui hoſce libros Varronis in græcum tranſtulit, & Gapo*
*nica indigitauit, hoc vnum, reiiculæ, tribus verbis videt*
*interpretatus lib. 17. cap. 10.* τὰς δὲ στεῖρας, καὶ τ
ἀσθενεῖς, καὶ τῇ ἡλικίᾳ πρεσβευκυίας ἐκβαλλέον ἐκ τῶν

καλ

ἐκλίων. Colum. lib. 6. cap. 22. Nam & enixæ, & vetuſtæ, quæ gignere deſierunt, ſummouendæ ſunt, & vtique tauræ quæ locum fœcundarum occupant ablegandæ, vel aratro domandæ, quoniam laboris & operis non minus quam iuuenci propter vteri ſterilitatem patientes ſunt. E DENTIBVS AMISSIS) Equus triginta menſium primùm dentes medios dicitur amittere, duos ſuperiores, totidem inferiores. Lege reliquum Varron. cap. 7. ADMISSVRÆ PRÆFECTVS PERORIGA) Peroriga appellatur, quiſquis admittit. Eo enim adiutante, equæ alligatæ crebrius admittuntur, neque equi fruſtra cupiditate impulſi ſemen eiiciunt. Apud Plin. in veteribus codicibus Pruriga inuenitur, à prurigine admiſſuræ. Praurigam dicere mirum non eſt. Nam eo modo quo & cludus claudus, & ſimilia. Scalig. SEGETVM RESTIBILIVM) Ager qui quotannis obſeritur, vocatur reſtibilis: veruactum, qui interdum requieſcit. NON EADEM RATIONE SPECTANDI) Itaque peritus belli alios eligit, atque alit ac docet: aliter quadrigarius ac deſultor. Neque idem qui vectarios facere vult, ad ephippium aut rhedam: quod vt ad rem militarem habere volunt acres: ſic contra in viis habere malunt placidos, propter quod diſcrimen maximè inſtitutum eſt vt caſtrentur equi: demptis enim teſticulis, fiunt quietiores. Varro. PASCVNTVR E CVLINA ET OSSIBVS) Os enim cibus caninus. Plato in epig. ſanèquàm feſtiuè. θυμὲ τί μηνύεισ κυσὶν ὀςέον; Terent. paraſiti cibum oſſum dixit eodem modo: quia paraſiti,

vt canes, aſſeclæ ſunt menſarum. Etenim iners & ignauũ genus canum, quod non venationi, ſed domeſticæ cuſtodiæ inſtitutum eſt, vocantur τραπεζῆες Homero, vt ipſi quoq; paraſiti ſunt τραπεζῆες. Martial. Et maior rapuit canem culina. Elegantiſsimè igitur dixit Terentius de paraſito: Viden' oſſum & cibus quid faciat alienus? Quod explicatur illo Martial. Antiquæ venies ad oſſa cœnæ. TVNC CATVLIRE DICVNTVR) Catulitionem ruſtici vocant geſtiente natura ſemina accipere, eóq; animam inferente omnibus ſatis. Plin. lib. 16. cap. 25. Plaut. Meam vxorem vidi catulientem. Sed de canibus proprium eſt cum in Venerē feruntur, quod græcè σκυζᾶν. dicitur. Equire mulam dixit Columella de mula equum appetente. Tradit & Plin. equas domitas ſexaginta diebus equire antequã gregales. COLLARIA IIS IMPONVNT) Collarium, id eſt, cingulũ circum collum ex corio firmo, cũ clauiculis capitatis, quibus intra inſuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri. Quod ſi lupus aliúſue quis his vlceratus eſt, reliquos quoq; canes facit, quæ id non habent, vt ſint in tuto. ET PRESSI COPIA LACTIS) Ouid. Lactis maſſa coacti. Circuitione exprimitur caſeus, qui & coagulo cogitur & premitur. Premitur autem auctore Columella, ne ſit fiſtuloſus, quod ei accidit, qui latius remiſsiúſq; in formis ſuis habetur, nec ſatis cogitur. E ÆDEM NVTRICES ET MATRES) De matribusfamiliâs, & puerperiis rubuſtis, cum vituperatione Romanarum fœminarum, quæ in conopeis iacerent, præ illis euincidæ (ἐξίτηλοι & uſcæ) & contemnendæ, Varro lib. 1. cap. 10.

# PROGYMNASMA
## SEXTVM ET VICESIMVM.
## *Villatica paſtio.*
### *IIDEM.*

CLEMENTIANVS. Quæ agenda ſunt in alendis ſaginandiſque intra aut iuxta villam animalibus, & quibus tota illa villaticæ paſtionis ratio includitur, non æquè vt ſuperiora, hoc eſt, non proximè ac propriè ruſticationi ſubiiciuntur. Diſſerenda ſunt nihilominus, cum potiſsimùm in agris atque villis ea adminiſtrari videamus: nec tam in vrbe viuentibus, quàm colonis & ruſticis quæſtuoſa ſint: quando & auium incluſarum recrementis, macerrimis vinetis, aruiſque ſterilioribus opem ferunt, & illarum, cæterarúmq; ſimiliter paſtarum animantium carnibus menſas ſuas opulentant, redactóque ex eorundem venditione pretio diteſcunt. Tres igitur ordines, & quaſi actus habitura eſt hæc diſputatio, de auibus, de quadrupedibus feris, de piſcibus.

### I. *DE AVIBVS.*

Ad primum genus accommodantur qui dicuntur ὀρνιθῶνες, ὀρνιθοβοσκεῖα, ὀρνιθοτροφεῖα, ſtabula ſcilicet ſeu receptacula auium cohortalium, & earum quæ conclauibus ſeptæ ad pinguitudinem nutriuntur: ad alterum λαγοτροφεῖα leporaria: ad poſtremum ἰχθυοτροφεῖα piſcinæ. Alites intra villæ ambitum ferè

aluntur, beſtiæ ſylueſtres, & mutæ natantes, vt vocat Lucretius, circum villam. Rurſus, alituum quidam terra ſunt contenti, vt pauones, turtures, turdi, gallinæ: quidam inſuper aqua & ſtagnis gaudent, & tam aquatilia quàm terreſtria pabula conſectantur, poſſúntque dici ἀμφίβια, vitæ duplicis, quales ſunt anſeres & anates. Cauebitis hîc, ne ſuſpicemini ſecundo loco dicturum me duntaxat de leporibus, quia leporarium ipſa ſepta appellaui. I. Quæ igitur vis huius nominis? quæcunque eſt, hactenus nobis inaudita eſt. C. A parte quadam, vt in tota lingua latina mille alia, ſic vocatur: ſignificátque ſepta omnia villæ affictitia, quæ animantes, quanquam venaticas ſeu ſylueſtres paſtionis cauſſa retinent: ſiue pecudum ferarum viuaria. Huius generis ſpecies vna eſt, in qua aper, caprea, lepus: altera in qua apes, cocleæ, glires à Varrone numerantur. Tertij generis formas etiam duas tradit: quod piſces alebant partim in aqua dulci, partim in ſalſa & marina. Iam vt parentur, quas diximus, animantes, aucupum, venatorum, piſcatorum opera deſiderabitur, eas mercari quoque ab his oportebit. Adhuc gradus binos vnũquodque genus habet: frugalitatis ſcilicet antiquæ, & luxuriæ poſterorum. R. Quàm latè patet in vita hominum, quod ponis de duobus gradibus, parſimoniæ veteris, & luxuriæ nouæ? Qua enim inre tandem non tranſuerſim abiit à maiorum moderatione, ſimplicitate, abſtinentia nepotum effuſio, faſtus & rapacitas? ſed abſint querelæ, quia inanes, quia cælo ac terræ loquimur. Carpe iter tuum, Clementiane, quod incæptaſti.

C. A pu-

## PAVO.

C. A pauone exordiar, cui, inter volucres præcipuæ pulchritudinis principatum natura conceſsit: & quidem mari, non fœminæ: quomodo etiam in pleriſq; quadrupedibus maiorem in maſculos, quàm in fœmellas honorem contulit. Pauonis cauda ſpecioſiſsima orbiculatim explicata, propter plurimorum ac nitidiſsimorum oculorum ſimilitudinem, noctis gerit hieroglyphicum, quod tum cæli formam lucidiſsimis vndique ſideribus exornatam, & tanquam innumerabilibus nos aſpectantem luminibus intuemur, quo quidem nihil poteſt eſſe ad animi voluptatem iucundius. Certè pauo ipſe huius formoſitatis ſuæ ſibi conſcius, tum inprimis rotat, id eſt, gemmantes caudæ pinnas in orbem circum ſe, & ſupra caput porrigit, & diuitias ſuas naturales oſtentat, cum plures ad ſe ſpeculatū acceſsiſſe animaduertit. Quod ſi aut nemo adſit, aut nemo admiretur, eam indignabundus colligit. Quare factum, vt etiam hominem glorioſum referret. Illa adagia: vnde hic pauo? pauone picturatior, non vos latent: iactantur nempe de multicolore veſtitu, quo quidam ſuperbè ingrediuntur. I. Expoſita pauonis elegantiſsima & florentiſsima ſpecies mihi in mentem reducit Aeſopi apologum: quo ille, vt alia omnia, ſapienter monet, in deligendo principe non ſolius formæ, ſed virtutis quoque & ſapientiæ rationem habendam eſſe: id eſt bonorum animi magis quàm corporis. R. Quæſo, frater, narra fabellam. I. Volucres regi declarando conuentum agebant, regnum ſua fretus pulchritudine

pauo petebat. Quo cum potiturus cunctis ſuffragiis videretur: ſurgens in medium monedula, ſic intulit. At enim iſte rex, ſi aquilam hoſtem habuerimus, qua nos tandem ope defenſabit? R. Aeſopicè profectò, hoc eſt, ſapienter. C. Ego quæ reſtant de pauone. Si in grege conſtituendo oblectationem magis quàm fructum expetimus, marium quàm fœminarum numerum potiorem quæremus. Pauonum multitudini magnitudo loci reſpondeat, cubilia diſcreta ſunto, & tectorio leuata, quò nec ſerpens, nec alia beſtia, aſpirare queat. Et quoniam purum locum amant, paſtor earum circumiens fimum tollet. Stato diei tempore eos ſigno dato conuocabit, pauxillum hordei accurrentibus obiiciet: tum vt ne eſuriant, tum vt numerum recognoſcat. Trimatu peracto ad generandum habiles iudicantur. Mas ob gallinaceam ſalacitatem qua viget, fœminas quinque deſiderat, eóſque Veneris exercendæ amor ferme locis ſoli oſtentis, ſpirantibúſque Fauoniis ſollicitat. In fœtura, & ante admiſſuram vberiore paſtu procurandi ſunt, & ante ſtabulum curandum vt ſit locus, in quem diei apricitate hilaritatéque inuitanti emittantur. Oua pauonina gallinis etiam ſupponuntur: quæ quanto recentiora, tanto commodius excluduntur. Pauones matres quæ non incubant, tertiùm anno pariunt ferè: quæ autem oua à ſe facta fouent, totum fæcunditatis tempus aut excubanda, aut educanda pullitie conſumunt.

TVRTVR.

Turtures in ornithone neque faciunt oua, neque excludunt, & vt capiuntur, ita farturæ deſtinantur.

Semi-

Seminibus milij delectantur, quamuis & tritico, & aliis etiam frumentis opimentur: quæ tamen ſicca dari non debent. In dies ſingulos vicenos & centenos ſemodius ſatietate explebit. Hyeme offæ panis vino madefactæ ad craſsitudinem eas breui perducent. Aqua potui ſemper recens in vaſculis quàm mundiſsimis apponetur. In pariete mutuli, aut pali in ordinem defigentur, expanſis ſupra cannabinis tegeticulis prætenſiſq; retibus ne auolent. Eæ quotidie mundabuntur, ne à ſtercore offendantur, quod agris & arboribus medicandis ſeruatur. Saginæ faciundæ ſub meſſem tempus conuenientiſsimum, quoniam tum matres optimæ, tum confirmata pullities. Nouella turturum ætas quàm vetus farturæ aptior. De pudicitia huius & caſta viduitate legetis Aelianum, Ariſtotelem, & alios.

## COLVMBA.

De columbis attendite, quibus cum nihil ſit fæcundius, nihil tamen eſt caſtius, nihil etiam ſimplicius. Quamobrem oculi ſponſæ & ſponſi in Canticis canticorum columbarum oculis comparantur, & à Dei filio præceptum ſcitis, vt ſimus ſimplices ſicut columbæ. Oculi pudici, minimè laſciuientes & vagabundi, ſunt columbini oculi. Prima columbis nota pudicitia, inquit Plinius, & neutri nota adulteria. Coniugij fidem non violant, communémque ſeruant domum: niſi cælebs aut vidua nidum non relinquit. Amor vtrique ſobolis æqualis: ſæpe ex hac cauſſa caſtigatio pigrius intrante fæmina ad pullos: parturienti ſolatia & miniſteria ex mare. Aelianus ait, ſi fortè impudico

amore captum hoc animal alienam Venerem perſequatur, ipſum circumſederi ab aliis, ac marem quidem à maribus dilacerari, fœminam à fœminis diſperdi. Hæc auis eſt omninò innoxia, nulli inſidiatur, & minutiſsimis etiam beſtiolis quibus aluntur paſſeres columbæ parcunt. Columba Noëmo diſpulſas cælo nubes redditúmq; ſolem nunciauit: Saluatori cum in Iordane ablueretur, ſupra caput aſtitit: rerum denique ſpiritalium diuinarúmque ſymbolum eſt. Nam ea notatur Chriſtus, Spiritus ſanctus, Eccleſia, Virgo Mater, Gratia, Charitas, ſacra doctrina, ſpiritalis natura, homines ſimplices ac boni. Diebus quadragenis columbæ concipiunt, pariunt, incubant, educant, idq; totum prope annum faciunt. Pulli eduntur bini, qui mox vt creuerunt, & robur adepti ſunt cum matribus pariunt. Inſignis eſt columbarum timiditas, quam cauſſam puto, cur in locis excelſis, in ſummis tectis ac turribus libenter habitent: à culminibus quidem dictas ſcribunt. Amplius tamen agreſtes & ſaxatiles columbæ, quæ vario ſunt colore, turres colunt. Alterum genus colore albo ferè, eſt clementius: id cibo contentum domeſtico intra limina ianuæ paſcitur. Cauum ſeu locus in quo concluſæ aluntur, περιστερεὼν, & περιστεροτροφεῖον appellatur, in quo ſæpius ad quinque millia includi ſolitas Varro docuit. Vt teſtudinem περιστερῶνα idem fieri vult, magna tectum camera, vno oſtio, eóque auguſto, feneſtris punicanis, aut latioribus, vtrinque reticuloſis, vt locus omnis ſit illuſtris, & ne quis ſerpens aliúdue animal malefi-

cum

cum introeat. Intrinſecus totus locus, ipſæq; columbarum cellæ albo tectorio polientur, quo colore præcipuè delectari eas conſtat, & extrinſecus circum feneſtras, ne mus aut lacerta ad columbarium adrepat. Parietes cubilibus continuis excauabuntur, aut paxillis in eos adactis tabulæ ſuperponentur, quæ vel loculamenta quibus nidificent aues, vel fictilia columbaria recipiant, præpoſitis veſtibulis, per quæ ad cubilia perueniant. Aqua pura influat, vnde bibant, vbi ſe lauent, quia mundæ ſunt aues. Idcircò columbarium paſtorem quotquot menſibus frequenter euerrere columbaria oportebit, & pullos promere, ſi qui erunt idonei ad vendendum. In locum certum, diſtinctúmque transferentur fœtæ, è quo euolare foras in agros poſsint, ne velut graui perpetuæ cuſtodiæ ſeruitio afflictæ ſeneſcant. Paululum vbi circa ædificia volitauerint, recreatæ exhilaratæq; ad fœtus ſuos vegetiores reuertuntur. Cibus earum milium, triticum, hordeum, piſum, faſeoli, eruum, lenticula, excreta tritici. Quo ſaginentur melius pulli columbini, cum pluma fuerint tecti, ſecludentur: deinde manducato candido farcientur pane, hyeme bis, æſtate ter, manè, meridiè, veſperi. Facilius pulli ſub matribus craſſeſcunt, ſi prius quàm ſubuolent, paucas pinnulas ſubtraxeris, crura obtriueris, vt vno loco quieſcant, & cibatum copioſè præbueris. De columbis ad neceſsitudinem rei ſatis, niſi quid præterea requiritis. I Nos verò nihil, pergas licet, quo placuerit.

TVRDVS.

C. De turdis placet, in quorum ornithonem etiam

a.os

aues quaſdam alias immittunt, quæ pingues magno vendantur. Ampla conſtruitur teſtudo, qua turdorum, coturnicum, merularum aliquot millia contineantur, in quam per canales anguſtos aqua illabatur, quò & difficilius inquinetur, & vilius bibatur. Caduca educenda per fiſtulam, ne luto aues laborent. Oſtium ſit auguſtum & humile, eius ferme generis, quod cochleam vocant. Paucæ feneſtræ, & eiuſmodi, ne per eas conſpicere queant arbores: quoniam earum aſpectu atq; deſiderio macreſcunt, nec plus luminis ipſis indulgendum, quàm vt videant vbi aſsidant, vbi cibus ſit, vbi aqua. Ipſa oſtia & feneſtræ debent operiri circum tectorio, ne qua beſtiola nocens irrepat. Intus multi per parietes figantur pali, in quos aues ſeſſum ſubuolent. Item perticæ inclinatæ ex humo ad murum, & in eis aliæ tranſuerſæ gradatim, interuallis modicis annexæ. Præterea tranſuerſæ perticæ perforatis parietibus aduerſis aptantur, quibus inſideant, cum expleti cibo requiem capeſſere volunt: eæ non altius à terra ſubleuantur, quàm hominis ſtatura patiatur, vt à ſtante contingi queant. Cibatus turdorum ficus arida, diligenter pinſita, permiſta polline, adeo largè, vt ſuperſit. Ne faſtidio capiantur, cenſent varietate ciborum reficiendos, obiicienda myrti, & lentiſci ſemina, item oleaſtri, baccæ ederaceæ, & arbuti. Quando neceſſe eſt ex auiario idoneas depromi, in aſſiduum minuſculum auiarium, quod ſecluſorium dicunt, includuntur, ibíque dantur neci omnes. R. Ah, cur ibi potius, & clam? C. Ne ſi ſpectent cædem reliqui, animis concidant, alienóque tempore

ven-

venditoris moriantur. Sunt & turdi aduentitij generis: nam vt hirundines, grues, ciconiæ trans mare volant ac reuolant. Luſtremus nunc gallinarium. I. Sequimur te præeuntem.

## GALLINA.

C. Matrices cuiuſmodi, quàm multæ parentur, quomodo paſcantur conſiderandum eſt. Adhæc quemadmodum admittant, & pariant, quo pacto oua incubent, & excudant. Pulli qua ratione, & à quibus educentur, & ſaginentur. R. Erunt ergo volenti ὀρνιθοβοσκεῖον inſtituere meditanti, quod claret ex verbis tuis, perpendenda ſex. Emptio, paſtio, fœtura cum partione, oua, pulli, ſagina, ſeu fartura. C. Hæc, ipſa, Rogate. Quorum capitum ſingula, quàm paucisſimis licebit vobis dabo. Numerus ſit capitum ducentorum, iis oberrantibus, præſit anus aut puer cuſtos, ne vel à furibus excipiantur, vel à ſæuioribus animalibus deuorentur. Plumas laudant rubicundas aut fuſcas, pennas nigras. Vitari monent albas: etenim cum fermè molles reperiantur, ac minus vegetæ, inſuper nec fæcundæ ſunt, & quia propter candorem admodum conſpicuæ, aquilæ & accipitri præda fiunt. Sint robuſti corporis, quadratæ, pectoroſæ, capitibus magnis, rectis rutilíſque criſtis. Probatiſsimæ numerantur quæ quinos habent digitos, ita ne cruribus emineant tranſuerſa calcaria. Nam quæ hoc virile inſigne gerunt, contumacia efferuntur, & iniungi ſibi marem non ſuſtinent, raróque fæcundæ, etiam quando incubant, calcis aculeis oua perfringunt. Gallinacei mares comparabuntur ſalaciſsimi, fæminis altiores, rubentibus ac ſublimi-

bus

bus criſtis, non obliquis, roſtro breui & adunco,
oculis rauis aut nigris, palea ex rutilo ſubalbican-
te, iubis ex auro flauis per colla ceruicéſque in hu-
meros diffuſis, feminibus hirtis, cruribus breui-
bus, vnguibus longis, cauda magna, frequentibus
pinnis. Præſtantes etiam habentur ſi ſint elati, ala-
cres, vigilaces, qui non facilè terreantur, qui vo-
ciferent ſæpe, qui in pugna pertinaciter reſiſtant,
coniugalem gregem animoſè defendant, animalia
gallinis infeſta, non ſolum non fugiant, verùm
ea quoque interficiant. Cibaria gallinarum pinſi-
tum hordeum, & vicia, cicercula, milium, pani-
cum, excreta tritici, lolium decoctum, furfures.
In caueis crebræ perticæ traiiciantur, gallinis om-
nibus ſuſtinendis: verùm dolatæ in quadrum, ne
earum teres leuitas ſuperſilientem volucrem non
recipiat. Vbicunque cohortem porticus vel te-
ctum protegit, puluis aut cinis eſto iuxta parietem
vt ſit quo ſe perfundant, atque ita pennas emun-
dent. In parietibus erunt cubilia gallinarum, aut
palis in eoſdem vehementer impulſis viminei qua-
li ſuperpoſiti. Præponenda veſtibula, per quæ ad
cubilia ſeu pariendi, ſeu incubandi cauſſa intro-
eant: neque enim ipſis nidis inuolare debent, ne
aſsilientes pedibus oua comminuant. Quo tem-
pore parturient, curæ erit gallinario, vt quàm pu-
riſsimis paleis habeant conſtrata cubilia, ea ſubin-
de conuerret, aliáque ſubſtramina quàm recen-
tiſsima ſubſternet, ne pulices & alia naſcantur ani-
malia, quæ auem conquieſcere ſua importunita-
te non patiantur. Quæ cauſſa eſt, vt oua aut inæ-
quabiliter matureſcant, aut conſeneſcant. Oua in-
cuba-

cubabit non plus XXV. Aptiora quæ recentiora: poſſunt etiam incubari requieta, dum ne diebus decem vetuſtiora ſint. Gallinaceis pullis opus eſt diebus viginti: pauoninis, ſi ea gallinæ ſubieceris, ter nouenis. Interuallo dierum aliquot circumibit curator, oua verſabit manu & inuertet, vt calore æquabiliter concepto animentur. Si qua vnguibus læſa aut fracta repererit remouebit. Vtrum oua plena atque vtilia ſint nec ne, ſi vis noſſe, in aquam demitte, inane natabit, plenum deſidet. Tolle ad lumen, ſi perlucebit, non eſt plenum. Ne huius rei cognoſcendæ concuſſeris, quia venas vitales confundes. In ouis ſupponendis numerum imparem ſumunt, & vt mares quàm plurimi excludantur, longiſsima & acutiſsima quæque, vt fœminæ, rotundiſsima ſubiiciunt. An verò ſemen pulli habeant oua, intelliges ſi quatriduo poſt incubatum contra lumen tenueris, ac purum & vniuſmodi videris. Duarum aut trium gallinarum pulli recentes ad vnam transferuntur, quæ ſit melior nutrix: id faciendum primo quoque die, dum mater ſuos alienóſque ob ſimilitudinem non dignoſcit. Ne ſint tamen capita plus triginta. Seruantur oua per hyemem ſi paleis, per æſtatem ſi furfuribus obruas. Alios cuſtodiendi modos omitto, quò ſim contractior. Diebus XV. primis polentam mixtam cum naſturcij ſemine pullis obiiciunt, terra ante conſtrata puluere, ne quid eius durities ipſorum roſtellis noceat. Cauendum ne à ſerpentibus afflentur, quorum peſtilenti odore intereunt. Quare incendunt cornu ceruinum, galbanum: nam horum odore fugantur. Ad ſaginam

includentur gallinæ in locum tepidum, anguſtum, in quo ſe verſare non poſsint, tenebricoſum: nam motus & lux earum pinguitudini aduerſantur. Ex vtraque parte ſint foramina: vnum quo caput, alterum quo cauda exeratur & clunes. Subſternatur palea aut fœnum: durè enim cubantes, difficilè pingueſcunt. Plumas à capite & ſub alis, & clunibus vellunt. Illic ne pedes creentur: hîc ne ſtercore loca naturalia exulcerentur. Farciunt turundis, ſeu offis hordeaceis partim admixtis ex farina loliacea, aut ſemine lini ex aqua dulci. Bis die cibum dant, & quibuſdam ſignis obſeruant, an prior ſit concoctus: vitanda eſt enim maximè cruditas. Hoc faciunt ad dies XXV. tunc denique pingues fiunt. Nonnulli ex triticeo pane, mixto vino bono & odorato eas ſaginant. Si nimio cibo faſtidiunt, remittendum eſt à datione.

## ANAS.

De anaticulis fabulemur. Mirabile quiddam de hi… Columella. I. Amabo te dic illud mirabile. C… Ventris inteſtinorúmque dolorem abire bobus vi… nantium, præſertim anatis. Eandem maiore pr… fectu mulos & equinum genus ſanare conſpectu… Νεοσσοτροφεῖον ponendum loco paluſtri, quando quidem paludibus lætantur anates. Si copia deſi… erit, at ibi ſaltem, vbi naturalis lacus, ſtagnum aut manu facta piſcina fuerit. Altitudo ſit pedum ſeptem, & circum totum parietem intus crepi… lata, in qua ſecundùm parietem ſint tecta cubili… ante ea veſtibulum exęquatum tectorio operc… ſtaceo. Ibidem canalis perpetua, in quam & cibu…

pon…

ponitũr & aqua: ſic enim paſcuntur. Pabula ſunt triticum, hordeum, vinaceum, vuæ, nonnunquam ex aqua cammari & quædam eiuſmodi aquatilia. Conſilium eſt vt anatum circa paludes, vbi plerunque fœtant, oua colligas, ea cohortalibus gallinis ſubiicias: ſic enim excluſi educatíque pulli ingenia deponunt ſylueſtria, clauſiq; viuariis haud dubitanter progenerant. Sed iam noſtrum præſentit odorem, & ſtrepit Romulidarum arcis ſeruator candidus anſer. R. Quid hoc eſt hiſtoriæ? C. Capitolium Romanum vrbe à Gallis capta, anſerum voce ſeruatum eſt, canibus conticentibus: tanto rem ſilentio hoſtes conabantur. Quapropter publicè anſeribus locata ſunt cibaria, & canibus quotannis, quia tam malè vigilaſſent, ſuffracta crura. I. O graui pœna mulctatam ſomnolentiam.

## ANSER.

C. χηνοβοσκεῖον ſeu χηνοτροφεῖον locus eſt, in quo aluntur anſeres, quos legere iubent amplos & albos, quoniam plerunque pullos faciunt ſui ſimiles. Admittuntur in bruma commodiſsimè. Saliunt ferè in aqua. Singulæ non plus quater in anno pariunt. Haræ faciendæ ſingulis vbi pariant, & palea ſubſternenda. Earum oua notandum ſigno aliquo: nam aliena non excudunt. Plerumque nouem aut vndecim, minimùm ſeptem, ſummùm quindecim ſubiiciunt. Incubat tempeſtatibus dies XXX. tepidioribus XXV. Anſerculos diebus quinque patiuntur eſſe cum matre, poſt quotidie cum ſerenum eſt, in prata prodigunt, & ad piſcinas ac paludes. Pullorum cellas prouident ne habeant in

ſolo humorem, & molle ſuſtramen, & ne muſtel
aut alia officiens beſtia eo accedat. Victui obie-
ctant polentam hordeaceam, aut farraginem, her-
bámue teneram aliquam conciſam. Incubantibu
hordeum in aqua intritum apponunt. Seſquime-
ſtres pullos ad ſaginam ſeparant, iis in ſaginari
polentam & pollinem aqua madefacta præben
ter per diem. A cibo largè dant bibere. Vagar
prohibent, vt ſint calido & tenebroſo loco curant
quæ res ad creandos adipes multum valet. Ad
hunc modum curati, circiter duobus menſib
pingues euadunt. Quotieſcunque ſumpſerunt, pur-
gare locum oportebit: amant quippe locum pu-
rum, quamuis ipſi nullum relinquunt purum
Terminabo hanc partem verbis Columellæ. An-
ſer nec maximam curam poſcit, & ſollertiorem
cuſtodiam præbet quàm canis. Nam clangore pro-
dit inſidiantem, vt in Capitolio, cum aduentu Ga-
lorum vociferatus eſt. Nec tamen ſine aqua, ne
ſine multa herba ſuſtentetur, nec vtilis eſt lo
conſitis: quia quidquid tenerum poteſt conting-
re carpit. Non eſt magni fructus: præſtat tamen
pullos & plumam, quam non vt in ouibus lanam
ſemel demetere, ſed bis anno, vere & autumn
liceat vellere. I. Cum apes ſint etiam, appelient-
que à doctis nunc aues, nunc volucres, cur tu e
diſputationem non ſubtexis huic parti po-
mùm? C. Quòd ab iiſdem doctis poſterius de
cerno diſputatum: quando nimirum alteram p
tem villaticæ paſtionis, quæ eſt de ſyluestribus p
cudibus diſſeruerunt. R. Tu ergò magis locum
quo habentur, ſimilem vtpote ferarum viua

reſpi-

reſpiciens, quam volatum, & quandam præterea feritatem beſtiolarum iſtarum, aptius te putas nunc quàm antea de iis acturum. C. Ego quamuis locus & exemplum id poſtulent, ne nunc quidem de apibus agam. I. Fortè præteriturus es hoc negotium: quod ne facias, etiam atque etiam te rogatum volumus. Nihil enim opinamur nos audiuiſſe adhuc, quod æquè libenter audire debuerimus. De iſtis mellificis volucribus, de florilegis auiculis iſtis floridam & mellitam prorſus abs te orationem expectamus. C. Abſcedat metus, non præteribo. R. Quando igitur de iis ages? C. Cum leporaria & piſcinas percurrero. Tum, quia longiuſculus ſermo erit, quò vagemur liberius, quæcunque vos delectare poterunt de apum Repub. ex optimis quibúſque ſcriptoribus adducemus. I. Conſilium perplacet, & in eo penitus acquieſcimus.

## II. *DE QVADRVPEDIBVS FERIS.*

C. Quondam propter villam viuaria habitationibus dominicis ſubiecta, lepuſculis, capreis, damis, ceruis, apris, & aliis huiuſmodi feris comparabant: prope villam, inquam, quò & clauſa venatio poſſeſſoris oblectaret oculos, & inde ad lautiorem epularum apparatum, tanquam è cella quæ placuiſſent depromerétur. Non parum tamen tota ratio ad dominorum quæſtum proficiebat. Hic præcipitur patrifamiliâs, ne iis alimentis, quæ ſponte ſua tellus fundit, contentus eſſe velit: ſed hordeo, adoreo farre, faba, vinaceis, & rebus minimi pretij, clauſis ſuccurrat, iis temporibus, quibus pabula ſyluas & nemora deficiunt. Atque vt perſua-

ſum ſit feris, hanc ſibi aliunde alimoniam contin-
gere, vnam alterámue cicurem beſtiam immitter
ſuadent, quæ viuarium peruagata, cunctantibu
ad veſcendum duces fiant. Nullus ferus ſinendu
eſt ſupra quadrimatum ſeneſcere. Cum namqu
tamdiu incrementa capere ſoleant, poſtea mace-
ſcunt. Aere igitur eos mutandi tempus eſt, dun
viridior ætas pulchritudinem corporis tuetur. Le-
pores fœcunditate ſua breui leporarium replen
Nam ſæpe cum catulos habent recentes, alios ge-
ſtant in vtero. Si quos ſaginare libuerit, è lepora-
rio promptos caueis conclude: loco enim clauſ
adipes concipiunt. Spatiis annorum plurium cer-
uus ſuſtineri poteſt. Diuturna eius iuuentus, qu
vita longiſsima. I. Vt non ſit fruſtra vſurpatu
illud: ceruo viuacior. Nuperrimè in hiſtorias qui-
dam incidi, in quibus etiam hanc legebam. Apud
Peucetios Italiæ gentem quondam fuiſſe templu
Dianæ haud ignobile, & in eo præter alia mon-
menta æneum antiqui operis torquem repertu
in quo fugientibus pœne literis inſcriptum cern-
batur: DIOMEDES DIANAE. Fertur Diom-
des Troia incenſa ad ea loca cum veniſſet, to-
quem illum capti cerui collo circumpoſuiſſe, &
Dianæ conſecrauiſſe beſtiam. Eam multis poſt ſ-
culis Agathocles Siracuſanorum tyrannus in v-
natu confecit, inuentumq́ torquem pelle iam ſ-
perinducta Dianæ ſuſpendit. Clarum profect
longiſsimi æui in ceruis indicium. Occurrunt ſ-
mul verſus Heſiodi (ad eum quippe auctorem r-
feruntur) in perſona Naidis nymphæ pronunti
de ætatibus animalium: ex quibus animaduerte

lice

ſicet, quàm breui gyro æuum hominis claudatur. Tametſi meræ fabulæ nonnullis videantur, cenſentibus, extra elephantum hominem omnibus animalibus viuaciorem eſſe. Sed verſus quæſo audite.

*Ter tria ſæcla hominis tranſmittit garrula cornix,*
*Quattuor at peragit cornicis tempora ceruus,*
*Ceruinam ætatem coruus ter præterit ater.*
*Coruinos annos nouies agit Indica phœnix:*
*Atqui criſpicomæ, ſoboles Iouis alma tonantis,*
*Egredimur decies phœnicia ſæcula nymphæ.*

C. Lepores & huius generis animantes in viuaria vacerris cincta conferri nolunt, quandoquidem ob corporis paruitatem facilè clatris ſubrepunt, & liberos nactæ egreſſus, fugam moliuntur.

## III. *DE PISCIBVS.*

Quid ſi nunc ad piſcinas abeamus, & ego me tranſmutem in piſcinarium? I. Hoc eſt quod & tu de ſumma debes, & nos expetimus vehementer. C. Nec nolens ego hanc diſputationem ingredior, præſertim cum viros nobiles, honoratos, copioſos hac procuratione mirificè oblectari conſueſſe non me fugiat: quos non puduit interdum vt in equis expeditos venationi: ſic ocreatos piſcationi tempus dare: nec maiorem perceperunt animis ſuauitatem, cum feras inſectando iaculis configerent, aut immiſsis canibus comprehẽderent, quàm cum retia ſuis trahentes manibus ſquamoſas pecudes, & natantium omne genus in ripas captiuum educerent. Præterea non ignoro piſcinarum curatores, cum antea obſcuri & ignobiles, & in

maxima hominum ignoratione viuerent, propter præſtitam in ſuo munere ſedulitatem, qua efficie-batur vt cùm ex multitudine, tum ex bonitate pi-ſcium non minimus pecuniæ fructus ad dominos rediret, ex ſeruis factos eſſe liberos, & ex contem-ptis inclytos: idq; iis in terris, vbi piſcinarum e plurimus & antiquiſsimus vſus: vbi proceres e earum cultu diuites diuitias colligunt: vt proind aſſerere palam audeant, ea ſibi prædia quæſtuoſio-ra videri, quæ ſint piſcinis ornata. Quis enim neſci non tanti modium vnum olerum aut hordei ſo-lere vendi, quanti vnum piſcium, & maiorum pr-cipuè? Quin etiam metreta vna minutorum ma-gnum fœni cumulum pretio vel exæquauerit, v ſuperauerit. Sollicitudo item multò maior, ope laborioſior, ſumptus amplior hortis, vinetis, ar pecuariæ, quam piſcinis ſeu rei piſcariȩ impende-dus eſt, quæ ſanè non ita vt ſegetes, & fructus te-peſtatibus eſt expoſita. Quod autem ad origine huius inſtituti attinet, qui memoriam veterem l-teris prodiderunt, affirmant huius quoque rei ſt-dium celebrauiſſe Romanos veteres, ſic, vt etia dulcibus aquis marinos piſces clauderent, atq eadem cura mugilem ſcarúmque nutrirent, qu poſtea murena & lupus educati ſunt. Nolebant-la parte copiarum defici. Quare non modo piſ-nas à ſe conſtructas frequentabant, ſed etiam qu rerum natura lacus fecerat, conuectis marinis-minibus replebant. Inde Velinus, inde etiam S batinus, & item Vulſinenſis, & Ciminus lup auratáſque procreârunt. Illarum iſtam curam quens ætas aboleuit, & lautitiæ locupletum ma

ipſa Neptunúmque clauſerunt. Romanis igitur aliæ piſcinæ dulces fuerunt, aliæ ſalſæ: quod aliæ dulcibus aquis incluſos paſcerent piſces, aliæ ſalſis & marinis, iuxta mare videlicet, eò aqua è mari deriuata: ſed dulces haud multum poſterioribus ſæculis apud eos valuerunt, qui nihil putarent referre vtrum illæ mugilibus, lupis, & huiuſmodi, an ranis eſſent plenæ. Salſis delectabantur quibus inerant pelagij piſces, quorum illis ſtudium magnum, &, ex quarum piſcibus non ſecus quam ex gentibus ac ciuitatibus deuictis nomen ſuum ſibi adepti ſunt, Oratarum, & Muræ narum ſcilicet. Diſſeramus igitur de dulcibus, quarum commoda eos latuerunt. In his ponendis ædificandíſque non plus occupabitur loci, quàm res poſtulauerit. Regulas aquarias ad aquas perlibrandas, & in aggeribus conſtruendis proportiones ſeruabimus: quod cum antiqui neſcierint, ideò tam multa in piſcinis vetuſtioribus peccata ſunt. Ad piſcinam aptior eſt locus pinguior, humidior, rarior, quàm exilior, aridior, denſior: potiſsimum ſi cyprinos (vulgus carpiones nominat) educare deſtinabis. Valet nihilominus fundus glareoſus, calculoſus, ſabuloſus, glebis pinguibus tamẽ admixtis: ſcaturigines & vligo cœnoſa, eáque perpetua in vitio ſunt. Priſci mortales loca ſaxoſa, aut infrugifera planè, aut eiuſmodi deligebant, vnde vectigal tenue capiebant. Nos ſterilem locum inprimis cauendum ducimus: qui quoniam ſucco omni caret, maximè cyprino generi, cui inde nutrimenta & craſsities, pernicioſus reperitur. Situs piſcinæ commodiſsimus æqualiſsima, & ſpatioſiſsima, aut

nonnihil prona camporum, pratorum, nemorúm-
que planicies, cum vicinitate riui, laci, fluuij, fon-
tis, vnde recens ſemper aqua influat, cum qua illa-
buntur alij quoq; piſces, qui numerum luciorum,
cyprinorúmque, quorum gratia potiſsimùm pi-
ſcinæ conduntur, atque etiam fructus poſſeſſoris
amplificant: vt ſunt barbi, ſeu mulli, labrus, an-
guilla, haleculæ riuales, mænulæ, cammari, cara-
ces &c. Iam verò haud parum intereſt cæleſtés ne,
an montanas, an campeſtres aquas inducamus.
Primæ ſunt incertæ, quia pluuiæ incertæ. Sunt e-
tiam infœcundæ. Alteræ frigidiores, quàm vt eas
cyprini ferre in æſtate queant. Tertiæ quia lenis
lapſibus fluitant, & ſolibus tepeſcunt, & piſcifera
ſunt, vehementer vtiles piſcinis iudicantur. Et
quoniam ventis ſæuientibus aqua intumeſcit, cre-
brísque aſſultibus aggerem verberat, eodem ferè
modo ille quo caſtrenſis agger contra iſtam velut
hoſtilem incurſionem communiendus, & circum-
circa vallandus erit. Aut ergo pali terræ fiſtuca
quàm firmiſsimè impacti, vt quati & commoueri
neutiquam poſsint, aggeri proni incumbent mo-
dicis interuallis diſtantes, arborúmque ſtipitibus
ac truncis irretiti: aut ſecus palos ita, vt dixi, lo-
catos, confuſè & aceruatim aliæ arbores ſuper alias
conſtipabuntur. Hic quercus & abies primas par-
tes tenent: ſiquidem humoris citra vitium patien-
tiſsimæ ſunt. Seminarium in parte quacunq; fun-
di, modo rigua, vtiliter conſtituetur. Locus iſte
non ſpatium vaſtum, non apricitatem, non pingue
ſolum requirit: quippe qui ad tempus tantummo-
do ſobolem, paulò poſt ampliori coloniæ tranſcri-
bendas

bendam, & ad fœliciora pabula dimittendam cohibet. Videndum tamen ne cœnoſus ſit: quando oua cyprinorum ex attritu mutuo in terram labentia, & luto præfocata animas induere nequeunt. Huiuſcemodi viuaria ſimiliter aut piſcinæ maiores ſuum habebunt aggerem, vallum, loriculam, canales, ſepta, & emiſſarium. R. Quid eſt quod de attritu & ouis afferebas? dic dilucidius, ſi placet. C. Cyprini, vt piſcium plurimi, confrictu mutuo res Veneris agitant, idq́; Aprili aut Maio. Iis temporibus nimirum mediocriter calentium aquarum illecebra titillatus mas, adeò meatus lactei humoris plenos ac peruios gerit, vt vel ad leniſsimum alui contactum ſemen inde ſtillet. Fœmina quoque per eoſdem menſes ardoris ſui dat indicia: nam præter ſolitum turgeſcit, & marem auidius conſectatur. Quod niſi maſculi ſemen oua contigerit, animas non acquirunt. Quanquam in tanta copia, quanta in vnoquoque vtero latet, oua ſingula aſpergi non poſſunt: quod ſi fieret, breui ſtagna, flumina, maria replerētur. Perca in oua prognata ſtatim inuadit. Lucius autem in paruulos cyprinos graſſatur, & eſt certiſsimum huius ſtirpis exitium. Proinde, niſi cum tempus venerit, ne in piſcinam immittatur. I. Atqui hoc tempus quando eſt? C. Nonnunquam cyprinis fœtibus piſcinæ vſqueadeo completæ viſuntur, vt tantæ immenſitati pabulum ſuppeditare deſinat. Tum pro numero & amplitudine piſcinarum inducendi ſunt lucij, quorum ingluuie luxuries illa depaſcatur. Hoc vbi factum erit, cyprini reliqui ſaginæ delecti, liberalius aluntur, citius grandeſcunt, ipſi etiam

lucij

lucij ſaginantur, venditíque lucrum vberius apportant. Nunc amplectar verbis tribus officium piſcinarij. Curabit quæ ad aquam, ad piſces, ad piſcinam vniuerſam pertinent. Cauebit ne humor neceſſarius aliquando piſces relinquat, ne moriantur. Videbit ne repentinis, aut quotidianis imbribus aquæ adauctæ aggerem dilacerent: neúe putiſcant, ſi diutius ſtagnauerint. Ad piſces quod attinet, curæ habebit vti matres ſtatis temporibus in ſeminariis pariant, & vt proles maturæ transferantur quò debent, atque vt in transferendo cautio adhibeatur, vt numerum piſcium dominus intelligat, vt in piſcinis legitimè nutriantur, & naturæ ſollertia humana diligentia adiuuetur. Commune eſt omnium piſcium ex aquis alimentum præcipuum capere. Sunt interim certa ciborum genera cuique generi idonea. Congri, murænæ, lupi, carne tantum paſcuntur: mulli carne & alga: ſcarus alga tantum: ſalpa alga & ſtercore: capitones limo: cyprinus limo & arena glebæ permixta, lumbricis, culicibus, & muſcis aquas ſuperuolitantibus. Aliam inſuper huius piſcis alimoniam prætereo. Piſcinas circumibit ſæpius, inſpiciet & explorabit num quippiam furore ventorum tempeſtatúmque aut ab ipſis aquis læſum violatúmque ſartura, emendatione, inſtauratione indigeat. Studebit quoque ne quid ibi ab auibus, beſtiis, hominibus detrimenti accipiatur. Sunt inſuper quæ vere, ſunt quæ æſtate, ſunt quæ autumno, ſunt quæ hyeme agat piſcinarius, quæ vt breuitati conſulatur, miſſa faciemus. R. O ſi dies hic volueretur tardius: ſi fieret, inquam, dies præſens tam lon-

gus,

gus, quàm fuit illa nox in Amphitruone Plautina, ne tu ſpatio excluſus quidquam rerum tam elegantium, & auditu gratiſsimarum ſilentio tradere s. C. Quaſi non etiam valde gratum iucundúmque ſit & piſcari, & piſcatui adeſſe. Nam hoc eſt quod laboribus ſuis piſcinarii quærunt, hoc eſt, quod vnicè volunt: ſiquidem nec colonus agrum, nec vinitor vineam colit vt colat: ſed vt fructus ſibi quàm largiſsimè reſpondeat. Dulce eſt piſcari, quia ex mutatione piſcium nummis complere ſacculum dulce eſt. Parata huic venationi inſtrumenta vt ſint faciendum eſt, ne incæpta poſtmodum impediantur. Verricula bina, vnum maius, maculis grandioribus, per quas iuuentus elabatur: alterum minus, maculis anguſtioribus, ad minutiores illos aquarum incolas ſeorſim capiendos. Comparabuntur deinde ſolia aliáque vaſa in quæ cyprini, alia in quæ lucij, alia in quæ cæteri piſcium coniecti maneant dum vel apud piſcinam ſtatim diuendantur, vel ad viuaria & ſecluſoria plauſtris ac doliis auectentur. Teneriores qualis & naſsis committentur. Erunt inſuper in promptu incernicula ad piſces è ſoliis vaſiſq; depromendos, ne manibus identidem contrectentur. Quia verò minor gens non venditur numero ſed menſuris, adſint vrceoli, vrnulæ, corbulæ. Super aggere pali defigentur, ad quos ſecundùm piſcationem humida lina ſuppendantur ne putreſcant. Aqua quantum ſatis eſt dimiſſa, horis antemeridianis ad piſcatum aggrediendum eſt, quod piſcatoribus tum alacrior ineſt animus, & piſces minore negotio capiuntur, ſecuriúſque die nondum caleſcente tractan-

ctantur. Tractus ſecundus præda ditior eſt quàm primus: aqua enim magis turbata piſcium oculis maiorem facit caliginem: quò fit, vt inſidiis elabi difficillimè poſsint. De piſcibus hæc hactenus. I. Non ſumus piſcati in aere: capturam, ni fallor, bonam cæpimus, retibus integris. C. Efficiam tandem, vt etiam mella guſtetis: nam in apiarium vos inducam. Paſcuntur foris hæ aues, intus operi faciendo ſedulas dant operas: operi, inquam, quod vt Varro ait, eſt & diis, & hominibus acceptum: quod fauus venit in altaria, & mel ad principium conuiuij, & in ſecundam menſam adminiſtrantur. Mella contrahunt, ſuccúmque dulciſsimum, ſubtiliſsimum, ac ſaluberrimum. R. Non ergo amari, ſed ſuaui quadam & melliflua caſa ditati nos diſ hinc recedemus. I. Melliflua quidem, vt dicis: vereor tamen, ne iſto melle, quod promittit Clementianus, magis expleti, quàm ſatiati diſcedamus. C. Támne auidus es? Mihi curæ erit, ne tu parſimoniam meam accuſare queas.

### APES.

Scriptus eſt poſtremus Georgicorum liber à Marone de natura & moribus apicularum, quibus quemadmodum ab ipſa rerum omnium creatura plurima eſt ingenerata ſollertia: ita poeta ipſe ſuam ſcriptionem non parum ſtudij & artis accommodauit, materiæque humilitatem eloquentia ſua in altum extulit, omnibúſque admirandam effecit. Virtutum quidem non qualiumcunque, ſed nobiliſsimarum in tantillis volucribus clara deprehenduntur, & expreſſa veſtigia: quas vt abſolutius cognoſcerent, magnam vitæ ſuæ partem in

cogi-

cogitationibus quidam peregerunt. Alij ob eandem cauſſam perdiu in ſyluis ætatem traduxerunt: ſic enim lego apud Plinium. Ne quis miretur amore earum captos Ariſtomachum Solenſem duodeſexaginta annis nihil aliud egiſſe: Phyſicum verò Thaſium in deſertis apes colentem Agrium cognominatum, qui ambo ſcripſere de his. Hominum more (propter quos ſolæ ex inſectis genitæ ſunt) ſolitudinem auerſantur, frequentiam & ſocietatem amant, otium fugiunt, munera inter ſe officiáque partiuntur, ædificant, pariter opus faciunt, alimoniam condunt, colonias mittunt, alternis tanquam in exercitu ſomnum capeſſunt, communes vtilitates in medium afferunt, nihil curæ & diligentiæ in ſe rebúſque ſuis tuendis prætermittunt, tantáque ſunt induſtria, & tam ingenioſæ, vt à nobis conſilio intelligentiáque ornatis animantibus parum diſtare videantur: certè inter inſecta præcipua eſt illis admiratio, & omnium aſſenſione principatus. I. De ratione reparandarum apum, non dubitamus verum eſſe, quod de boue mactato & fimo obruto dicitur: quo autem pacto naſcantur, per Venerem ne, an alia via, id eſt, quod audire etiam atque etiam cupimus. C. Inter eruditos magnam ſuper hac re, & ſubtilem quæſtionem excitatam affirmauit Plinius. E. floribus progigni, & omnis concubitus ignaras eſſe, multorum eſt opinio, quam ſic Virgilius explicauit.

*Illum adeò placuiſſe apibus mirabere morem,*
*Quòd nec concubitu indulgent, nec corpora ſegnes*
*In Venerem ſoluunt, aut fœtus nixibus edunt,*
*Verùm ipſæ foliis natos, & ſuauibus herbis*
*Ore legunt,*

Viſum

Viſum eſt aliis eas vnius coitu naſci, regis nimi-
rum: hunc ſolum marem, reliquas apes totius exa-
minis eſſe fœminas, illúmque tanquam maritum,
non velut ducem ac regem aſſectari. Aduerſus v-
tramque ſententiam ab eodem Plinio affertur dif-
ficultas. Illud dubitatione caret, eas gallinarum
more incubare. Quod excluſum eſt, principiò ſpe-
ciem gerit candidi vermiculi, tranſuerſim iacen-
tis, & ita ad florem adhærentis, vt eum paſcere
credas. Fœtus intra quadrageſimum quintum di-
em peragitur, moxq́; cum matre laborat. Sunt au-
tem quædam apes ruſticæ ac ſylueſtres, aſpectu
horridæ, & quanquam iracundiores, operis tamen
ſtudioſæ. Quædam vrbanæ, harúmque genus du-
plex: aliæ breues, variæ, & in rotunditate com-
pactiles, quæ magis probantur: aliæ longæ & ve-
ſpas referentes, quæ non probantur: ex his piloſæ
quæ ſunt, maximè vituperantur. Quas Virgili[us]
probet, audite.

*Vt bina regum facies, ita corpora gentis.*
*Namque aliæ turpes horrent, ceu puluere ab alto*
*Cum venit, & terram ſicco ſpuit ore viator*
*Aridus, elucent aliæ, & fulgore coruſcant,*
*Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.*
*Hæc potior ſoboles.*

Iam quod peræquè vt aliud quidquam in iis singu-
lari admiratione proſequendum eſt, cum citra gu-
bernationem & diſciplinam legum ac iuris con-
ſtere multitudo nulla poſsit, habeamúſque diuer-
ſos imperiorum ſtatus, eum ipſæ complectuntur
& conſtantiſsimè retinent, quem viri ſapientiſsi-
mi cæteris antepoſuerunt, monarchiam videlicet

habe-

habent enim regem, cui deditæ ſunt, cui obtemperant, quique eis cum iuſtitia & æquitate præeſt. Hic ex electiſsimo flore, non vermiculus, vt aliæ, ſed pennis ſtatim præditus, & melleo colore prodit. Forma illi ſemper eximia, & corpus duplo quàm reliquis maius, pennæ breuiores, crura recta, ingreſſus celſior, in fronte macula quodam diademate candicans. Præterea non modicè nitidus, vt in eo quoque multum à plebe differat. Non liquet, réxne ſolus nullum teneat aculeum, maieſtate tantum armatus: an eum natura dederit quidem, ſed vſum eius illi tantùm negauerit: illud certum, aculeo imperatorem nunquam vti. Seneca, quo loco nihil tam decere imperantem docet, quam clementiam: iracundiſsimæ, inquit, ac pro corporis captu pugnaciſsimæ ſunt apes, & aculeos in vulnere relinquunt, rex ipſe ſine aculeo eſt. Noluit illum natura nec ſæuum eſſe, nec vltionem magno conſtaturam petere: telúmque detraxit, & iram eius inermem reliquit. Cum foras procedit, tota eum communitas, ſeu plebs vniuerſa comitatur, eum circundat, ac protegit, nec cerni patitur, cupítque vnaquæque ſe illi proximam eſſe, & in officio conſpici gaudet. Feſſum ſubleuant, ac ſi præ laſsitudine volare nequeat, ſuccollant. Vbi ille conſederit, caſtra locant. Reliquo tempore, cum populus labore occupatur, ipſe intus opera luſtrat, exhortanti ſimilis, ac ſolus immunis aſsiduum habet ſatellitium, & quoſdam velut lictores, per quos auctoritatem ſuam apud ciues ſubiectóſque conſeruat. Comprehenſo duce totum examen tenetur: amiſſo dilabitur & ad

alios commigrat: etenim ſine rege non poſſunt vi-
uere. Futuris imperatoribus in vna parte aluei re-
gias extruunt amplas, magnificas, & ſeparatas. Se-
neca, medio ac tutiſsimo loco ampliſsima illis eſſe
cubilia teſtatur, quomodo ſcilicet magnificentius,
& domiciliis ac palatiis minimè anguſtis reges no-
ſtri habitare conſueuerunt. Mira omninò, & apum
circa regem, & regis ipſius natura eſt: quas res vo-
lo inſuper ex Marone noſtro pernoſcatis.

*Præterea regem non ſic Aegyptus & ingens*
*Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaſpe*
*Obſeruant, rege incolumi mens omnibus vna eſt:*
*Amiſſo, rupere fidem: conſtructáq; mella*
*Diripuere ipſæ, & crates ſoluêre fauorum.*
*Ille operum cuſtos, illum admirantur & omnes*
*Circumſtant fremitu denſo, ſtipántq; frequentes,*
*Et ſæpe attollunt humeris, & corpora bello*
*Obiectant, pulchrámq; petunt per vulnera mort*

Munditiem dici propemodum non poteſt, qua
topere conſectentur & diligant. E medio am
untur omnia, nulláſque inter opera ſpurciti
lerant. Excrementa intus operantium, vnum
locum congeſta, turbidis diebus per otium expo
tant. Nullo in loco inquinato, aut malè olenti
ſident, nec ſi quis etiam bonis vnguentis redole
& hiſce delibutum, ſi ad aluos acceſſerit, ſpic
abigunt. Mulierum quoque menſes oderunt
mortuis ne floribus quidem, nedum corpori
inſident. Non liguriunt vt muſcæ in carne, ſang
ne, adipe: natura enim ipſis vt Helicona Muſis,
ridos incultóſque montes ad paſtum attribuit.
terdiu ad portas more caſtrorum ſtatio eſt, no

quieſcunt vſq; in matutinum: tum vna velut buccina gemino aut triplici bombo reliquas de ſomno excitat. Si dies videatur mitis futurus, ſe ex alueari promunt: ventorum enim pluuiarúmque apud eas præſenſio, qua de cauſſa foras exire nolunt. Cælo autem temperato cum ad laborem prouolarunt, aliæ flores aggerunt pedibus, aliæ aquam ore, guttáſque lanugine totius corporis. Adoleſcentiores ferè ad opera prodeunt, & materiam conuehunt, ſeniores intus omnia diſponunt & operantur. Quæ flores comportant, prioribus pedibus femina onerant, propter id natura ſcabra, pedes priores roſtellis, totæq; onuſtæ remeant ſarcina pandatæ. Excipiunt eas ternæ aut quaternæ, atque exonerant. Aliæ ſtruunt, aliæ poliunt, aliæ ſuggerunt, aliæ cibum comparant ex eo quod allatum eſt. Hæc, & plura etiam Plinius pœne ad verbum. Iucundum eſt item, quod feruntur coorta procella venti lapillum pediculis correptum geſtare, eóque ſe librare, ne impetu flatus auferantur. Quis hoc illis conſilium impertiuit? R. Philetas poeta forſitan, qui ſoleas plumbeas ſibi ſolebat alligare, ne à vento ambulans abriperetur: vſqueadeo nullum erat pondus corporis: tam erant graciles ac tenues artus. C. Hoc in neutro veſtrûm timeo futurum, vbi ætas ad illius annos acceſſerit; ſatis ponduſculi vtriuſque, corpuſculum autumo habiturum. Cum veſpera propinquat, minus minuſque in alueo ſtrepitant, donec vna circumuolitans bombo emiſſo quietem imperet: quo facto ab omnibus altum conſequitur ſilentium. Dolendum porrò tam fructuoſis auiculis vitam ſe-

ptennio longiorem non concedi, quod & Virgili-
us affirmat.

*Ergo ipſas quamuis anguſtus terminus æui*
*Excipiat (neq; enim plus ſeptima ducitur æſtas)*
*At genus immortale manet: multóſq; per annos*
*Stat fortuna domus, & aui numerantur auorum.*

Alij tamen ad decennium extendi poſſe arbitran-
tur, quod æuum examen nullum poſsit præterire:
ſed neceſſe ſit totum emori hoc ſpatio, quantum-
uis in demortuarum locum alij atq; alij pulli quot-
annis ſufficiantur. Aluearia Græci μελιττῶνας, με-
λιττοτροφεῖα, noſtri quidam mellaria nominant. Ea
conſtituentur ad villam, eo potiſsimùm loco, vbi
nullæ imagines reſpondeant, ſiue vbi nulla redda-
tur echo. Iſtiuſmodi enim ſonus eas fugat. Aërem
conuenit ibidem eſſe neque æſtate feruidum, ne-
que hyeme non apricum: & locari debent alu
verſus ortum hybernum maximè, quò matutinos
egreſſus habeant apricos ac tepidos. Adhæc ad pa-
bulationem commoda loca prope ſunto, quæ pa-
bula partim erunt naturalia, partim conſita. Abeſſe
item longius ab aluearibus oportet tumultus, ho-
minum pecudúmq; cœtus, latrinas, ſterquilinia,
balneas, & ſi quid demum tetrum odorem efflat.

*Neu propius tectis ſaxum ſine, neue rubentes*
*Vre foco cancros, altæ neu crede paludi:*
*Aut vbi odor cœni grauis, aut vbi concaua pulſu*
*Saxa ſonant, vociſq; offenſa reſultat imago.*

Muro non ita excelſo apiarium claudatur, tugu-
rium iuxta excitetur, vbi & cuſtodes habitent, &
inſtrumentum reponatur, nouique aluei ad vſum
nouorum examinum comparati, & herbæ ſalu-
tares,

tares, & alia quæ bonæ earum valetudini faciunt. Deriuabitur eò ad bibendum aqua pura, cuius altitudo duas aut tres digitos non ſuperet, iniicientúrque virgulæ, teſtæ, aut lapilli paululum extantes, quos occupent cum potum aduolarint. Alui ex ſubere & corticibus laudantur, quòd nec hyeme rigeant, nec æſtate candeant. Item ex ferulis, & viminibus. Fictiles quod æſtatis vaporibus accenduntur, & hyeme gelantur, non ſunt habiles. Foramina inſuper quibus ingrediuntur & exeunt, anguſtiſsima erunt, vt quàm minimum frigoris admittant. In transferendis alueis animaduertenda tempora & locus prouidendus quo transferantur. Transferes verno potius quàm hyberno: nam hyeme plerumque fugiunt: vt etiam, ſi è bono loco tranſtuleris eò, vbi pabulatio deeſt. Verno & æſtiuo tempore mellarius fermè ter in menſe aluearia inſpiciet, ea fumigabit leuiter, vermiculos eiiciet, & à ſpurcitiis purgabit. Non patietur plures regulos, quæ eſt materia ſeditionum: non ſinet imbecilliores à robuſtioribus opprimi, quia fructus minuitur. Si pugna concurrerint, aqua mulſa aſperſæ deſiſtent. Aliud remedium Maro ſuadet.

*Hi motus animorum, atq; hæc certamina tanta*
*Pulueris exigui iactu compreſſa quieſcent.*

Quid autem faciendum ſit regibus, quorum cauſſa huiuſmodi bellis ciuilibus flagrant aluearia, mox additur, & ego ſermoni meo addam, præſertim cum vos carminibus, & Virgilianis carminibus percupidè aures admouere ſolitos certò ſciam. I. Verè ſolemus, & eſt non aliter ac loqueris.

*Verùm vbi ductores acie reuocaueris ambos,*
*Deterior qui viſus, cum ne prodigus obſit*
*Dede neci: melior vacua ſine regnet in aula.*
*Alter erit maculis auro ſqualentibus ardens:*
*(Nam duo ſunt genera) hic melior inſignis & ore,*
*Et rutilis clarus ſquamis: ille horridus alter*
*Deſidia, latámque trahens inglorius aluum.*

De pabulo nunc accipite. Serere iubemur thymum, ſerpyllum, lentem, piſum, ocymum, cyperum, medicam, roſam, violas, lilium, cytiſum, fabam, eruilium, cunilam, papauer, conyzam, caſiam, melilotum, meliſophyllum, cerinthen. Horum omnium floris cupidiſsimæ ſunt: quin & ſinapis, cum tamen oliuæ florem non attingant. Amant & origanum, thymbram, roremmarinum, pinus, minores ilices, ederas, amaranthos, amygdalas, perſicos, pyros, & pleraſque pomiferas arbores. E ſylueſtribus glandíferas, terebinthum, lentiſcum, odoratam cedrum. Mille item ſemina vel crudo ceſpite virentia, vel ſubacto ſulco flores apibus amiciſsimos creant: vt ſunt irriguo ſolo frutices amelli, caules acanthini, ſcapus aſphodeli, gladiolus narciſsi. Probatiſsimi ſaporis mella reddit thymus. Vt aptiſsimum ad ſanitatem apium, ſic ad mellificium thymum, ait Varro. Propter hoc & ſiculum mel fert palmam, quod ibi thymum bonum & frequens eſt. Itaque quidam thymum contundunt in pila, & diluunt in aqua tepida, et conſpergunt omnia ſeminaria conſita apium cauſa. Sed quia, vt idem prudenter monet, non omnis tempeſtas ad paſtum prodire longius patitur, præparandus his cibus, ne tum melle cogantur

ſolo viuere, aut relinquere exinanitas aluos. Supereſſet dicere de ſanitate & morbis earum cognoſcendis ac medicandis, de eximendis fauis, ſeu, vt Columella, de caſtrandis alueis, de generibus mellis, de fucis, de aliis demum capitibus. Veruntamen quia iſtarum rerum profeſsionem non ſuſcepi, ſed ſummatim tantùm vt de iis, & ex tempore differerem, veſtris precibus adductus ſum, patiemini me finem villaticæ paſtioni imponere, & vbi paulum interquieuero, alio ſumpto initio, de vineis hortiſque perpaucis rem abſoluere. I. In omnibus quod arbitratus tui eſt, facias aut omittas licet. R. Ego ad nouam auditionem me accingo, & quaſi ad nouas epulas nouum appetitum affero.

## ANNOTATIONES.

FRVGALITATIS SCILICET ANTIQVÆ) *Lege querelam grauem Varronis lib. 3. cap. 3. in extremo.*

PAVONIS CAVDAM SPECIOSISSIMAM) *Feſtiua deſcriptio pauonis eſt apud Dionem Chryſoſtomum orat. 12. principio. Apud Lucianum orat. de domo. Breuiſsima, nec illepida, apud Tertullianum lib. de pallio, in hac verba. Pauo pluma veſtis, & quidem de cataclitis: immo omni conchylio depreſsior, quà colla florent: & omni patagio inauratior, quà terga fulgent: & omni ſyrmate ſolutior, quà cauda iacent: multicolor, & diſcolor, & verſicolor: nunquam ipſa, ſemper alia, etſi ſemper ipſa quando alia: toties denique mutanda, quoties*

*mouenda. Cataclita ſunt accubita, quibus ad accumben-dum vtebantur: ea molli plumæ implebantur, vt ex He-liogaboli vita apud Lamprid. patet. Patagium eſt, quod ad ſummam tunicam aſſui ſolet, velut inſtita quadam inaurata. Sic. Turneb. lib. 7. cap. 20. De pauonum au-tem philautia Ariſtot. Plin. Oppianus, Aelianus & alij.* INNVMERABILIBVS NOS ASPECTANTEM) *Quaſi de oculis, ita de ſideribus loquuntur auctores, & cœlum per ea videre dicunt, Catull.*

> *Aut quam ſidera multa cum tacet nox*
> *Furtiuos hominum vident amores.*

*Plato in epigrammate cœlum fieri optat, vt multis ocu-lis intuentem intueri queat.* FENESTRIS PVNICA-NIS) *Pœni lignario opere claruerunt, vnde multa fa-bricæ ligneæ opera ab illis nominata. Vt lecti punici Pli-nio lib. 33. cap. 11. Et apud eundem: vineis vbi ampla cella, torculare pœnicum. Apud Catonem, coagmenta punicana, quæ fideliter hærebant, nec hiaſcebant. Itaque ab ea mente Plaut. Mercatore, vbi vult oſtendere, a-dium poſtes hiare, ait non eſſe factos à Pœno fabro: nam enim hiaſcerent commiſſuræ, ſi Pœnus faber eas commi-xiſſet. Sed eum nomine pultifagi intelligit. Vide reliqua Scalig. in Varr. lib. 3. de re ruſt.* IN QVORVM OR-NITHONEM) *Ornithonis animi cauſſa conſtituti pe-elegans deſcriptio eſt apud Varronem cap. 5.* MATRI-CES CVIVSMODI, QVAM MVLTÆ) *Pro ani-mante quæ mater ſit & parit, hanc vocem ponunt ſcri-ptores ruſtici. Vulgus tantum locos fœminæ ſignifica-*

cuiu

*gredit. Numerat autem 3. gallinarum genera Varro cap. 9. villaticas, ruſticas, Africanas.* OVA INCVBABIT) *Incubare dicitur pullis gallina, quæ ſouet oua vt animet, & pullos excludat: & incubare quis loco dicitur, in quo cubat. Tranſlatitiè incubare, qui iurè non poßidet: ſed per vim & iniuriam: quod qui ſic poßident, in loco aßidui ſunt, & velut cubant Macrob. lib. 1. in ſom. Scip. cap. 10. Dionyſium ſiculæ incubatorem aulæ cum vocat, violentum quendam & tyrannicum eius poſſeſſorem ſignificantißimo vocabulo exprimit Tur. lib. 24. cap. 24.* VENAS VITALES CONFVNDES) *Scaliger legit, quod inas vitales: nam τὸ venas eſt gloſſema, quo, quid ſit ina, exponebat ſtudioſus lector. Inæ apud latinos ſunt ἶνες, hoc eſt, ſubtilißimæ intercurſantes venæ, quales in chartis veterum, & aliquando in noſtris. Inas autem vitales in ouis Græcus interpres vertit τὸ ἰνῶδες κὴ γόνιμον.* ALIOS CVSTODIENDI MODOS) *Quidam prius trito ſale ſex horis adoperiunt: deinde eluunt, atque ita paleis aut furfuribus obruunt: nonnulli ſolida, multi etiam freſa faba coaggerant: alij ſalibus integris adoperiunt: alij muria tepeſacta durant. Sed omnis ſal quemadmodum non patitur putreſcere, ita minuit oua, nec ſinit plena permanere, quæ res ementem deterret. Itaque ne in muriam quidem qui demittunt, integritatem ouorũ conſeruant. Hoc modo Columella lib. 8. cap. 6.* CAPITOLIVM ROMANVM VRBE A GALLIS) *Liuius lib. 5. Galli nocte ſubluſtri tanto ſilentio in ſummum euaſere, vt non cuſtodes ſolùm fallerent, ſed ne canes*

*nes quidem, ſollicitum animal, ad nocturnos ſtrepitus excitarent: anſeres non fefellere.* Plin. lib. 10. *Eſt & anſeri vigil cura Capitolio teſtata defenſo, per id temporis canum ſilentio proditis rebus. O memoriam huius beneficij ad poſteros quoque prodendam, anſeribus publicè in capitolio locabantur cibaria, canibus nihilominus, quod animal eſt leuiſomnum, & naturà vigil, & cuſtodiæ aptum.* Meminit. Cic. orat. pro Sex. Roſcio. *Sed tamen quia dormierunt canes Gallis aſcendentibus, idcirco ſupplicia annua pendebant, inter ædem Iuuentutis & Summani viui in ſambucea arbore fixi.* Plin. lib. 29. cap. 4. PROPTER VILLAM VIVARIA) *Quæ à Varrone leporaria, à poſteris dicta ſunt viuaria: loca ſcilicet, vbi animalia viua paſcerentur, quos παραδείσους Græci. Scipio in quadam orat. ad populum roboraria dixit, à tabulis roboreis, quibus ſepta eſſent.* Vide Gell. lib. 2. cap. 20. AD PISCINAS) *Vocantur item piſcinæ in quibus lauant & natant homines, in quibus adaquantur iumenta, in quibus anſeres & anaticulæ viuunt, in quibus lupinum & cannabis ad vſum maceratur. Nos de iis tantum, quæ ἰχθυοτροφεῖα Græcis. Harum duo genera dicit eſſe Varro lib. 3. cap. 17. dulcium & ſalſarum: alterum, inquit, apud plebem, & ſine fructu, vbi lymphæ aquam piſcinis noſtris villaticis miniſtrant: illæ autem maritimæ piſcinæ nobilium, quibus Neptunus vt aquam, ſic et piſces miniſtrat, magis ad oculos pertinent, quàm ad veſicam: & potius marſupiũ domini exinaniunt, quàm implent. Primùm enim ædificantur magno: ſecundò im-*

plentur

plentur magno: tertiò aluntur magno. Denique toto capite luxum piſcinarum, & ſumptum piſcarium, maximéque Q. Hortenſium inſectatur. HONORATOS ET COPIOSOS) Varro, Diues à diuo, qui vt deus nullo videtur indigere. Opulentus ab ope, cui ea optimè. Pecunioſus à pecunia magna. Cornel. Fronto. locuples à copia locorum. Diues quia diuidendi facultatem habet. Opulentus ab opibus. Potens, qui, quod vult, poteſt. Fortunatus cui forte aliquid contingit. Beatus, qui apud Græcos μακάριος. Pecunioſus qui habet pecuniam, vel pecora. ETIAM HVIVS REI STVDIVM) Locus ex Columella lib. 8. cap. 16. In quo refertur etiam factum ac dictum M. Philippi luxurioſiſſimum. Nam is forte Caſini cum apud hoſpitem cœnaret, appoſitúmque è vicino flumine lupum deguſtaſſet, atque expuiſſet, improbum factum dicto proſecutus: peream, inquit, niſi piſcem putaui. Poſt pauca. Itaque Terentius Varro: nullus eſt, inquit, hoc ſæculo nebulo ac rhynton, qui non iam ducat ſua nihil intereſſe, vtrum eiuſmodi piſcibus, an ranis frequens habeat viuarium. SALSIS DELECTABANTVR) Cum commemoraſſet Varro duodena millia ſeſtertia Hirrium in eſcis quas dabat piſcibus conſumpſiſſe, nec id mirum fuiſſe, qui vno tempore dederit Cæſari ſex millia murænarum mutua, & propter piſcium multitudinem quadragies ſeſtertio villam veniſſe adiungit: quare noſtra piſcina & mediterranea plebeia rectè dicitur dulcis, & illa, amara. Quis enim noſtrûm non vna contentus eſt hac piſcina? quis contrà maritimas non

ex pi-

*ex piſcinis ſingulis plures coniunctas habet? Nam vt Pa-
ſias & cæteri pictores eiuſdem generis loculatas magna
habent arculas, vbi diuerſi colores ſint certas: ſic hi locu-
latas habent piſcinas, vbi diſpares diſcluſos habeant pi-
ſces.* VT ORATÆ, MVRÆNÆ) *Colum. Iam enim
celebres erant deliciæ popinales, cum ab mari deferen-
tur viuaria, quorum ſtudioſiſſimi, velut ante devicta-
rum gentium Numantinus & Iſauricus, ita Sergius Ora-
ta, & Licinius Muræna captorum piſcium lætabantur
vocabulis.* PRÆSERTIM SI CYPRINOS) *Ari-
ſtoteles cyprinum etiam inter fluuiatiles & lacuſtres,
non ſolum inter marinos piſces recenſuit, & ita depin-
xit, vt eſſe idem qui carpio videatur. Ea porrò natu-
eſt huius aquatilis, vt nulli noceat, viuat ſuccu ſuo alij
domini ſumptu, quem dulci paſtu reficit, ſiue ille ...
ſibi, ſiue ſalſum, ſiue patinarium apponi velit. Argumen-
ta præſtantiæ cyprini hæc ſunt. Caput exiguum, ...
emiſſitij, venter capacior & diſtentior, pinnæ & ſqua-
mæ non luteæ, aut luridæ, ſed nitidæ & ſubcandidæ, ...
tum denique corpus quadratum magis quàm longum.*
LVCIVS AVTEM IN PARVVLOS CYPRINOS
*Non commendatur, nec ſalubris ac ſapidus cenſetur lu-
cius, qui ranis victitauit, aut cœnoſis in locis habitauit,
ſed in piſcina fluminibus peruia, & tetro odore libera,
cuius alimenta cyprini fuerint, ex quibus celerrimè pin-
gueſcit. Et quia ingenio lupum quadrupedem imitatur,
eſtq́; vt ille rapax, prædo, violentus & maleficus, & p...
runque in ſuum quoque genus ſæuiens, nec terrenis ...*

gula

*guſtat cibum, niſi extrema compulſus eſurie, hinc lupi nomen ei additum.* VENIT IN ALTARIA) *Seruius. Aræ & ſuperis & inferis diis conſecratæ ſunt: altaria verò ſunt ſuperorum tantum deorum, quæ ab altitudine conſtat eſſe nominata: vt, en quattuor aras. Ecce duas tibi Daphni, duóque altaria Phœbo. Aræ dictæ ab aræ ditate: quia in iis adoletur ignis: altaria ab alendo, quia igni adduntur alimenta.* MAGIS EXPLETI QVAM SATIATI) *Expleri eſt tantummodo plenum eſſe: ſatiari ſupra modum & abundantiam. M.* Tullius de *Repub. lib. 6. Graues enim dominæ cogitationum libidines, infinita quædam cogunt atque imperant: quæ, quia expleri nec ſatiari vllo modo poſſunt, ad omne facinus impellunt eos, qui illecebris ſuis incenduntur. Nonius.* SCRIPTVS EST POSTREMVS) *Quomodo hanc partem de apibus tractauerint Higinius, Celſus, Virgilius, aperit* Columella *lib. 9. cap. 2. Ibidem inutiles quæſtiones de apum origine & mellificio à ruſticis remouet.* SOLITVDINEM AVERSANTVR) *Hæ apes, inquit Varro, lib. 3. cap. 16. non ſunt ſolitaria natura, vt aquilæ, ſed vt homines. Quod ſi hoc faciunt etiam graculi, at non idem: quod hîc ſocietas operum & ædificiorum: quod illic non eſt.* OTIVM FVGIVNT) *Neque ipſæ ſunt inficientes, nec non oderunt inertes. Itaque inſectantes à ſe eiiciunt fucos vociferantes plures perſequuntur etiam paucæ. Varro.* Ceſſantium *inertiam notant, caſtigant, mox, & puniunt morte. Plin. lib. 11. cap. 10.* PARVM DISTARE VIDEANTVR) *Virgilius*

gilius quidem certè auſus eſt ſcribere in hunc modum.

*His quidam ſignis, atque hæc exempla ſecuti*
*Eſſe apibus partem diuinæ mentis, & hauſtus*
*Aetherios dixere.*

QVOD DE BOVE MACTATO) Fabulam Ariſtæ qui conſilio Cyrenæ matris Proteum ſuper apibus repa randis adierit, & hanc ab illo rationem didicerit, fu narrat Virgil. 4. Georg. Eandem paucioribus expoſ 1. Faſt. Ouidius. Cuius expoſitionis extremi verſu ſunt.

*Obrue mactati corpus tellure iuuenci:*
*Quod petis à nobis, obrutus ille dabit.*
*Iuſſa facit paſtor: feruent examina putri*
*De boue: mille animas vna necata dedit.*

Varro. Apes naſcuntur partim ex apibus, partim ex bubulo corpore putrefacto. Itaque Archelaus in epigrammate ait eas eſſe βοὸσ φθινομένησ πεποιημένα τέκνα...

ἵππων μὲν σφῆκεσ γενεαὶ, μόσχων δὲ μέλισσαι,

Adducam inſuper locum Plinij ex lib. 11. cap. 20. ... tum verò amiſſas reparari ventribus bubulis recenti cum fimo obrutis: Virgilius iuuencorum corpore exanimato, ſicut equorum veſpas, atque crabrones, ſicut a... norum ſcarabæos, mutante natura ex aliis quædam alia. Sed horum omnium coitus cernuntur. Et tamen fœtu eadem prope natura, quæ in apibus. In eodem ex quorundam ſententia à mortuis eas excitari doc... hunc modum. Si intra tectum hyeme ſeruentur, d... ſole verno torreantur, ac ficulneo cinere toto die fou... tur. Coniungamus huic Varronem, de iis vel reſtitu...

dis, ...

*dis, vel in vitam reducendis, ita loquentem. Si quando ſubito imbri in paſtu ſunt oppreſſæ, aut frigore ſubito, antequam ipſæ prouiderint id fore (quod accidit rarò, vt decipiantur) & imbris guttis vberibus offenſæ iacent proſtratæ & afflictæ, colligendum eas in vas aliquod, & reponendum in tecto loco ac tepido, prono ad meridiem, quàm maximè tempeſtate bona, & cinere facto è ficulneis lignis infriandum paulo plus caldo, quàm tepidiore. Deinde concutiendum leuiter, vt manu non tangas, & ponendæ in ſole. Quæ enim ſic concaluerunt, reſtituunt ſe ac reuiuiſcunt, vt ſolet ſimiliter fieri in muſcis aqua necatis.* QVÆSTIONEM EXCITATAM) *Vide locum lib. 11. cap. 16.* QVÆDAM APES RVSTICÆ) *De generibus apum, & quis ſit intellectus verborum Plinij, dicentis apes neque manſueti, neque feri generis eſſe, Hieronymus Magius. Miſcell. lib. 1. cap. 3.* DE PABVLO NVNC ACCIPITE) *Paſcuntur floribus apes, quos induſtria quoque noſtra in herbis, fruticibus, arboribus procurabit. Primi ſaporis mella thymi ſuccus effundit. Secundi meriti thymbra, ſerpyllum, vel origanum. Tertij roſmarinus, & ſatureia. Cætera, vt arbutus & olera ſaporem ruſtici mellis efficiunt. Lege Pallad. de pabulis apium cap. 37. de aluearibus cap. 38. lib. 1. de fauis eximendis lib. 7. cap. 7.*

PRO-

# PROGYMNASMA SEPTIMVM ET VICESIMVM.

## *Vineta, & horti.*

*IIDEM.*

CLEMENTIANVS. Curriculi mei pars ex-
trema, & metæ vicinior mihi reliqua eſt ad
decurrendum: in qua vobis plenos calices
propinabo, quoniam ſitis fauces veſtras vrit, &
quidem propinabo liquorem omnium ore lauda-
tiſsimum. Quid enim vino laudatius? I. Acm-
ritiſsimò, quia multas ob cauſſas nihil eo vti-
ac ſalubrius. R. Neque etiam (ita mihi vinum ſem-
per ſuppetat) quidquam iucundius: quod ipſi bi-
bentes re oſtendunt: ſopiuntur enim curæ, & hi-
laritate delibutus animus, ipſum quoque corpus
ad lætitiam fingit atque componit. Verùm ubi-
ſtius dandum eſt quod bibas, Clèmétiane, cui iam
multa, nulla fermè interpellatione prolocuto di-
bium haud eſt palatum exareſcere, quod vinis
mero colluere oporteret. I. Quid ſi mittamus co-
feſtim puerum, qui mox, quantum popoſcerimus
cantharum, optimæqúe notæ vinum afferat? C.
Proferamus tempus bibendi aliquantiſper adhuc,
tum totus abſoluatur de rebus ruſticis à me rog-
tu veſtro ſuſceptus ſermo: tum pocula liben-
& lætius ducemus. R. Tantillam moram haud in-
què patiemur, intereáque reliquum diſputationis
tuæ, quo nil ſuauius, auribus bibemus. C. De-
tibus

tibus quia nobiliſsimi fructus genitrices ſunt, prius quàm de cæteris ſtirpibus verba faciamus. In vinea ponenda magni refert conſiderare conditionem ſoli, conditionem cæli. Conualeſcit enim & ferax euadit æquè campis, quàm collibus, nec minus denſa humo, quàm reſoluta: non infrequenter etiam exili, & pingui, ſicca, & vliginoſa. Veruntamen non ſine delectu quodcunque genus vitis in quacunque terra deponendum. Agro vberiori ac pinguiori mandabis gracilem, macro fœcundam, ſpiſſo vehementem, materiáque & frondibus luxuriantem, reſoluto ac læto, quæ eſt rari ſarmenti. Quæ ſunt fructus teneri, & amplioris acini, humido ſolo inſcitè committuntur. Varro exceptis aliquot, cæteras vites, & de his miſcellas maximè in omne genus agri conuenire dicit. Ad vini præſtantiam & largitatem plurimùm conducit ſoli bonitas. Locus qui ſegetes tulerit, aut arbuſtum nutrierit, aut ante vinetum fuerit, & iam vetuſtate exoleuerit, parandæ vineæ non ita aptus cenſetur, vt qui eſt rudis. Nam illius alterius ſolum pluribus radicibus infra impeditum eſt, & ſenectutis ſuæ ſqualorem atque cariem, quæ tanquam venena ſunt, etiam tum retinet. Vitia loci peſtifera vinetis apud Columell. hæc inuenio: maciem, & ſterilitatem, terram ſalſam vel amaram, vliginem, præcipitem & præruptam poſitionem, nimium opacam, & ſoli auerſam, valles arenoſas, arenoſos etiam tofos, plus iuſto ieiunum ſabulonem, nec minus terreno carentem, & nudam glaream. Gratum eſt vineæ cælum nec ſummè frigidum & glaciale, nec æſtuoſum, magíſque calido quàm algido

proficit, & potius imbribus quàm ſerena tempe-
ſtate offenditur, amat ſolum ſiccum magis quàm
humidum, lenem perflatum non recuſat, ventos
& procellas odit. Vitis ſeritur vel ad eſcam & de-
licias, vel ad vtilitatem. Vtriuſque ſpeciei nomina
varietatémque & vuarum quoque diuerſitatem ſi
perſequar, videbor & veſtra patientia abuti, & o-
tio. Qui vinetum inſtituet, plus ſuæ ipſius, quàm
alienæ curæ fidat. Viuiradicem ne mercetur, ge-
nus ſurculi probatiſsimi domi conſerat, faciátque
vitiarium, ex quo poſsit agrum veſtire vitibus:
propterea quod minus quàm vernacula noſtro
ſolo fœlicia ſunt ſemina, quę ex alia regione tranſ-
feruntur. Vbi vineis locum idoneum elegerit, ele-
cto præcipuam in paſtinando curam impendat, ea
peracta non minore diligentia vitem conſerat, &
cum ſeuerit, ſumma ſedulitate culturæ ſeruet.
Diſpoſitio generum percommoda eſt, quam ſi te-
nere nequeas, diuerſæ notæ non alias conſeras,
quam quæ ſaporem conſimilem, & fructum ma-
turitatis eiuſdem præbent. Nullum genus ruris
niſi diligenter ac ſcitè etiam exercitum fructibus
colono reſpondet: hoc autem maximè facere ſo-
lent vineæ. Res tenera, infirma, iniuriæ valdè im-
patiens, quæ plerumque nimio labore vbertatis
conſumitur, & ſua fæcunditate perit, niſi modum
adhibeas. Si ſe confirmauerit vinea, & quaſi ad
iuuenile robur peruenerit, non tantopere negli-
gentia cultorum illi nocebit. Nouella dum adole-
ſcit, niſi omnia iuſtè perceperit, extrema confici-
tur macie, & ſic intabeſcit, vt deinceps nullis im-
penſis recreetur. Foſsio tanto plus prodeſt, quan-

cre-

crebrior fuerit. Iudicarunt plerique ex Calend. Martiis vſque in Octobres triceſimo quoque die nouella vineta confodienda, herbáſque omnes, & gramina præſertim extirpanda: quæ niſi manu e-ligantur, & in ſummum reiiciantur, quantulacunque parte adobruta ſunt reuiuiſcunt, vitiúmque ſemina ita perurunt, vt ſcabra ac retorrida efficiant. Ad prudentiam vinitoris ſpectat, non ſolùm ablaqueationes, pampinationes, aliáque omnia adhibere: ſed reputare etiam, num maiore fructu vitis ſe induerit, quàm vt eum perferre queat. Quocirca non ſolùm ſuperuacuas frondes decerpet, verùm etiam interdum partem aliquam fœtus decutiet. I. Quid vocas ablaqueare vites? C. Circa vitis radicem ſeu codicem dolabra diligenter terram aperire, purgatíſque omnibus velut lacus, ſeu lacuſculos efficere, vt ſolis teporibus & imbribus prouocentur. Itaque à lacubus deductum eſt vocabulum. Inde ablaqueatio. R. Quid autem eſt pampinare vites? C. Eſt, inquit, Varro ex ſarmento coles qui nati ſunt, de iis qui plurimùm valent primum ac ſecundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere: ne relictis colibus ſarmentum nequeat miniſtrare ſuccum. Ideò in vitiario primitus cum exit vitis, tota reſecari ſolet, vt firmiore ſarmento è terra exeat, atque in pariendis colibus vires habeat maiores. R. Vix percipio, quos vocet coles, tamen percipio. C. Vbi cælum eſt frigidum, ibi verna putatio eligenda. Locis apricis, & vbi molliores hyemes, optima & in primis naturalis eſt quæ fit per autumnum; quo tempore diuina quadam & æter-

na lege fructum cum fronde ſtirpes deponunt. In
pedata iugatáque vinea alligator rectam ſtirpem
conſeruabit, rectam vitem, inquam, in iugum pro-
ducet, nec flexum ridicæ aut pali perſequetur, ne
ſtatuminum prauitas ad ſimilitudinem ſui eam
configuret. Hoc non ad ſpeciem ſolum refert ad-
modum, ſed ad vbertatem, firmitatem, perpetui-
tatem quoque. Rectus quippe truncus ſimilem ſui
medullam gerit, per quam velut quodam itinere
ſine flexu atque impedimento facilius terræ ma-
tris alimenta meant, & ad ſummum perueniunt.
Intereſt etiam quale ſit vinculi genus, quo ſemina
religantur. Nam dum nouella vinea eſt, quam
molliſsimo nectenda eſt: quia ſi viminibus ſalicis
aut vlmi ligaueris, increſcens vitis ſe ipſam præ-
cidit. Optima eſt ergo geniſta, vel paludibus deſe-
ctus iuncus. Nolentibus volentibus vobis plurima
relinquo, & ad pomaria, ſeu ad rem arborariam
accedo.

Ex arboribus homines multis ſæculis alimen-
am petiuerunt, ex earum quoque frondibus ci-
bilia ſibi fecerunt, & ex cortice veſtes. Arboribus
domos amplas conſtruimus, & theatra fabrica-
mus, & in magna orbis parte non aliæ, quàm e
lignis ciuitates, nec amplitudine, nec frequentia
nec magnificentia noſtris inferiores viſuntur. Ar-
boribus maria quoque habitamus, quarum ſeru-
tio omnem hunc terræ aquarúmque globum ob-
mus & perluſtramus. Apud priſcos certæ arbores
certis numinibus dicabantur, tantus illarum ho-
nos. Sanctitate clariſsimi viri, quò mentem o-
nem in rebus à ſenſu diſiunctis & cæleſtibus libe-
poſſe

poſſent defigere, in nemora ſyluáſque ſecedebant. Eſt autem in arboribus plurima ſanè & admiranda varietas. Quædam enim ſunt vrbanæ ac domeſticæ, aliæ ſylueſtres atque agreſtes. Sunt quædam perpetuò omninóque ſteriles ſine ſemine, ſine fructu vt ſalices: quædam etſi proferunt ſemen, non tamen fructum, vt fagus: aliæ vtrunque habent, vt pomiferæ & glandiferæ. Eſt & in quibuſdam ſexus diſtinctio, vt in palma, ilice, quercu. Hæc ſit prima varietas. Altera hæc eſt. Quemadmodum non in omni regione omnes proueniunt arbores, ita neque quas eadem regio procreat, quibuſlibet eius locis aut naſcuntur, aut adoleſcunt, aut fructificant. Montes quippe amant cedrus, larix, teda cæteræq́ è quibus reſina gignitur. Item buxus, ilex, iuniperus, terebinthus & populus. Montes & valles deligunt abies, robur, caſtaneæ, cornus. Aquoſis montibus gaudent fraxinus, ſorbus, ceraſus. Non temerè in montibus viſæ ſunt prunus, oleaſter, iuglans, morus, ſambucus. Subeunt & in montoſa vlmus, malus, pyrus, laurus, myrti. Gaudet frigidis ſorbus: aquas odere cupreſsi, iuglandes & caſtaneæ. Non niſi in aquoſis proueniunt ſalices, alni, populi, liguſtra. Tertia eſt in radicibus & cortice. Quarta in foliis. Quinta in floribus. Sexta in fructibus. Septima in vmbris. Octaua in ætatibus. Declarare ſingula diſcrimina maius otium poſtulat. Sed ad ſatiuas & hortenſes arbores reuertamur, vel potius omiſsis aliis generibus, de his tantum diſſeramus. Quæ vitibus vtilis eſt terra, eadem & arborum ſationi habetur idonea. Anno antequam ſeras, ſcrobem fodito, ita ſole ac

pluuiis humus macerabitur, quódque poſitum erit,
citò comprehendet. Quod ſi eodem anno lubebit
& ſcrobem facere, & ſeminare, minimùm duobus
menſibus ante fac ſcrobes fodias, eas ſtramentis
incenſis calefacito: ſi latiores patentioréſque fe-
ceris, lætiores & vberiores fructus reſpondebunt.
Raris interuallis ſerendæ arbores, vt cum adoleſ-
cerint ramis extendendis ſpatia ſuppetant. Quod
ſi ſpiſsè poſueris, nec infra ſerere quid poteris, nec
ipſæ fructuoſæ erunt. Semina legenda craſſa, non
minus quàm manubrium bidentis, recta, leuia,
procera, ſine vlceribus, integro libro. Nucem an-
tequam deponas, in aqua mulſa, nec nimis dulci
macerato, ſic fructus erit iucundior. Curandum,
vt quàm generoſiſsimis pyris pomaria conſera-
mus. Ea ſunt cruſtumina, regia, ſignina, larentia,
purpurea, ſuperba, ordeacea, aniciana &c. Præ-
terea malorum genera exquirenda, maximè ſcan-
diana, maciana, orbiculata, ſextiana, peluſiana &c.
Sorbi quoque & perſici non minima eſt gratia.
Omnis ſurculus, omni arbori poteſt inſeri, ſi non
eſt ei cui inſeritur cortice diſsimilis. Antiqui ge-
nera inſitionum tria tradiderunt. Vnum quo reſe-
cta & fiſſa arbor reſectos ſurculos accipit. Alterum
quo reſecta inter librum & materiam ſemina ad-
mittit. Vtrumque genus verni temporis eſt. Ter-
tium quo ipſas gemmas cum exiguo cortice in
partem ſui delibratam recipit, quam agricolæ em-
plaſtrationem vel inoculationem vocant. Hoc ge-
nus æſtiuo tempore optimè vſurpatur. Ex qua ar-
bore inſerere voles, & ſurculos ad inſitionem ſum-
pturus es, videto vt ſit tenera & ferax, nodiſque
cre-

crebris, & cum primum germina tumebunt, de ramulis anniculis, qui ſolis ortum ſpectabunt, & integri erunt, eos legito, craſsitudine digiti minimi, ſurculi ſint bifurci, aut trifurci, &c.

Hortos vrbanos primum inſtituiſſe fertur apud Athenas Epicurus. Apud Romanos veteres hortus nihil aliud erat, præterquam agellus, & qualiſcunque prouentus, vnde victus tenuis, & menſa ſine arte compararetur. Non egebat igni, non deſiderabat ſumptus macelli, ac merces tum herbaceas, tum arboreas oppidatim venales præbebat, re ſemper expedita, & ad extemporaneum alimentum præſentiſsima. Itaque voluptas illecebroſa tantopere ſe propagauit, vt arbores, fructus, olera, flores, & alia ruris ſeu ruſtica ſolatia intra muros etiam ab agris, montibus, ſyluiſque deduxerit, feceritque vt nequam in domo materfamiliâs haberetur, cui indiligens & neglectus eſſet hortus. Qui de horto vtiliſsimo & iucundiſsimo cogitat, is debet ſcire, velle, & poſſe colere. Conſtruendus erit primùm ad vſum vitæ neceſſarium, deinde ad ſanitatem, & vires tum corporis tum animi inſtaurandas: poſtremò ad aſpectus & odoratus delectationem. Si fieri poſsit, ſit in propinquo, vt dictorum commodorum particeps fiat dominus, & frequenter illum adeat. Sub hoc metu olitorem operáſque omnes in officio continebit. Sed quia dementiæ ſummæ eſt, hortum poſsidere probè conſitum, optimè cultum qui dies ac noctes pateat incurſibus iniuriiſque deprædantium hominum, & deuaſtantium quadrupedum atque alituum, ideò quibus copia ſuppetit, hortos parietibus cingunt.

Alij macerias ex luto & lapide circumducunt. Plerique tenuiores paleato vtuntur fimo & limo: aut ſaxa in ordinem congeſta iam coagmentant. Sunt qui foſsis & aggeribus circumdent, quod maximopere vitandum: nam horti humores ita ſubducuntur, niſi fortè locus paluſtris fuerit. Ruſtica & plebeia turba in ſyluis reciſa ſpineta, viminea, & arundineta pro munimento adaptat. Horti abs area, ſtabulo fœnario longè ſiti eſſe debent, ſi poterit. Nam palearum puluerem ceu inimicum agri patiuntur: immo verò nec paleas ipſas, quòd hora lædunt. Nam hærendo folia perforant, quæ perforata ſtatim aduruntur. Proſunt tamen radicibus perinde atque ſtercus: ſed ramulis & foliis nocentiſsimæ iudicantur. Adhæc arborum fœtibus qui lignoſi non ſunt, præcipuè vitibus, & inter lignoſos amygdalis. Poſitio horti optima, ſi leniter inclinata planities curſum fluentis aquæ per diſtincta ſpatia exceperit. In quam rem ſi defuerit fons, eius loco aut imprimendus erit puteus: aut ſi id nequeas, ciſterna ſuperiori parte conſtruetur, vt illinc aquas conferente pluuia, hortus per æſtiuos ardores excipiat. Si his omnibus facultatib. careris, hortum tribus quatuórue pedibus altius fodies ad ſimilitudinem paſtini. Ita enim culturæ ſiccitates negliget. Terra ſalſa omninò vitanda & amara. Optima quæ neque æſtate valde reſiccatur, neque argilloſa eſt, neque arenoſa & aſpera, neque hiatibus per æſtus obnoxia. Ante omnia elapidatum ſolum, minimè rimoſum, ne ſol penetrans plantarum radices exurat. Terra quæ fluminibus, aut perpetuis aquis circumdatur, non ſo-

per eſt laudabilis: nam ſata & plantata quædam, aqua facilè ſeneſcunt, fructúſque ſiue herbarum ſiue arborum inſipidos ac humidulos plerunque gignunt. Plantantem hortulanum non oportet ſtatim ſtercus ad radices iniicere, ſed primùm tenuẽ terram illis immittere, deinde ſtercus, quod rurſus terra tegendum erit. Ita neque comburentur plantæ, neque ſtercorarius calor illicò exhalabit. Olitores ne vtuntor ſtercore annuo: nam præterquam quod eſt inutile, quàm plurimas beſtiolas generat. Triennale commendatur. Longiori enim tempore quidquid habuit fœtidi ac mali, euaporauit, & ſi quid durum inerat, ætas remolliuit. Cinis tenuiſsimus, naturà calidus, herbis ac oleribus ſtercus optimum. Pulices enim hortenſes, vermes, erucas, limaces, & animalia parua ſtirpes depopulantia aut occidit aut abigit. Præceperunt quidam hortum non eſſe ſeminandum, niſi cum terra pluuiis permaduerit. Eæ ſi tempeſtiuè & opportunè deſcendant, non improbo. Si tardè labantur, quantumuis ſitienti horto ſemen committi poterit. Curandum etiam ante ſationem, vt prauarum herbarum radices necentur, digerendus in areas, quæ ita informandæ, vt runcantium manus ad dimidiam latitudinis partem facilè perueniant: ne dum herbas inutiles illæ perſequuntur, ſemina pedibus interim proculcentur. Vehementer admittendum, vt ſationi ſerenitas, & temporis clementia ſuccedat. Nam fauente cœlo, tepentibus locis & à ſole illuſtratis, citiſsimè prorumpunt ac pullulant ſemina. Sint autem ſemina vegeta, plena, recentia, ſucculenta. Si timor fuerit, ne frigoribus,

pruinis, ardoribus perurantur aut offendantur, paleis contegentur, quibus tranſuerſæ virgæ imponentur, & virgis arundines aut ſarmenta, ne à ventis rapiantur, vel ab auibus deprædentur. Rigatio ſolibus æſtiuis, & maximè circa exortum caniculæ, ſummoperè probatur hora matutina ac veſperi, ne à ſole inferueſcat aqua, & radices adurat. Sed ne tum quidem nimiæ debent eſſe rigationes, quoniam inebriatis radicibus nocent. Non eſt haurienda aqua putei, ne ob frigus cruditate nimia radices percellat. Quod ſi alterius non erit facultas, horis aliquot ante haurienda, & ſub dio exponenda erit, vt tepeſcat. Salſæ aquæ hic ſummoperè fugiendæ, niſi in raphano, beta, ruta, cunila, quibus aquea ſalſitudo peculiaris medicina. Minus vtiles è ſtagnis hauſtæ ad rigationem, & quas elices inducunt, quoniam herbarum ſemina inuehunt: præcipuè tamen imbres alunt plantas: nam illis innaſcentes beſtiolæ necantur. Iam de auxiliis contra peſtes hortenſes longioris operæ ſit differere: vt ſunt vermes, erucæ, talpæ, limaces, culices, muſcæ, ranæ, bufones, hortenſes mures, muſtelæ, ſerpentes, & alia reptilia, grando, fulmen, tempeſtas, rubigo, pruina, carbunculatio. Dicendum eſſet de cultu lactucarum quomodo lata fiat, candida & tenera: quomodo pomata, ſuauis, odorata, ſapida: quomodo condenda. Multa item de braſsica, quę terra illi commoda, quando tranſferenda, quæ ſpecies, quomodo ſapore fiat inſignis: de apio, quomodo fiat folio latiſsimo, de beta, portulaca, de aſpargis, de ruta, quomodo ſerenda, vbi optima naſcatur, de oxaliolis, & ſpinace-

naceorum cura. De radicibus eſculentis, vt porro, allio, cæpis, raphano. De fructibus herbaceis eſculentis, vt cucurbita, cucumere, peponibus, hortenſi carduo. De floribus ac plantis odoratis, vt roſis, liliis, amarantho, violis, ſaluia, fœniculo, lauandula, roremarino, mentha, ſolſequio, maiorana, bellio, abſinthio. Sed aduertamus aliquando proram littori. Studiis quidem veſtris hoc anno finem non imponetis: itaque tempus non deerit, cum iſta apud auctores ſuos multò copioſius tractata legetis. Quæ dixi, boni conſulite, & ſi fortè ſatisfactum non eſt, vobis aſsignate, qui quaſi magiſtrum aliquem de ſchola me audire voluiſtis, ſuper his, quæ ego iam pridem depoſui. I. Tanta extenuatione nihil opus eſt: nunquam nos pœnitebit te ad iſtas explicationes inducere potuiſſe. Quàm vellemus officium iſtuc aliquo munere compenſare liceret? Quod vnum licet, in memoria ſemper conſeruabimus. R. Aliquot certè talenta non meream, vt hodie ad te non acceſſerim. Nam vel modica doctrina multo auro apud me pluris eſt, nedum tanta, quanta tu nos hodie cum ſumma humanitate imbuere non recuſauiſti.

---

## ANNOTATIONES.

VINETA ET HORTI) *Virgilius in doctrina ruſtica hortorum cultum prætermiſit, tum quia feſtinaret ad finem, vt nautæ ad proximum portum: tum quia ſpatiis iniquis excluderetur.*

*Atq; equidem extremo ni iam ſub fine laborum*

*Vela*

*Vela traham, & terris feſtinem aduertere proram:*
*Forſitan & pingues hortos quæ cura colendi*
*Ornaret canerem, biferiq; roſaria Peſti:*
*Quóq; modo potis gauderent intybariuis &c.*

*Et poſt multa.*

*Verùm hæc ipſe equidem ſpatiis excluſus iniquis*
*Prætereo, atq; aliis poſt me memoranda relinquo.*

Hæc poeta: non quia curam hanc vt tenuem ac vilem de-
ſpiciendam putet. Quapropter miror cur ita ſcribere vo-
luerit Colum. præfat. lib. 10. Veruntamen non ſine ſpe
proſperi ſucceſſus aggreſſi ſumus tenuem admodum, &
pœne viduatam corpore materiam, quæ tam exilis eſt,
vt in conſummatione quidem totius operis annumera-
velut particula poſſit laboris noſtri, per ſe verò, & quaſi
ſuis finibus terminata, nullo modo ſpecioſè confici. Nam
etſi multa ſunt eius quaſi membra, tamen eadem tam
exigua ſunt, vt, (quod aiunt Græci) ex incomprehenſi-
bili paruitate arenæ funis effici non poſſit. Hæc, inquam,
illum dicere miror, cum videamus non minus de rebus hor-
tenſi, quàm de agricultura, pecuaria, cæteríſque partibus
Georgices conſcriptos eſſe libros: nec illa aut minus late
patet, quàm harum partium aliqua: aut præſtantibus
viris minus digna iudicari debet, qui ex omnibus hanc
potiſſimè adamauerunt, cum vitam ruſticam agere de-
creuiſſent. Hortorum porro nomine pomaria etiam com-
prehendimus, ſeu arbores ſatiuas, earúmque cultum, non
ſolum herbas, & illas inemptas naturaléſq; dapes. Res vi-
neatica vt ampla, ſic ſubobſcurior ac difficilior eſt ad per-
cipiendum. Statueram annotationum loco verborum &
locutio-

*locutionum nonnullas explicatiunculas ſuper eo argumento ſubiungere, ſed quia id egregiè in re ruſtica vniuerſa præſtitit in ſuo Prædio Carolus Stephanus, ſtudioſos ad eum mitto.* SOPIVNTVR ENIM CVRÆ) *Hoc Anacreon temulentus ſenex & poeta* βακχικώτατος *creberrimè experiebatur. Eius* ὠδάριον *vnum integrum teſtificationis ergô adducam, & eo hoc annotationum claudam.*

Οταν πίνω τὸν ὄινον,
Εὕδουσιν αἱ μέριμναι,
Τὶ μοι πόνων, τί μοι γόων.
Τί μοι μέλει μεριμνῶν;
Θανεῖν με δεῖ κἂν μὴ θέλω.
Τί δὲ τὸν βίον πλανῶμαι;
Πίωμεν οὖν τὸν ὄινον
Τὸν τοῦ κάλου Λυαίου.
Σὺν τῷ δὲ πίνειν ἡμᾶς
Εὕδουσιν αἱ μέριμναι.
*Dum dulcia bibo vina,*
*Mox cura dormit omnis,*
*Luctus, dolor recedunt,*
*Nil triſte pectus angit.*
*Nolim velim mors me auferet.*
*Errare quæ voluptas?*
*Merum merum bibamus,*
*Pulchri merum Lyæi.*
*Dum vina potitamus*
*Mox cura dormit omnis.*

PRO-

# PROGYMNASMA OCTAVVM ET VICESIMVM.

## *Paralipomena ad agriculturam.*

*RABONIVS ALTINVS.*

RABONIVS. Re ipſa auctore experiri me vel-
lem, num tu, Altine, proinde vt ad Aenei-
dem Maronis, ſic etiam ad eiuſdem Geor-
gica ſæpè multúmque lectionem adhibueris. A.
Egó ne? Sæpe, Raboni, & quod tam ſine arrogan-
tia, quàm ſine fraude mendacióque dixerim, mul-
tùm ſanè. Quin tu experiris? R. Aliter nequeo, ni-
te quædam interrogem. Hoc ſiſne amiciorem in
partem accepturus, an pro indigno habiturus, id
verò eſt quod dubito. A. Interrogationum iſtarum
perfectum ac ſummum ius à me feras volo. Vti
tu magiſter eſſes, ego diſcipulus, ita quæcunque vt
exquirito liberrimè, & iſtud in quo ſedem capi-
mus conclaue, ludum eſſe fingito. R. Tres libros
poſteriores intactos præteribo, ex primo ſciſcita-
bor, non de Arcturi hœdorúmque ſideribus, non
de ortu & obitu Atlantidum, aliarúmue ſtellarum,
de quibus illic poeta loquitur, verùm de aliis cum
ad intelligentiæ noſtræ capacitatem aptioribus,
tum ad reſponſionem magis aliquanto expedi-
A. Mea quidem cauſſa non eſt, cur iſtas conditio-
nes admiſceas: non ſolùm libros illos quatuor id-

pulchre

pulchre intelligo, quia doctorem eruditiſsimum eos planiſsimè interpretantem audiui, ſed explanatores quoque poſtea, Seruium & alios ſtudioſè lectitaui: & quod ſupra fidem tuam ſit fortaſſe, inhærent toti in mente mea. Sentin' ſuperbiam? R. Non iſtuc fidem meam ſuperat, qui Alexandrum Regem quanta quanta eſt. Iliadem edidiciſſe alicubi ſcriptum inuenerim. Tamen nunc eò proſilire quo inſtituebam, & facere, quod tu mihi vt facerem humaniſsimè permittebas, videor non debere. A. Et ad hoc ſumas audentiam licet, & ad maiora etiam. Ne tu mihi nouum honorem impertias, quando nec ego tibi ſingularem: eſt enim iampridem germaniſsima inter nos copulata ſodalitas, & erit cum pari te libertate tractabo. R. Ergo quæ opera agricolas moliri diebus feſtis patitur Maro, quæ neque diuina iura exceperint, neque humana legum inſtituta vetuerint? A. En tibi verſus, qui pandant quod quæſiſti.

*Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus*
*Fas & iura ſinunt, Riuos deducere nulla*
*Relligio vetuit: ſegeti prætendere ſepem:*
*Inſidias auibus moliri: incendere vepres:*
*Balantúmq; gregem fluuio merſare ſalubri.*
*Sæpe oleo tardi coſtas agitator aſelli*
*Vilibus aut onerat pomis: lapidemq; reuertens*
*Incuſum, aut atræ maſſam picis vrbe reportat,*

Quippe ad colonos æquè vt ad hominum ordines alios pertinere ducebat vates intelligentiſsimus, ſcire otij ſui rationem reddere, probabátque tacitus Solonem, qui ſanxit, vt otium ſectantes cuiuis integrum eſſet accuſare. Quin & illa apud anti-

quam

quam & ruſticam olim Romuli Numæq́; progeniem concedebantur: far pinſere, faces incidere, candelas ſebare, vineam conductam colere, piſcinas, lacus, foſſas veteres tergere, & purgare, prata ſicilire, ſtercora æquare, fœnum in tabulata componere, fructus oliueti conductos cogere, aliáque nonnulla perinde agreſtia. Quanquam tacui quædam quæ per religiones Pontificum facere poteſtas non erat. R. Plus das quàm exſpectabam. Et pluuia tempeſtate quomodo vitabunt otium agricolæ? A. Hoc etiam verſibus aliquot comprehenſum tibi recitabo.

*Frigidus agricolam ſi quando continet imber,*
*Multa, forent quæ mox cælo properanda ſereno*
*Maturare datur. Durum procudit arator*
*Vomeris obtuſi dentem, cauat arbore lintres,*
*Aut pecori ſignum, aut numeros impreßit aceruis,*
*Exacuunt alij vallos, furcáſq; bicornes,*
*Atq; Amerina parant lentè retinacula viti.*
*Nunc facilis rubea texatur fiſcina virga,*
*Nunc torrete igni fruges, nunc frangite ſaxo.*

Non mirum ait eſſe, ſi hæc factitent diebus pluuiis, cum nec feſtos quidem per inertem ceſſationem honeſtum ſit tranſmittere. R. Vt aliqua impenſa augeam tuum hoc munus, & paria modo aliquo reddam paribus, Catonem quoque docere memini, quid tali tempore agreſtibus ſit agendum, idq; non longè à principio libri. Atque vt memoriam meam videas, tuæ ſimillimam, ad verbum ea producam. Per ferias potuiſſe foſſas veteres tergeri, viam publicam muniri, vepres recidi, hortum fodiri, pratum purgari, virgas vinciri, ſpinas runcari, expin-

expinſi far, mundicias fieri. Hem Themiſtoclem, qui reminiſcebatur etiam quæ obliuiſci maluiſſet. A. Vt ludit facetè meus Rabonius? Dehinc percontere licet, quemadmodum pro Maronis præcepto hyemem conſumant agricolæ. R. Hyemem, ait ille, remiſſos & ignauos efficere ruſticos, qui rebus per æſtatem partis perfruantur ſolutiſsimè, conuiuiis agitandis, & placando genio, nautarum ſolemnia imitantes, qui ſalo enauigato, & periculis erepti grauiſsimis, poſtquam deſideratos tenuere portus, naues coronamentis exornant, & gaudiis indulgent. Effluxerunt ex animo verſiculi, alioqui eos viciſsim pronuntiarem tibi. A. At illorum recordaris, qui continenter ſequuntur de quibuſdam eorundem per hybernos menſes occupationibus. Totus locus hic eſt.

*Frigoribus parto agricolæ plerunq; fruuntur,*
*Mutuáq; inter ſe læti conuiuia curant.*
*Inuitat genialis hyems, curáſq; reſoluit:*
*Ceu preſſæ cum iam portum tetigere carinæ,*
*Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas.*
*Sed tamen & quernas glãdes tunc ſtringere tempus,*
*Et lauri baccas, oleámq; cruentáq; myrta:*
*Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis:*
*Auritóſq; ſequi lepores: tum figere damas,*
*Stuppea torquentem balearis verbera fundæ,*
*Cum nix alta iacet, glaciem cum flumina trudunt.*

R. Quando tam promptus, & opera largus es, plura, non iam explorandi, ſed reminiſcentiæ cauſſa interrogare cupio: quod te oro vt me ſinas. A. Moleſtus non eris, ſiue tu quæras vt cognoſcas, ſiue vt recognoſcas, redintegréſque memoriam. Nam te

quæſitûrum, quæ ego neſciam, haud opinor. R. Nonne ſunt quæ noctibus agenda monet? A. Sunt certè.

*Multa adeò gelida melius ſe nocte dedere,*
*Aut cum ſole nouo terras irrorat Eous.*
*Nocte leues melius ſtipula, nocte arida prata*
*Tondentur: noctis lentus non deficit humor.*
*Et quidam ſeros nocturni ad luminis ignes*
*Peruigilat, ferróq; faces inſpicat acuto*
*Interea longum cantu ſolata laborem*
*Arguto coniux percurrit pectine telas:*
*Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem,*
*Et foliis vndam tepidi deſpumat aheni.*

R. Rotunda & elaborata Muſa. Puto non inten-peſtiuè hîc memorari poſſe, quæ Plinius, vbi ami-quorum in agro colendo præcepta libris ſuis in-fert, oracula vocauit. Nequam agricolam eſſe, quiſquis emeret, quod præſtare ei fundus poſſet. Malum patremfamiliâs, quiſquis interdiu faceret, quod noctu poſſet, niſi intempeſtate cæli. Peiorem qui profeſtis diebus ageret, quod feriatis deberet. Peſsimum qui ſereno die ſub tecto potius opera-retur, quam in agro. Ad vbertatem fœcundi-témque ſoli conciliandam, ſi memini, ratio-Maro intexit, quas libeat tibi quæſo velut exco-dem itinere aliud quippiam oſtendere vnà ambu-lanti. Hoc enim tantum eſt reliquum de memo-ola mea, vt in multis multa me oblitum mem-ſim. A. Quis verò mortalium non aliquid aliqu-do obliuiſcitur? Rem ipſam libens diſſeram v-bis meis: verſus, quia plures cum ſint, tibi faſti-poſſunt eſſe, cum iam plurimos audieris, non a-dies. R. Voluntas tua mea eſt: nec enim dictu

vnqua

vnquam ſum, quod in quendam Martialis: Velle tuum nolo, Dyndime, nolle volo. A. Agri quò fe-races fiant, & ſemina votis probè benignéque re-ſpondeant, iſta octo ſeruanda præſcribit. Vt alter-nis annis quieſcant, & ſitu quodam dureſcant, vi-réſque debilitatas rurſum inſtaurent, quæ nouales aut noualia dicuntur. Mutatis item ſeminibus ar-ua quodammodo reſpirant, & quietem agunt, quoniam minus in producendo exhauſta langue-ſcunt. Quare conſilium eſt, vnde anno ſuperiore lupinum, viciam, fabam, eruum, lentem, cicercu-lum, piſum, legumina, quibus terra velut adiuua-ri, pingueſcere, & ſtercorari ſolet, ſuſtuleris, ibi-dem ſementem frumentariam facias. Nam linum, auena, papauer, aut legumen ſimile, quæ terram exſugunt, perurunt, & emaciant, viribus frumen-tum æquant: illa ſupradicta haud multo ſucco in-digent: quocirca in macro etiam tenuioréque fun-do feliciter ſeruntur, poſteriora rectius in pingui, quia cibi ſunt maioris, vt triticum, vt ſiligo. Ca-uebimus ergo ne hæc cum farris ſatione alterne-mus. Addere tamen vim aruis debebit ſtercora-tio. Quod opus quanquam ſordidum ac fœdum, ſegetibus nihilominus eſt vtiliſsimum, & magno-pere neceſſarium, quas Virgilius in aditu operis meritò lætas dixit: fimus ſiquidem qui per agros iacitur, lætamen vocatur, ob quem finem cineres quoque ſpargendos præcipit. Sin autem nullum fimi genus ſuppetet, ſtipulas per arua ſteriliora plu-ribus de cauſsis incendere iubemur. Ex tali ete-nim incendio terra vires quaſdam latentes, & ali-mentum concipit, ipſóque calore ignis humores

noxij, quibus ager infeſtabatur, prorſus exſudantur. Eodem calore venæ ac meatus oppleti obſtructique pateſcere incipiunt, ſpiramenta aperiuntur & laxantur, per quas vias vtiliores, & ad fructum aptiſsimi ſucci in fruges & herbas inſinuant. Quod ſi tellurem plus æquo ſolutam & laxam inueneri, denſabit eam & coarctabit, vt pluuiis, æſtibus, frigori ſit imperuia. Sed ad ſegetum fælicitatem vehementer proficiemus aratione per tranſuerſum iterata, cratéque aut raſtro comminutis glebis, & ante ſparſum ſemen æquata per occationem agri ſuperficie. Denique credamus licet, eò beatiores fore meſſes, quò diligentiore cultura terræ inſiterimus, & religioſius à Deo idoneam frugibus tempeſtatem impetrare contenderimus: hyemes ſcilicet ſerenas ac tepidas, æſtates verò humidas. Vt igitur quæ dixi in ſummam redigam, fæcundant agrum arationis intermiſsio, ſementis mutatio, cinis, fimus, ſtipularum exuſtio, glebarum diſcuſsio, tranſuerſim vſurpata proſciſsio, diuinæ clementiæ imploratio, ſine qua omnis noſtra nihil vlla in re valere poteſt ſedulitas. R. Manifeſtè ſatis hoc ipſi prodimus, cum in dies panem non aliunde quàm de cœlo & petimus, & exſpectamus. Nec qui plantat, nec qui rigat eſt aliquid, ſed qui incrementum dat Deus. Hunc ſi audierimus, bona terræ comedemus. Faciam nunc quod Menalcas paſtor in eclogis: qui cum è Mopſi cantu Daphnidis apotheoſin celebrantis mira eſſet voluptate affectus (vt me quoque tuus hic ſermo plurimum recreauit) ſe gratum eſſe ſtudet, & ait.

N

*Nos tamen hæc quocunq; modo tibi noſtra viciſsim*
*Dicemus, Daphnimq; tuum tollemus ad aſtra:*

Sic ego de vitiis & remediis frugum nonnulla ſtrictim ex Plinio, quæ in mentem venerint. A. An quidquam nobis tali ſit munere maius? R. Primum vitium eſt auena, in quam degenerat hordeum, vt ipſa ſit frumenti inſtar. A. Quæ eſt ratio? R. Soli & cœli humor potiſsimùm: tum ſeminis imbecillitas, cum diutius retentum eſt terra, priuſquá erumperet. Item ſi carioſum fuit, cum sereretur. Sol creber è nube. Vermiculi nati in radice, cum ſementem ſecutis imbribus, repentinus calor humorem incluſerit. Cantharis, ſcarabæi parui genus frumenta erodens. Oleum, pix, adeps inimica ſunt ſeminibus: quibus ne contingantur prouidendum eſt. Matureſcentia frumenta ab imbre detrimentum capiunt. A. Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres. An verò lolium, tribuli, cardui, lappæ morbi frugum non ſunt? R. Hæc, vt rubos, inter ipſas potius terræ peſtes numerauerim. Eſt & magnum malum rubigo, & luxuria, cum onerata fertilitate ſegetes procumbunt. Iam exitium ciceris quod ſit, erui, fabæ, viciæ, ne ſim longior, omittam. De remediis tantum referam principium, cætera tu nullo labore inuenies: aut pridem, quod ſuſpicor, iam legiſti. A. Dic principium. R. Vino ante ſemina perfuſa minus ægrotare exiſtimantur. Virgilius nitro & amarca perfundi iubet fabam: ſic etiam grandeſcere promittit. Quidam verò, ſi triduo ante ſatum vrina & aqua maceretur, præcipuè adoleſcere putant. Reliqua ſemina cupreſsi foliis tuſis ſi miſceantur,

non eſſe vermiculis obnoxia, nec ſi interlunio ſe-
rantur. Nimium procedo, periculum eſt ne rece-
ptum amittam. Itaque tempori me recipio. A. Poſ-
ſis & tu à me interrogari, vt video, R. Si quatriduo
ante mecum de futuris quæſtionibus conueneris,
vt ad reſponſa comparare me queam.

## ANNOTATIONES.

PRATA SICILIRE) *Id eſt, falcibus conſectari quæ
fœniſecæ prætererunt, & quaſi herba tuberoſum re-
liquerunt campum. A qua ſectione arbitror dictum ſi-
lire pratum. Varro lib. 1. cap. 49. Eidem lib. 4. ſecu-
falces ſunt à ſecando, & ſicilire eſt tanquam ſeculire.
Siciliam & ſicilum vocabant, quidquid ſecandi vim ha-
beret. Inde Sicilia dicta, quia ab Italia abſecta. Inde fo-
taſſe ſicilire. Sicilices dicit Feſtus eſſe haſtarum ſpicu-
lata. Per diminutionem, ſicilicula paruula quædam ſpi-
cula, aut falculæ, quæ in crepundiis interdum puerorum
habebantur.* ALIAQVE NONNVLLA PERINDE)
*Vt mala, pyra, ficos pandere, caſeum facere, arbores ſe-
rendi cauſſa collo vel mulo clitellario afferre: ſed iuncta
aduehere non permittitur, nec apportata ſerere, nec te-
rram aperire, neque arborem collucare, ſed ne ſementem
quidem adminiſtrare, niſi prius catulo feceris: nec fœnum
ſecare, aut vincire, aut vehere, ac ne vindemiam quidem
cogi per religiones Pontificum feriis licet: nec oues ton-
dere, niſi prius catulo feceris. Defrutum quoque facere,
& defrutare vinum licet. Vuas, itémque oliuas con-*

tui legere licet. Pellibus oues veſtiri non licet. In horto quidquid olerum cauſſa facias, omne licet. Feriis publicis hominem mortuum ſepelire non licet. Feriis tantum denicalibus mulos iungere per Pontifices non licet, cæteris licet. Hactenus Colum. lib. 2. cap. 22. Tradit Plin. catulos lactentes adeò puros habitos apud priſcos, vt placandis numinibus hoſtiarum vice catulis vterentur. In canario ſacrificio rutilæ canes immolabantur pro frugibus, vt ita deprecarentur ſæuitiam ſideris caniculæ. VT ALTERNIS ANNIS QVIESCANT) Si patiantur hoc ruris ſpatia, proculdubio vtiliſſimum eſt. Quod ſi neget conditio, far ſerendum, vnde lupinum, aut vicia, aut faba ſublata fuerint, & quæ terram faciant lætiorem. Et in frugibus quidem ferendis eadem terra vtilior intelligitur, quoties intermiſſa cultura quieuit. Plin. lib. 18. cap. 21. & lib. 17. cap. 5. QVÆ NOVALES, AVT NOVALIA) Nouale eſt, quod alternis annis ſeritur, vel ager noua relictus ſementi. Vel quia intermiſſus renouatur à nouando noualis. Sed Varronem auſcultemus cum hæc, tum alia ad agrum ſpectantia eodem loco explicantem, videlicet lib. 1. cap. 29. Seges dicitur, quod aratum ſatum eſt: aruum quod aratum, necdum ſatum eſt. Noualis, vbi ſatum fuit, antequam ſecunda aratione renouetur rurſum. Terram cum primùm arant, proſcindere appellant: cum iterum, offringere dicunt: quod prima aratione glebæ grandes ſolent excitari. Tertiò cum arant iacto ſemine, lirare dicuntur: id eſt, cum tabellis additis ad vomerem, ſimul & ſatum frumentum operi-

*unt in porcis, & ſulcant foſſas, quo pluuia aqua delabatur. Quà aratrum vomere ſtriam fecit, ſulcus vocatur. Quod eſt inter duos ſulcos elata terra, dicitur porca, quod eò ſeges frumentum porricit. Sic quoque exta deis cum dabantur, porricere dicebāt. Feſtus aliter* ἐτυμολογεῖται. *Porcæ, inquit, appellantur rari ſulci, qui ducuntur aquæ deriuandæ gratia, dicti quod porcent, id eſt, prohibent aquam frumentis nocere. Nam crebriores ſulci limi vocantur. Colum. lib. 11. cap. 2. liras vocant ruſtici eaſdem porcas, cum ſic aratum eſt, vt inter duos latius diſtantes ſulcos, medius cumulus ſiccam ſedem frumenti præbeat. Hæc Græci* ἔλικας *appellant.* LVPINVM, VICIAM, FABAM) *Quæ genera leguminum proſunt, quæ officiant aruis Colum. lib. 2. cap. 7. Dicuntur item legaria, vtraque voce facta à legendo, quod manu legantur, ſeu vellantur è terra. Varro lib. 1. cap. 23. & 32.* DEBEBIT STERCORATIO) *De hac Varro lib. 1. cap. 38. Colum. lib. 2. cap. 15. & 16. Pallad. lib. 1. cap. 33. Plin. lib. 17. cap. 11. & 27. lib. 18. cap. 23.* SIT AVTEM NVLLVM FIMI GENVS) *Nec ignoro, inquit Columella, quoddam eſſe ruris genus, in quo neque pecora, neque aues haberi poſſint. Attamen inertis eſt ruſtici eo quoque loco defici ſtercore. Licet enim quamlibet frondem, licet è vepribus compitiſque congeſta colligere. Licet filicem ſine iniuria vicini, etiam cum effoſſam decidere, & permiſcere cum purgamentis cortis. Licet depreſſa foſſa, qualem ſtercori reponendo fieri præcepimus,*

cine-

cinerem cœnúmque cloacarum, & culmos, cæteráque quæ euerruntur in vnum congerere.

Viſum eſt adhuc pro auctario voces & loquendi genera ſubiicere, quæ ad agricolationem referuntur, & à nobis vel vſurpari, vel explanari commodè nondum potuerunt. Hoc ideò faciemus, quia conatu noſtro præcipuè ſtudioſis latinitatis prodeſſe, eorúmque gazam adaugere & amplificare percupimus: quod ſanè quidem in nulla, quam in hac ruſtica claſſe nobis pro optato magis & conſecuti hactenus, & in reliquis adhuc conſecuturi videmur. Ordinem elementorum negligemus, & quanta fas erit breuitate rem abſolutam dabimus. Arare eſt terram vomere ſubigere. Virgilio terræ ſulcos infindere, vertere, verſare, ferro vertere, proſcindere terram, æquor, terræ ſolum inuertere, ferro ignotum æquor ſcindere, exercere tellurem, atq; imperare aruis. Elegans eſt illa periphraſis.

*Depreſſo incipiat iam tum mihi taurus aratro*
*Ingemere, & ſulco attritus ſplendeſcere vomer.*

Leuem arationem in terra infœcunda, dicit tenui ſuſpendere ſulco, quod Colum. terram leui admodum vomere ſauciare. Incumbere aratris. Tibullus, humum ferro ſollicitare. Scamna facere inter arandum quid ſit, ex Columella diſcas, lib. 2. cap. 4. Nam veteres Romani dixerunt malè ſubactum agrum, qui ſatis frugibus occandus ſit: eum porrò an rectè aretur, frequenter explorare debet agricola. Nec tantum viſu, qui fallitur nonnunquam, ſuperfuſa terra latentibus ſcamnis: verùm etiam tactu, qui minus decipitur, cum ſolidi rigoris admota

*pertica tranſuerſis ſulcis inſeritur: ea ſi æqualiter, ac ſine offenſione penetrauit, manifeſtum eſt totum ſolum deinceps eſſe malum: ſin autem ſubeunti durior aliqua pars obſtitit, crudum veruactum eſſe demonſtrat. Hoc cum ſæpius fieri bubulci vident, non committunt ſcamna facere.* Seminare. *Virgil. committere ſulcis ſemina, annique ſpem credere terræ.* Opus facere. *Terentio eſt in agro arando, fodiendo, colendo occupatum eſſe: vno verbo, ruſtico operi intentum eſſe. Heaut. Quod in opere faciundo operæ conſumis tuæ. Phormione. Cui in opere vita erat. Id eſt, qui ruri agrum colendo, & opus ruſticum faciendo victum quærebat, aut vitam tolerabat, vt ſubaudias, faciendo. Sic Ouid. in Faſt.*

*Aut quia cum colerent priſci ſtudioſius agros,*
*Et faceret patrio rure ſenator opus.*

*Eſt item caſtrenſis loquendi forma, facere opus, pro, caſtra communire, foſſam & vallum circumdare. In opere eſſe milites dicuntur, cum vallo foſſáque mœnia cingunt, vel turres extruunt, vel cuniculos in vrbem agunt. Hinc immunes operum militarium apud Liuium, & ad opus milites traducere, & opera pro ipſis munitionibus. Apud Cæſarem, ab opere reuocare milites, ab opere diſcedere.* Operari *eſt Latinis agitare conuiuia, & ſacrificare. Virgil. 1. Georg. lætis operatus in herbis. Horat. Oda 14. lib. 3. iuſtis operata diuis. Tibull. eleg. 5. lib. 2. Tunc operata Deo pubes diſcumbet in herba. Plautus. Vt iſthæc operatio crimen expiet. Pro agere ſeu ἐνεργεῖν, & operationem pro actione, quam vocant Græci ἐνέργειαν, nunquam*

quam vſurpant. Frumenta comprehendunt, radices latius, anguſtius diffundunt, hordeum è terra exit. Ouid. prodit & in ſummum ſeminis herba ſolum. Semen exiſit, pateſcit, prodit ſeges, ſemen vetuſtate exſuctum, adulterinum, admixtum. Semen reſpondet, fructus redit, & pro impenſa. Humus repetita cultu, magno fœnore ceſſationis colono reſpondet. Arua benignè reſpondent. Ex eodem ſemine alicubi cum decimo redit, alicubi cum quintodecimo. Colonus non peruenit ad fructus, non poteſt facere meſſem. Horat. Epod. Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis. Siliculam capere dixit Varro de lupino, quod aliâs in ſiliquam peruenire, eſſe in ſiliqua, ſiliquari. Cato granum capere, vt Plin. de arboribus, radices capere. In ſegetibus quod culmus extulit, ſpica dicitur: quæ ſi mutila non eſt, in hordeo & tritico tria habet continentia, granum, glumam, ariſtam: & etiam primitus ſpica cum oritur vaginam. Granum, quod eſt intimum ſolidum. Gluma qui eſt folliculus eius. Ariſta quæ vt acus tenuis, longa eminet è gluma. Proinde vt grani theca ſit gluma, & apex ariſta. Granum à gerendo etymon habet: id enim ſeritur, vt ſpica gerat frumentum, non vt glumam aut ariſtam. Gluma à glubendo, quod eo folliculo deglubitur granum Feſtus. gluma hordei tunicula: dictum, quod glubatur id granum. Vnde & pecus glubi dicitur, cuius pellis detrahitur. Pergamus cum Varrone. Ariſta dicta, quod areſcit prima. Spica à ſpe videtur nominata, vnde olim ruſtici ſpecam nominabant. Spica mutila, quæ non habet ariſtam, ea quaſi cornua

ſunt

*ſunt ſpicarum, & boues carentes cornibus dicuntur mu-*
*tili. Spicæ cùm primitus oriuntur, neque planè apparent,*
*quæ ſublatent herba, vocatur vagina, vti qua latet con-*
*ditus gladius. Illud ſumma in ſpica iam matura, quod eſt*
*minus quàm granum, vocatur frit. Quod in infima ſpica,*
*ad culmum ſtramenti ſummum, item minus quàm gra-*
*num, appellatur vrruncum. Hæc ille toto cap. 48. lib. 1.*
*quæ vno loco poſita, & tam diſertè ac politè explicata de-*
*ſcribere me haud piguit. Apud Plin. lib. 18. cap. 7. plu-*
*rima ſermoni elegantiori de frugibus idonea ſe offerunt.*
*Ex aceruo quadam tollam. Erumpit à primo ſatu horde-*
*um die ſeptimo. Ex hordeo alterum caput grani in radi-*
*cem exit, alterum in herbam. Radicem craſſior pars gra-*
*ni fundit, tenuior florem. Frumenta hyeme in herba*
*ſunt, verno tempore faſtigiantur in ſtipulam. Omnium*
*ſatorum fructus aut ſpicis continetur, munitiórque vallo*
*ariſtarum, aut includitur ſiliquis, aut vaſculis. Fru-*
*menta quædam in tertio geniculo incipiunt ſpicam con-*
*cipere. Fabæ in folia exeunt, ac deinde caulem emit-*
*tunt, nullis diſtinctum internodiis. Tunicæ frumen-*
*to plures, hordeum maximè nudum. En quàm belle*
*efferuntur, in quibus extrema egeſtas noſtræ linguæ pro-*
*ſus obmuteſcit.* Acus *ſunt purgamenta frugum.* Col-
liciæ, *ſiue colliquiæ ſulci maiores, quibus humor agro-*
*rum noxius ex minoribus ſulcis deriuatur extra ſegetes.*
Cudentes, *qui in area baculis excutiunt legumina ac*
*frumenta, à cudendo, id eſt feriendo.* Iterari *dicuntur*
*agri, quando ſecunda aratione coluntur, quod eſt offrin-*
*gere*

*gere, vnde iteratio. Tertiari quando tertia aratione, & tertio ſulco repetuntur.* Verſuræ *vbi boues in arando poſt peractum legitimum ſulcum circumaguntur, vertunturque.*

# PROGYMNASMA NONVM ET VICESIMVM.

## Paralipomena ad pecuariam.

### *VIATOR, TONSORES OVIVM, RVSTICVS.*

VIATOR. Eho, quod iſtuc in oculos meos incurrit repentinò ſpectaculum? ſi non cæcutio, tondentur oues profectò, & oues multæ: atque ideò applicati ad hoc lanare pecus exonerandum tonſores & tonſtrices multi & multæ profectò. Superaſtat inſpiciendis operis præſens ipſe Ruſticus. Bene facit profectò. Quàm diues hic pecoris niuei? ergo etiam, quàm lactis abundans? non illi, vt equidem reor, nec æſtate nouum, nec frigore deſit. Video certè nunc fieri, quod idem poeta ſuum ſibi bolum à nebulone poetaſtro præreptum indignatus, ſcripſiſſe fertur: ſic vos non vobis vellera fertis oues. En manſuetudinem. Vinciri ſe, tonderi ſe, tractari ſe pro noſtro libitu, iugulum etiam ferro ſibi reſolui placatiſsimè patiuntur, nec balatum emittunt, nec corporibus contra nituntur. At ſus, ſiue alia de cauſſa teneatur,

ſiue

ſiue ad cultrum trahatur, implet clamoribus totam viciniam. Cur illa tam tacens, iſta tam vociferans? cur illa tam placida, iſta tam commota & inſana? Niſi ea ratio eſt, quam ex Aeſopo recordor. Ouis mulctum ſuſtinere, & lanam tonſorum manu ponere aſueuit. Quapropter quamuis arripiatur, conſtringatur, ferrum intueatur, nihil præter conſueta ſe paſſuram ſuſpicatur. At verò porcus, qui nec mulgeri ſe, nec tonderi ſolitum, quia & lacte nobis apto & lana careat, optimè nouit: & ſolis ſeſe placere carnibus & larido, non immeritò atrociſſima quæque veritus, clamoris lamentabilis magnitudine tantum non dirumpitur. Adibo ad homines iſtos, conſiſtam, & colloquar. Salutem tibi, mi Ruſtice, tuíſque iſtis mercenariis. Eſt ne tonſura vt vultis? Dies quidem ſerenus fauet operi. Oues credo eſſe ſanas, admodum lanoſas conſpicor. T. Non erant omnes à ſcabie & vlceribus vacuæ. Verum antequam ad tonſuram faciendam aggrediamur, ſalubri eas fluuio merſandas curandáſque ſolet curare hic conductor noſter. R. Morem ſeruo, ſi non medicum, at ruſticum. V. Multò magis in demenda lana: cui rei quod maximè tempus deligendum? R. Quod inter æquinoctium & ſolſtitium labitur, cum iam ſudor ire ouibus incipit, ex quo recens lana detonſa nomen habet ſucida. Cæterùm per quamcunque regionem certum velle tempus conſtituere, in abſurdis eſt: quod non vbique locorum pari vel tarditate, vel celeritate æſtas ingruit. Rectum ac verum eſt, anni tempeſtates ponderare, vt hoſce pecudum greges neque ablata lana algore offendi, neque ea relicta æſtu

æſtu opprimi ſinamus. V. Liquamine quodam detonſas perungere, vos conſueuiſſe audio. R. Conſueuimus. Succum excocti lupini, veteris vini fæcem, amurcam æqualibus ſingula menſuris confundimus. Hoc vnguentum tergo delibuto ouis per triduum imbibitur. Deinde quarta luce ad littus maris deducta, ſi vicinum eſt mare, perluitur: ſin minus, cæleſtis aqua ſub dio ſalibus ad hunc vſum durata paulùm decoquitur, qua grex perfunditur. V. Rationem facti audirem attentius. R. Illo modo tractatum pecus, quàm longus eſt annus, à ſcabie integrum præſtabitur, & enaſcetur lana prolixior atque mollior: Quidam perungunt eas vino & oleo, adiuncta cera alba, & ſuillo adipe. Lubeat ipſis quod lubet, ego in regno meo, & inter ſubiectos meos quod mihi potiſsimùm eſt viſum, hoc facio. Pellitas intrinſecus ad eundem modum ſolemus perungere. V. Hem, quid operarij tui agunt cum pice liquida? T. Nihil tu ouillæ rei videris noſſe. V. Fateor. T. Locum plagæ per imprudentiam tondendo inflictæ ſic oblinimus. V. Vos ergo non eo contenti eſtis, quod ſuo tegmine miſellas ſpoliatis, plagas inſuper & ſtigmata, præmia nimirum tantæ patientiæ, imponitis. T. O bone vir, qua tandem in re caſus non dominatur? & qua in gente ab imprudentibus non peccatur? Tu cum iſtanc barbam hiſpidam tondes, non interdum notam cruentam accipis? V. Ha ha. Nudius nonuſdecimus contigit. Atq; vbi me ineptus homo forpice vulnerauit in ſuperiore labro, cauo exclamat. Quæſiui num eſſet denuo me læſurus alio vulnere. Sed ſi ſemel tonderentur oues, numquid

quid non plus lanæ redderent? T. Si ſemel ſecarentur prata, nunquid non plus graminis redderent? Non redderent. V. Perdiligentes verò etiam fuiſſe vos noſco ex ſubſtratis circum tegetibus, nequid floccorum diſperiret. R. Quod in re familiari facili negotio, ſumptu nullo conſeruatur, id nihili pendere, proximè abeſt à ſtultitia. V. Commodè, & vt bonus attentúſque paterfamiliâs. Quid autem cælo quamuis incaleſcente tondetis? T. Ex ſudore pondus lanæ accedit. Ex eodem cùm re, tum colore fit præſtantior. R. Num diſplicet reſponſio? V. Mihi verò neutiquam. Cur porrò ademptam & conglobatam lanam vellera aut vellumina nuncupatis? T. Hoc quæris? V. Hoc. T. Quod vellebantur quondam oues, non, vti hodie, tondebantur. Eſné iam ſciens. V. Scientiſsimus. R. Qui verò hodie vellunt, qui pauci ſunt, ante vulſuram tribus diebus pabulo fraudant, quod langueſcentibus, & emaciatis lanæ minus pertinaciter inhæreſcunt. Docerem te permulta, ſi ſtudio te noſtro cogitares addicere. V. Tale quidquam velle adhuc mihi in mentem non venit, ſtudium aliud iam pridem profitenti. At nihil obſtabit, quin aliquid præterea ruſticum tu mihi narres, quod aures oblectet meas. Reliquum itineris nondum die declinante in veſperam greſſu nec citato emetiar. De lacte & caſeo geminis deliciis meis fabulare ſis. R. De lacte & caſeo? V. Vt dixi, de his duobus. R. Puta igitur ex liquidis omnibus, quæ cibali cauſſa vſurpantur, non eſſe vllum lacte alibilius, in quo primas damus ouillo, ſecundas caprino. Corpori perpurgando equinum vehementer eſt vtile, cui

ad

ad eandem rem bonitate propinquum eſt aſininum, poſtea bubulum, poſtremo caprinum. Sunt nihilominus tria, ex quibus lac à lacte manifeſtò diſcrepat, quod ad illa duo ſupradicta, & omninò ad bonitatem attinet: paſtus, natura pecudum, mulctus. V. Quî nam? R. Habet vim maiorem ad alendum, quod ab hordeo, ſtipula, & prorſus arefacto nutrimento generatur: ſicut ad purgandum potentius eſt, quod è viridi paſcuo, & quidem eo amplius, ſi pecudes eas ipſas herbas abſumpſerint, quæ purgationem afferre corporibus conſueuerunt. Hibiſcum intellige, in quam ouium, caprarum, agnorum, hœdorúmꝗ greges compellimus. V. De paſtu placet. R. Quà de natura, nobilius & melius numeratur lac, quod nullis impeditæ morbis ac vitiis, & nondum vetulæ animantes miniſtrant. A mulgendo id laudatur, quod neque longè abeſt, neque à partu continuò mulctum eſt: ſiquidem omne lac primum & nouiſsimum inutile cenſetur. V. Semimedicum te inuenio. In caſeo faciendo ſi te verſari temerè dicam, ipſe ſim temerarius: ſcientiam quandam huius parandi tenere te arbitror. R. Scientiam? quantam noſſe genus noſtrum conuenit. V. Quos enim alios iſtuc noſſe conuenit? R. Fortaſſe illos qui in familia ſua Aeſculapios, & Machaonas nominant. V. Nimium eſt, quod nonnunquam ſciunt. R. Bubuli caſei maximi cibi ſunt, ſumptíque difficillimè tranſeunt. V. Experior frequens. R. Contrà, minimi cibi ſunt ouilli. Caprini facillimè deiiciuntur. At tu viator, vtros eſitas libentius, molles ac recentes, an aridos & vetuſtos? V. Molles longè libentius,

quod nutriunt magis, nec, quemadmodũm vete-
res & aridi, in corpore indigeſti reſident. R. Quod
in caſeum cogere lac decerno, id manè mulgeo,
reliquum ad meridiem. V. Diuerſitas loci, & pa-
buli diſparilitas alicubi repugnent, credo, huic
mori. R. Crede audacter. V. Cuiuſmodi lac po-
ſtulas faciendo caſeo? R. Quid cenſes? ſincerum
planè ac recentiſsimum: nam requietum, aut mi-
ſtum acorem celeriter concipit. V. Coagulum? R.
Lac plerumque hœdino aut leporino coagulo co-
gitur, agnino haud ineſt tanta efficientia. Coiten-
am flore agreſtis cardui, & anethi ſeminibus. Præ-
terea lacte ficulneo, quod arbor ſauciato cortice
virenti remittit. Ficiquoque ramulis glaciatus ca-
ſeus probati ſaporis eſt. Si tenui liquore compo-
tus eſt, propero vendere, dum adhuc viridis ſuc-
cum retinet: diutius certè quàm pinguis & opi-
mus conſeruatur. Vas cum infuſo lacte haud pro-
cul ab igne ſtatuo, ne tepor deſit, & ſimul condu-
ctum eſt lac, liquorem fiſcellis, aut calathis, aut
formis committo: nam primo quoque tempore
ſerum percolari, & à materia coacta ſecerni refert.
Cum eſt caſeus aliquantum ſolidatus, ponderibus
ſuperimpoſitis serũ celerius exprimimus. Exem-
ptum formis opaco & frigido loco mundiſsimis
tabulis reponimus, tritis ſalibus aſpergimus, vt a-
cidum liquorem exſudet. Vbi duratus eſt, maiore
vi comprimitur, vt conſpiſſetur. Plura nolo. Tu ſi
deſideras, in craſtinum ad villam adeſto, ibi & hæc
& alia tradentur oculis tuis, quæ nunc auribus. V.
Inuitatio iſta perhumana me mouet, vt bona com-
precer tibi. Quid autẽ comprecabor? Deus tibi lar-
giatur vnde caſeos facias.

*Gargara quot ſegetes, quot habet Methymna racemos,*
*Aequore quot piſces, fronde teguntur aues.*

R. Optares greges potius ingentes & omnigenos, vt lac largiſsimè ſuppeditaret. V. Deus, da huic Ruſtico mille greges ouium, & tonſores pro iſtis decem alios inſuper trecentos. Da quingentas boues. Da ſexcentas capras. Da equos, aſinos, mulos, magno numero. R. Et camelos quanto? Sis beatus, & ambula cum diuis beneuolentibus. V. Vnum oblitus ſum. R. Quid eſt vnum? V. Fœnum optare debui tibi. R. Siccaneum, an irriguum? V. Cur diſtinguis? R. Quia præſtat, quod ſuapte natura ſucculo gignitur ſolo, quàm quod aquarum elicit irrigatio, quam tamen terræ macies interdum flagitat. Percipitur autem largius, & pecudes reficit iucundius, ſi demeſſum fuerit, antequam inareſceret. V. Optimè autem quomodo ſiccabitur? R. Si neque peraridum, neque rurſus viride colligatur. Nam deperdito omni ſucco pro ſtramento eſt, & ſi humoris nimium retinuit, in tabulato putreſcit. Aliquando ita concaluit, vt igne exorto incendium creauerit. Si imbre permaduit, ſinemus ſuperiorem partem ſole deſiccari. Poſt conuertemus, & vtrinque ſiccatum in ſtriam coarctabimus, & manipulos vinciemus. Exſtruemus etiam in metas: quæ, vt commodiſsimè à pluuiis defendantur, ipſas in anguſtiſsimos vertices exacuemus. V. Si tu multum bonúmque fœnum colligis, artem colendorum pratorum ignorare te non oportet. R. Colligo ſanè nec parum, nec malum, & artem calleo. In primis enim curo, ne ſtirpes aut ſpinæ, validioriſque incrementi herbæ

inſint. Verùm hæc quorſum tibi? V. Dulce tame
eſt audire in multis, etiam quæ facere aut noliſ
poſsis, aut non poſsis ſi velis. Bene vale. R. Bene
ambulato.

## ANNOTATIONES.

TONSORES ET TONSTRICES) *Apud Cice-*
*ronem, eſt etiam tonſtricula. Tuſcul. 5. Ancillar*
*ſordidóque artificio regiæ virgines, vt tonſtriculæ tonde-*
*bant barbam & capillum patris. Hebræos ouillas pecu-*
*rias grandes atque nobiles habuiſſe ſacræ hiſtoriæ loquun-*
*tur. Eoſdem tonſuræ ouium ſuarum dies cum gaudio &*
*epulationibus agitare ſolitos, è duobus, quorum recorda*
*locis planum fit: ex 1. Reg. cap. 25. de Nabal, & rurſu*
*2. Reg. cap. 13. de Abſalone. In quo conuiuio compreſſ*
*ille ſororis Ammon miſerabiliter obtruncatus eſt. De ton-*
*ſura ſcribunt Varro lib. 2. cap. 11. Colum. lib. 7. cap. 4.*
ESTNE TONSVRA) *Tonſus pro tonſura dixit Plau-*
*tus Amphit. Sura, pes, ſtatura, tonſus, oculi, naſu, la-*
*bra. Accius Amph. Sed quanam hæc eſt mulier, fu-*
*neſta veſte, tonſu lugubri? Nonius.* PELLITAS IN-
TRINSECVS) *De ouibus tectis, quæ & pellitæ, & mol-*
*les dicuntur, Varro lib. 2. cap. 2. Propter bonitatem la-*
*næ (vt ſunt Tarentinæ & Atticæ) pellibus integuntur,*
*ne lana inquinetur, quo minus vel infici rectè poſſit, v*
*lauari ac parari. Iiſdem hirtas, Colum. hirſutas opponi,*
*quem lege lib. 7. cap. 4. Mentio earum, pellitarum*
*inquam,*

inquam, eſt apud Horat. lib. 2. Ode 6. BARBAM HISPIDAM TONDES) *Tonſores in Italiam veniſſe primùm ex Sicilia anno ab V. C. CCCC. LIIII. adductos à P. Ticinio Mena, Varro affirmat. Olim non fuiſſe tonſores Romæ adſignificant antiquorum ſtatuæ, quod pleraque habent capillum & barbam magnam. Primus omnium radi quotidie inſtituit Africanus: ſequens diuus Auguſtus cultris ſemper vſus eſt*, Plin. lib. 7. cap. 29. QVÆSIVI NVM DENVO ESSET) *In publico Diogeni quidam veniens obuiam cum longa trabe quam geſtabat, eum offendit, ſtatímque vti mos eſt, caue, dixit. Tum Diogenes, num me vis, ait, iterum lædere? Ab aliis ſic narratur. Dicenti caue, baculum impegit, & poſt ictum adiecit, caue: par pari reponens. Simile Catoni euenit. Nam impulſus ab eo qui arcam portabat, & cauere iuſſus, rogauit, num quid aliud præter arcam portaret.* QVOD VELLEBANTVR QVONDAM) *Varro lib. 4. de ling. lat. Veliæ vnde eſſent, plures accepī cauſſas: in queis, quod ibi paſtores Palatini ex ouibus ante tonſuram inuentam vellere lanam ſint ſoliti: ex quo vellera dicuntur.* QVÆ CIBALI CAVSSA VSVRPANTVR) *Sic Varro, vt Terent. Adelph. Ego illam liberali cauſſa aſſero manu. Alibile eſt* τρόφιμον. IN QVO PRIMAS DAMVS OVILLO) *De generibus lactis, & virtute vniuſcuiuſque, item de caſeo multa medici. Hæc nos ex Varrone, vt ruſticum aliquid. Et credibile eſt, virum natura peracutum, prudentem & doctum non inconſultò iſta, & nullo vſu peritum ſcripſiſſe. Nihil*

autem cum in his, tum in aliis cibis ita prodeſt, vt non etiam obſit, rationes docent medici. IN CASEO FACIENDO) Modum diſertiſsimè tradit Colum. lib. 7. cap. 8. Veteres τυροποιΐαν appellaſſe, ac de ea multa ſcripſiſſe auctor eſt Varro. FICI QVOQVE RAMVLIS) De fici ramo etiam Varro. Subiicit hæc. Non negarim ideò apud diuæ Rumiæ ſacellum à paſtoribus ſatam ficum. Ibi enim ſolent ſacrificare lacte pro vino, & pro lactentibus. Mamma enim rumis, ſiue ruma: & inde dicuntur ſubrumi agni: lactentes à lacte. Quin aſpergi ſolent ſales: melior foſſilis quàm marinus. Quod idem Varro dicit, ad coagulum addendum acetum, affirmat eo cogi lac etiam Dioſcorid. CVRO NE STIRPES AVT SPINÆ) Cultus pratorum inquit Colum. lib. 2. cap. 18. magis curæ quàm laboris eſt. Primùm ne ſtirpes aut ſpinas, validioríſque incrementi herbas ineſſe patiamur: atque alias ante hyemem, & per autumnum extirpemus, vt rubos, virgulta, iuncos: alias per ver euellamus, vt intyba, & ſolſtitiales ſpinas: ac neque ſuem velimus impaſci, quoniam roſtro ſuffodiat, & ceſpites excitet, neque pecora maiora, niſi cum ſicciſsimum ſolum eſt, quoniam demergunt vngulas & atterunt, ſcindúntque radices herbarum. Lege reliqua, ſi eſt animus.

Age verò, quod ſupra egimus in paralipomenis ad agriculturam, vt verba & loquendi formas eius generis aliqua acceſsione in annotationibus cumularemus, idem in iſtius dialogi annotationibus, in re pecuaria facere ne dubitemus, præſertim cum vbiq; id maximè conſtitutum

habea-

*habeamus, vt vigiliæ noſtræ aliquid ad latinitatem adiumenti pariant. Cum de admiſſione, partúque animantium loquuntur, qui ruſticam diſciplinam literis elegantiſſimis celebrauerunt, ſic ferè loquuntur. Taurus idoneus fœminis implendis. Taurus iuuencam ſuperuenit, iuuencæ iungitur, mas fœminæ iniungitur, fœmina mari permittitur, iungitur. Equa marem patitur. Equam ſupponere mari. Plures gallinæ maritantur vno gallo. Gallina, aut pauo fœmina dicitur facere oua, cum parit, & facere pullos, cum eos excludit. Pullitra, vel pulletra, gallina quæ adhuc effœta non eſt. Pullaſtri in genere gallinaceo, qui pumiliones in hominibus: ad magnitudinem enim refertur, non ad ætatem. A porco porcetra, quæ non multum peperit, & opponitur ſcrofæ, quæ frequenter peperit. Sus fructuaria. Succidias optimas & maximas facere. Bouem ad cultrum emere. Bos lingua ſe detergit. Herbæ expertes agni. Agni matribus ſubrumantur. Sub vno clauſo habere multas oues. Pecus ouiarium. Matres bimæ ternos hœdos efficiunt. Iumenta iuſtam reddunt operam. Iumenta doſſuaria, quæ onus dorſo ferre poſſunt. Hæc animans eſt largi vberis, ſtrigoſiſſimi corporis, non improbè concipit. Aeſtuoſa & alſioſa animalia, quæ æſtu & algore infeſtantur. Cohors in villa ex eo dicta eſt, quod circa eum locum pecus coercetur. Inde aues cohortales, quæ intra cohortem villaticam continentur, potiſſimum gallinæ. Etiam chors, & cors per extritionem dicimus. Nonius hoc modo. Cortes ſunt villarum intra maceriam ſpatia. Varro de re ruſt. lib. 1. Nec minus*

*& à pabulo cum redierint anſeres, ſues, porci, in corte exteriore. Idem de vita pop. Rom. lib. 1. Ad focum hyeme ac frigoribus cœnitabant: æſtiuo tempore in propatulo: rure in corte: in vrbe in tabulino, quod Mœnianum poſſumus intelligere, tabulis fabricatum. Pecudes autem præter quadrupedes vocari etiam alia animalia, prolatis teſtimoniis oſtendit Nonius. Virgil. 4. Georg. Quem mihi vix frugum, & pecudum cuſtodia ſollers. Et. 1. Aeneid. Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent. In quem verſum Seruius. Pecus dicimus omne, quod humana lingua & effigie caret: vnde Horat. Omne cum Proteus pecus egit altos Viſere montes. Phocas, qui ſunt vituli marini & piſces tamen, aut ſimpliciter piſces, nullo diſcrimine intelligit. Sic Plaut. Rud. Non vides referre me vuidum rete ſine ſquamoſo pecu? Næuius Aegiſtho. Tum autem laſciuum Nerei ſimum pecus Ludens ad cantum claſſium luſtrat. Sic Lucret. lib. 1. mutaque natantes Squamigerùm pecudes. Varro ſexageſi. Neq; quas agi pennis anates remipedas, buxeis roſtris pecudes, paludibus, nocte nigra, ad lumina lampadis ſequens. Ricini vermes ſunt canum, quorum aures inprimis infeſtant. In bobus & ouibus eodem nomine vocantur.*

# PROGYMNASMA TRICESIMVM.

## Symbolæ, ſiue enuntiata ruſtica.

*PRÆSIDIVS, LVCILLIANVS, AVGENDVS, SATVRNINVS.*

PRAESIDIVS. Sed enim, ô populares, ô mihi Theſæa pectora iuncta fide, quanquam inuitatu meo ad comedendum prandium, quod ego de meo ſumptu parari apparatum iuſsi, conueniſtis, nihilominus præter morem conuiuatorum facere mihi fixum eſt, & pranſuros poſcere ſymbolas. L. Quas tu ſymbolas? Accubitum nos ducas, ô bone, quemadmodúmque & tua liberalitate, & amicitia noſtra coniunctiſsima dignum videtur, nos habeas: nec niſi bene ſaburratos abire ſinas: etenim oppidò exinanitos ad te ventres, & famem integerrimam apportauimus A. Si primùm de collatione noſtra collatitium inſtruendum eſt prandium, ô viri, ad cœnam huc redire nos oportebit, quoniam de prandio cœna fiet. At tu, Præſidi, hæc iocularitér, & aliud neſcio quid iſto verborum inuolucro abſcondis. S. A me vel obolum parces petere: dies amplius triceſimus hic eſt, cum à pecunia tam malè valeo, quàm qui peſſimè. P. Quis Hippocrates aut Galenus hac lue contactam crumenam tuam perſanauerit? ipſa enim potius affecta eſt, quàm tu, & ægrotat inaniis: quin etiam tute haud ſanus, immo verò inſanus es,

ſi argenti auarior es. S. Et ego coniurarem fortaſſe ſi quis me vellet recipere. A. En Præſidi, venerunt domum tuam Codri: mallent Crœſos introgreſſos, qui noſtram vicem collectas tibi grandiſsimas numerarent. L. Quaſdam collectas literarias hoſpitem noſtrum à nobis velle exigere coniicio, & donec apponatur menſa, quod vix intra horæ dimidium erit, ſermone ſcholaſtico nobiſcum tempus fallere. P. Punctum ipſum. Verè diuinaſti. Sub aduentum veſtrum legebam Iunium Columellam, quo ſcriptore parentem meum ruſticationi deditiſsimum, impendiò delectari ſolitum, eiúſque non ſententias modo, ſed etiam figuram & genus orationis vt mundiſsimum, copioſiſsimum, æquabiliſsimum, vehementérque proprium cum admiratione prędicare commemini. Cuius me amoris, ſtudij, admirationis quoque hæredem iiſdem in tabulis inſtitutum ſentio: pariter enim Columellam iſtum & amo, & admiror. S. Coniectatione nihil de cætero opus eſt, de ruſtica re poſtulare nos fundere ſententias, quaſi eodem ouo quotquot prognati ſimus, in iiſdémque cum ipſo exercitationibus ſtudiorum euigilemus. A. E doctoribus artium ruſticarum mandaſſe nos memoriæ pronuntiata aliqua ſuſpicionem habet, quæ vbi, & quando complacitum ſit, ad audientes proferamus. P. Perſpexiſti cogitationes meas Augenti: fieri enim profectò nequit, quin, ſi librum aliquem animo attentiſsimo voluas, dicta plurima in mente inſideant. L. Aliud fieri apud me quidem experior, & ob id cor mihi cruciatur. P. Diſsimulas. Itaque cum ferantur qui ruſtica præcepta con-

dide-

diderint antiquiores Cato, Varro, Columella, Plinius, Palladius, Virgilius, poſsit autem tribui quatuor in partes tota profeſsio, in agrorum culturã, pecuariam, villaticam educationem, rem vineaticam, cui hortenſem poſſumus adiungere, vt ſit vltima pars de vineis & hortis, quid ſi me præbeam ducem operis, & ab horum ſingulis, ſi queam, veſtro nomine collectam ſuper agricultura colligam? Quid ſi ſecundum me Lucillianus, à quibus accepturum ſeſe non deſperabit, ſuo ſuorúmque nomine de pecuaria? Quid ſi tertio loco Augendus de paſtione villica? Quid ſi ad extremum tu, Saturnine, de vitibus & arboribus, aut oleribus? L. Exordire negotium. Si præparcos viderimus in dandis reſponſis, non committemus, vt ex pumicibus aquam elicere voluiſſe nos quiſquam opinetur. P. De largitate hominum optimorum non eſt vt dubites. Adeſte igitur grauiſsimi & doctiſsimi viri: vos enim non vt abſentes atque pridem mortuos, ſed vt præſentes atque viuos alloquor: adeſte, inquam, volentibus animis, & ex tanta rerum præceptionúmque ſuper agreſtium diſciplina eloquentiſsimè explicatarum copia, pauca nobis alumnis veſtris velut axiomata & effata iteratote. Incipe tu M. Cato de agro & agricolis.

## De agricultura.

Cato. *Ex agricolis & viri fortiſsimi, & milites ſtrenuiſsimi gignuntur, maximeque pius queſtus ſtabiliſsimúſque conſequitur, minimèque inuidioſus: minimeque malè cogitantes ſunt, qui hoc ſtudio occupati ſunt.*

*Prædium cum parare cogitabis, in animo habeto, vti ne cupidè*

*cupidè emas, neue opera parcas viſere, & ne ſatis habea ſemel circumire. Quoties ibis, toties magis placebit, quod bonum erit.*

*Scito idem agrum quod hominem: quamuis quæſtuoſus ſiet, ſi ſumptuoſus erit, relinqui non multum.*

*Res ruſtica ſic eſt: ſi vnam rem ſerò feceris, omnia opera ſerò facies.*

P. Non deſidero ex te plura: nec ſi deſiderem, qua tua eſt benignitas, dare deneges. Ad te conuertar, Varro chariſsime, cuius libros pæne omnes téporum iniquitate amiſſos, & ereptos nobis táto magis doleo, quanto credibilius & glorioſius ſtatuo impertitum tibi à M. Tullio, quicum tibi magnus vſus, illuſtri loco teſtimonium. Tu ſiquidem, vt ille ſcribit, ætatem patriæ, tu deſcriptiones temporum, tu ſacrorum iura, tu ſacerdotum munera, tu domeſticam, tu bellicam diſciplinam, tu ſedem regionum & locorum, tu omnium diuinarum, humanarúmque rerum nomina, genera, officia, cauſas aperuiſti: plurimúmque poetis noſtris, omninóque latinis & literis luminis attuliſti, & verbis. Atque ipſe varium & elegans omni ferè numero poema feciſti. Sic ille ingeniorum & doctrinę ſummus æſtimator, teſtiſque grauiſsimus. Nunc agedum, Catonem imitatus deeſſe noli, quin aliquid aptum propoſito afferas. Multò tu quàm hic abſolutius & diſtinctius rem ruſticam es perſecutus: nec reperiuntur in tuis libris ab agricultura diuerſa, & ideò repudianda, vt apud Saſernas, & hunc ipſum Catonem, qui hoc in optimam partem, vt accipiat, rogo.

*VARRO. Nemo ſanus debet velle impenſam ac ſumptum*

facere

*facere in culturam, ſi videt non poſſe refici. Nec ſi poteſt reficere fructus, ſi videt eos fore, vt peſtilentia diſpereant.*

*Agrum alternis annis relinqui oportet: aut paulo leuioribus ſationibus ſerere, id eſt, quæ minus ſugunt terram,*

*Herba è ſatis elidenda, & dum teneræ ſunt, vellendæ. Nam aridæ factæ rixantur, ac celerius rumpuntur quàm ſequuntur.*

L. Hæc octogenarium dixiſſe ſufficit. Iam tuus te Columella, Præſidi, en vt amicè aſpicit, & non quidem tua, ſed noſtra cauſſa ſymbolam ſuam conferre geſtit. P. Prome quippiam mi ſuauiſsime Columella, & puta in præſens tibi ſermonem eſſe cum Syluino filio tuo.

COLVMELLA. *Graciles cliui non ſunt æſtate arandi, ſed circa Septemb. Calend. Quoniam ſi ante hoc tempus proſcinditur, effœta & ſine ſucco humus æſtiuo ſole peruritur, nulláſque virium reliquias habet.*

*Stercus omne, quod tempeſtiuè repoſitum anno quieuerit, ſegetibus eſt maximè vtile. Nam & vires adhuc ſolidas habet, & herbas non creat.*

*Sicut refrigeſcit ager, qui non ſtercoratur, ſic peruritur, ſi nimium: magiſque conducit agricolæ frequenter id potius, quàm immodicè facere.*

*Quandocunque arabitur, obſeruandum ne lutoſus ager tractetur neue exiguis nimbis ſemimadidus, quam terram ruſtici variam carioſámque appellant. Ea eſt, cum poſt longas ſiccitates leuis pluuia ſuperiorem partem glebarum madefecit, inferiorem non attigit.*

P. Quid viciſsim reſpondebimus tibi, niſi iſta tua fuiſſe nobis gratiſsima? Quo verò piaculo te præterirem, C. Plini? auctorem rerum omnium memorabilium, æſtimatorem acutiſsimum, & admiratorem diſertiſsimum? Nihil legiſti quod non

excer-

excerpſiſti, & legiſti ſcriptores ruſticos græcos & latinos vel trecentos. Quamobrem pro te pauca loqui de agricultura ne te pigeat, quæſo.

PLINIVS. *In arando magnopere ſeruandum eſt Catonis oraculum. Quid eſt primum? Agrum bene colere. Quid ſecundum? bene arare. Quid tertium? ſtercorare.*

*Malus eſt ager, cum quo dominus luctatur. Agro deſerto nihil damnoſius.*

*Attilius Regulus ille Punico bello bis conſul, aiebat neque fecundiſsimis locis inſalubrem agrum parandum, neque effœtis ſaluberrimum. Salubritas loci non ſemper incolarum colore detegitur, quoniam aſueti etiam in peſtilentiis durant. Præterea ſunt quædam partibus anni ſalubria. Nihil autem ſalutare eſt, niſi quod toto anno ſalubre.*

*Opera, non impenſa cultura conſtat. Et ideò maiores fertiliſsimum in agro oculum domini eſſe dixerunt.*

*Tritico nihil eſt fertilius: hoc ei natura tribuit, quoniam eo maximè alat hominem.*

*Venti tribus temporibus nocent frumento & hordeo. In flore, aut protinus cum defloruere, vel matureſcere incipientibus.*

P. Melius & verius nihil potuit. Tu Palladi, qui primam prudentiæ partem exiſtimas, ipſius perſonæ cui præcipias rationem ducere, & prohibes formatores agricolarum, artibus, & eloquentia rhetores æmulari, quod quidam cum feciſſent, nec à diſertiſsimis potuerunt intelligi, dic tenuiter more tuo, & nullis ornamentis quid ſentias, tanquam aratoribus, quibus cum exquiſitè & literatè loquendum non eſt.

PALLADIVS. *In rebus agreſtibus maximè officia iuuenum congruunt, imperia ſeniorum.*

*In agro periclitantur interiora, niſi colantur extrema.*

*Tria mala æquè nocent, ſterilitas, morbus, vicinus.*

Semi-

*Semina pluſquam annicula eſſe non debent, ne vetuſtate corrupta non prodeant.*

*Omnia quæ ſeruntur, creſcente luna & diebus tepidis ſunt ſerenda: nam tepor euocat, frigus includit.*

*Spiſſa, & cretoſa, & humida terra, bene far & triticum nutrit: hordeum agro ſoluto delectatur & ſicco: nam in luteoſo ſparſum moritur.*

*Agri præſulem non ex dilectis & tenere educatis ſeruulis ponas: quia fiducia præteriti amoris impunitatem culpæ præſentis exſpectat.*

P. Quanquam ſicca oratione, non tamen indocta nos docuiſti. O Maro noſter, tu prodeſſe & delectare Georgicis tuis conatus es. Tu vtiliſsimum, & hominibus ſummopere neceſſarium agriculturæ ſtudium carminibus pulcherrimis, & ingenio atque artificio plenis tractauiſti. Accedat etiam tua ſymbola ad hoc noſtrum conuiuium, quod quidem ad mentem, non ad ventrem eſt inſtitutum. Sine nos exaudire vocem tuam virilibus modificatam numeris, & totius orbis auditione dignam.

## VIRGILIVS.

*Area cum primis ingenti æquanda cylindro,*
*Et vertenda manu, & creta ſolidanda tenaci:*
*Ne ſubeant herbæ, ne puluere victa fatiſcat:*
*Tum variæ illudant peſtes. Sæpe exiguus mus*
*Sub terris poſuitque domos, atque horrea fecit:*
*Aut oculis capti fodere cubilia talpæ,*
*Inuentuſque cauis bufo, & quæ plurima terræ*
*Monſtra ferunt: populatque ingentem farris aceruum*
*Curgulio: atque inopi metuens formica ſenectæ.*

P. Hactenus de area ad trituram concinnanda & aptanda: de ſeminibus medicandis addere ne graue ſis.

*Semina vidi equidem multos medicare ſerentes,*
*Et nitro prius, & nigra perfundere amurca:*
*Grandior vt fœtus ſiliquis fallacibus eſſet.*
*Et quamuis igni exiguo properata maderent,*
*Vidi lecta diu, & multo ſpectata labore,*
*Degenerare tamen: ni vis humana quotannis*
*Maxima quæq; manu legeret.*

P. Egiſti tu quoque tuas partes vt decuit, & eg functus ſum meis. De primo & præcipuo in ren ſtica ecce dicta compluria. Proximum eſt, vt e iiſdem hiſce magiſtris quiſque veſtrûm ſua qua rat: ac tu ſanè præ aliis Lucilliane, ſic enim inte nos pepigimus. L. Non ab omnibus, ſed aliquib pecuarias petam collectas, & breuiter agam. Dic te promiſcuè, nec vllam modò vel ætatis, vel a ctoritatis rationem habetote.

## De re pecuaria.

COLVMELLA. *Pecudes pro regionis cœlique ſtatu & ha bitum corporis, & ingenium animi, & pili colorem geru*

VARRO. *Herba in pratis ad ſpem fœniſicia nata, nonm do non euellenda, ſed etiam non calcanda, quin & pecu prato ablegandum, & omne iumentum, vt etiam homine ſolum enim hominis exitium herba, & ſemita fundamen tum.*

CATO. *Ego cuidam conſulenti, quam partem rei ruſti exercendo celeriter locupletari poſſet, reſpondi: ſi bene paſ ret. Rurſúſque interroganti, quid deinde faciendo ſatis beres fructus percepturus eſſet, affirmaui, ſi mediocriter p ſceret.*

COLVMELLA. *Omni pecudi larga præbenda ſunt a menta. Nam vel exiguus numerus cum pabulo ſatiatur, pl domino reddit, quam maximus grex ſi ſenſerit penuriam.*

*Vacca quamuis plena fœtu, non expletur libidine: ad*

*Vltra*

*ultra naturæ terminos etiam in pecudibus plurimum pollent blandæ voluptatis illecebræ.*

*Sues ex omnibus pecudibus impatientiſſimæ ſunt famis, ita vt aliquando ſi indigeant pabuli, non tantum alienam, ſi liceat, ſobolem, ſed etiam ſuam conſumant.*

*In omni genere quadrupedum ſpecies maris diligenter eligitur, quoniam frequenter patri ſimilior eſt progenies, quàm matri. Omni regione maritos gregum mutilos eſſe oportebit, quoniam cornuti ferè pernicioſi ſunt propter petulantiam.*

A. Me ordo poſcit tertium. Cupimus adhæc accipere nonnulla de eo, quod eſt in ruſticatione tertium vt ſcitis. Vna & altera ſententia nobis ſatisfacietis. Ac ſi vel vnus loco omnium loquatur, gratulantes ipſi nobis audiemus. Sis tu ille, Columella: tu enim videris in hiſce materiis tritiſsimus.

## De villatica paſtione.

COLVMELLA. *Antiquiſſima, maximè in gallinario pecore fides paſtoris, qui niſi eam domino ſeruet, nullus ornithonis quæſtus vincet impenſas.*

*Res apiaria non tantum curatorem fraudulentum, ſed etiam immundæ ſegnitiæ peroſa eſt: æquè enim dedignatur ſi minus purè habita eſt, ac ſi tractaretur fraudulenter.*

*Curatori apum cum aluos tractare debebit, cuſtodiendum, vt pridie caſtus ſit ab rebus Venereis, neue temulentus, nec niſi lotus ad eos accedat, abſtineátque ferè ab omnibus redolentibus eſcis, vt ſunt ſalſamenta, & eorum omnia eliquamina, itemque fœtentibus acrimoniis allij, vel ceparum, cæterarúmq; rerum.*

A. Quia de apibus dixiſti, temperare haud poſſum, quin adhuc aliquid, & quidem abs te, Virgili, de paruis iſtis, & ſollertiſsimis beſtiolis interrogem.

Solent ad pugnam ciuilem erumpere. Quibus nam ſignis fore bellum cognoſcemus, & quo ſe pacto gerunt in prælio? Nemo te ornatius deſcripſerit.

VIRGILIVS.

*Sin autem ad pugnam exierint (nam ſæpè duobus*
*Regibus inceſſit magno diſcordia motu)*
*Continuóq; animos vulgi, & trepidantia bello*
*Corda licet longè præſciſcere. Námq; morantes*
*Martius ille æris rauci canor increpat: & vox*
*Auditur fractos ſonitus imitata tubarum.*
*Tum trepidæ inter ſe coeunt, pennisq; coruſcant,*
*Spiculáq; exacuunt roſtris, aptántq; lacertos:*
*Et circa regem, atq; ipſa ad prætoria denſæ*
*Miſcentur, magniſq; vocant clamoribus hoſtem.*
*Ergo vbi ver nactæ ſudum, campóſq; patentes,*
*Erumpunt portis, concurritur: æthere in alto*
*Fit ſonitus, magnum miſtæ glomerantur in orbem,*
*Præcipitesq; cadunt. Non denſior aere grando,*
*Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis.*
*Ipſi per medias acies, inſignibus alis,*
*Ingentes animos anguſto in corpore verſant,*
*Vſquèadeo obnixi non cedere, dum grauis aut hos,*
*Aut hos, verſa fuga victor dare terga coegit.*

S. Meum eſt de vitibus & hortis interrogare. Quid Varro, quid tibi placet, quod nos memoria retine re queamus?

## De vineis & hortis.

VARRO. *Terra cuiuſmodi ſit refert. Vbi enim natura humida, ibi altius vitis tollenda, quod in partu & alimonio vinum non vt in calice quærit aquam, ſed ſolem. Itaq; ideo (vt arbitror) primum è vinea in arborē aſcendit vitis.*
S. In meo calice profectò vinum aquam non quærit; nam ego eam meri eſſe duco meram perniciē.

COLVMELLA. *Apta eſt ſurculis hominis vrina, quam 6. menſibus paſſus fueris veteraſcere. Si vitibus aut pomorum arboribus adhibeas, nullo alio magis fructus exuberat: nec ſolum ea res maiorem facit prouentum, ſed etiam ſaporem & odorem vini pomorúmq; reddit meliorem.*

*Stercus vitibus non eſt ingerendum, quod ſaporem vini corrumpit: melior eſt materia vindemiis exuberandis congeſtitia, vel de vepribus, vel denique alia quamlibet arceſſita & aduerſa humus. Prinſquam pomarium conſtituas, quam magnum habere voles circummunito maceria, aut foſſa, ita vt non ſolum pecori, ſed ne homini quidem tranſitus ſit, niſi per oſtium, dum adoleſcant ſemina: nam ſi prius cacumina manu perfracta, aut à pecore prærosa fuerint, quàm adoleſcant, in perpetuum corrumpuntur. Generatim autem arbores diſponere vtilius, maxime ne imbecilla à valentioribus premantur, quæ nec viribus, nec magnitudine ſunt pares, neq; pariter creſcunt.*

PALLADIVS. *Locis frigidis à meridie vineta ponantur, calidis à ſeptentrione, temperatis ab oriente, vel (ſi neceſſe ſit) occidente.*

*Græci iubent oliuam cum plantatur & legitur, à mundis pueris atque virginibus operandum: credo recordati, arbori huic eſſe præſulem Caſtitatem.*

S. Iuuaret audire vos diutius, niſi impranſi eſſemus. P. Amamus & colimus vos de doctrina qua nos erudiiſtis. L. Quin imus iam quo debemus? Heus inuitator, iube accumbere. A. Niſi fortè tu, Præſidi, iſtuc literarium prandium vt mentibus, ſic etiam ventribus putas ſuffecturum. P. Dabitur dentibus tuis quod commolant, ſatis.

# ANNOTATIONES.

ET EGO CONIVRAREM ) *Emerat de craſſo do-
mum Cicero, centum & quinis millibus coronato-
rum, tantam quippe ſummam tricies quinquies centen*[a]
*millia nummûm efficiunt. AP. Sulla mutua quinqu*[e]
*coronatorum millia acceperat. Et quoniam Catilinæ*[i]
*cum æs alienum fœneratoribus ſoluere non poſſent, in*
*Rempub. coniurauerant, vt prodit Salluſtius, ideòinc*[i]-
*tus epiſtola 6. lib. 5. ſcripſit in hunc modum. Ego tu*[a]
*gratulatione commotus, quod ad me pridem ſcripſera*[s]
*velle te bene euenire, quod de Craſſo domum emiſſem, em*[i]
*eam ipſam domum millibus nummûm XXXV. aliquant*[o]
*poſt tuam gratulationem. Itaque nunc me ſcito tantu*[m]
*habere æris alieni, vt cupiam coniurare, ſi quis mere*[c]-
*piat.* EX AGRICOLIS ET VIRI ) *In præfat. E*[a]-
*dem ex eodem Plin. lib. 18. cap. 5.* NEVE OPERA
TVA PARCAS VISERE ) *cap. 1. Idem cap. 4. In bo*-
*no prædio ſi bene ædificaueris benéque poſueris: ruri ſ*[i]
*rectè habitaueris, libentius & ſæpius venies, fundus m*[e]-
*lius erit, fructi plus capies.* SI VNAM REM SERO )
*Huius præcepti paraphraſis apud Columellam ſcitiſſim*[a]
*eſt lib. 11. cap. 1. Res eſt agreſtis inſidioſiſſima cunctanti:*
*quod ipſum expreſſius vetuſtiſſimus auctor Heſiodus ho*[c]
*verſu ſignificauit.*

Αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει.

*Quare vulgare illud de arborum poſitione ruſticis vſurpa*-
*tum, Serere ne dubites: id villicus ad agri totum cultum*

referri

referri iudicet: credátque prætermiſſas non duodecim horas, ſed annum periiſſe, niſi ſua quaque die quod inſtat effecerit. Nam cum propriis pæne momentis fieri quidquam debeat, ſi vnum opus tardius, quàm oporteat peractum ſit, cætera quoque quæ ſequuntur, culturæ, poſt iuſta tempora ſerius adhibentur &c. APVD SASERNAS, ET HVNC IPSVM) Saſernæ pater & filius docuerunt ſuis de agricultura commentariis, quæ nihil ad eam attinerent, vt de cimicibus arcendis. Quas rationes, quia fortaſſe non nemo ſcire auebit, quò ſe ab illis nocturnis carnificibus liberet, ſubiungam. Cucumerem anguinum condito in aquam, eámque infundito quò voles: nulli accedent. Aut fel bubulum aceto miſce, eo lectum vngito. Item quo pacto quempiam glabrum efficias, & pedum dolorem ſedes, & ſimilia multa. Catonis nugæ ſunt, quemadmodum placentam facere oporteat, quomodo libum, qua ratione pernas ſalire, & quid agas ante, ſi velis in conuiuio multùm bibere, cœnaréque libenter. Varro lib. 1. cap. 2. Quod idem aſſerit cap. 5. de libris Theophraſti περὶ φυτῶν ἱστορίας, & περὶ φυτῶν αἰτιῶν, notandum eſt. Iſti libri, inquit, non tam idonei iis qui agrum colere volunt, quàm qui ſcholas philoſophorum. Neque eò dico quod non habeant & vtilia & communia quædam. QVANDOCVNQVE ARABITVR) Hæc lib. 2. cap. 4. Rationem vtriuſque annectit in hæc verba. Nam quæ limoſa verſantur arua, toto anno deſinunt poſſe tractari, nec ſunt habilia ſementi, aut occationi, aut ſationi. At rurſus quæ varia ſubacta ſunt, continuo

*triennio ſterilitate afficiuntur. Medium igitur temperamentum maximè ſequamur in arandis agris, vt neque ſucco careant, neq; abundent vligine.* OCVLVM DOMINI ESSE) *Ita eſt libro toties nominato, cap. 6. Perſa interrogatus, quid equum maximè ſaginaret, oculus domini reſpondit. Ariſtoteles in Oecon. Item Libycus, quod ſtercus agro foret vtiliſſimum: domini, inquit, veſtigium. Cap. autem 5. refert Plin. dixiſſe quoſdam, nec mentitos: frontem domini plus prodeſſe quàm occipitium. Sed cur taceat Columella? Sic ille lib. 1. cap. 1. Non prædia, non aſſiduus labor & experientia villici, non facultates ac voluntas impendendi tantum poſſunt, quantum vel vna præſentia domini: quæ niſi frequens operibus interuenerit, vt in exercitu cum abeſt imperator, cuncta ceſſant officia. Pallad. Præſentia domini, prouentus eſt agri.* MORBVS, VICINVS) *De morbis frugum & ſegetum eſt in paralip. ad agriculturam dialogo 28. De vicino Colum. lib. 1. cap. 3. Quemadmodum ſapientis eſt fortuitos caſus magno animo ſuſtinere, ita dementis eſt ipſum ſibi malam facere fortunam: quod facit qui nequam vicinum ſuis nummis parat, cum à primis cunabulis, ſi modo liberis parentibus eſt oriundus, audiſſe potuerit.*

μὴ δ᾽ ἂν βοῦς ἀπόλοιτ᾽ εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.

*Quod non ſolum de boue dicitur, ſed etiam de omnibus partibus rei noſtræ familiaris: adeo quidem, vt multi prætulerint carere penatibus, & propter iniurias vicinorum ſedes ſuas profugerint. Mox gentium quoque*

*in diuerſum orbem migrationes ſubiicit. Cato cap. 4. Vicinus bonus eſto. Si te libenter vicinitas videbit, facilius tua vendes, operas facilius locabis, operarios facilius conduces.* AREA CVMPRIMIS) *De area facienda præcipiunt, Cato cap. 9. Varro lib. 1. cap. 51. Colum. lib. 2. cap. 20. Plin. lib. 18. cap. 29. Pallad. lib. 1. cap. 36.* SEMINA VIDI EQVIDEM) *Adducit hunc locum Plin. lib. 18. cap. 17. Vide inſuper Columellam lib. 2. cap. 9.* PECVDES PRO REGIONIS) *Aliæ formæ ſunt Aſiaticis, aliæ Gallicis, Epiroticis aliæ: nec tantum diuerſitas prouinciarum, ſed ipſa quoque Italia partibus ſuis diſcrepat. Campania plerunque boues progenerat albos & exiles, labori tamen, & culturæ ſoli patrij non inhabiles. Vmbria vaſtos et albos etc. Colum. lib. 6. cap. 1.* SOLVM ENIM HOMINIS) *ποδῶν δέρμα. Cicero ſolorum callum dixit. Pro pede & ſolea etiam Lucretius lib. 1. & 4. illo verſu. Auia Pieridum peragro loca, nullius ante Trita ſolo. Varro lib. 4. de ling. lat. quæ ſolo teri poſſunt, ſola terræ. Solum denique idem valere interdum quod ſoleam, illa Plauti ex Bacchid. probant. Etiam rogas, qui ſoccis habeat auro ſuppactum ſolum?* SI BENE PASCERET) *Hoc reſponſum poſuit Plin. cap. 5. libri millies à me prolati. Eandem ſententiam laudans Colum. præfat. lib. 6. hæc ſubdit. Cæterùm de tam ſapienti viro piget dicere, quod eum quidam auctores memorant, quidnam quærenti cuidam tertium in agricolatione quæſtuoſum eſſet, aſſeueraſſe, ſi quis vel malè paſceret, cum præſertim maius diſpendium ſequatur inertem &*

*inſcium paſtorem, quàm prudentem, diligentémq; compendium. De ſecundo tamen reſponſo dubium non eſt, quin mediocrem negligentiam domini fructus pecoris exſuperet.* PRÆSVLEM CASTITATEM) *Mineruam ſemper virginem huius arboris inuentricem, & præſidem poetæ fabulantur, quando cum Neptuno de Attica decertans, oliuam extulit, ille equum. Sed quoniam Mineruam perpetuam colere virginitatem dicunt (quam ob cauſſam ab Horatio intacta vocatur) deinde deſponſatione facetam narrabo hiſtoriam, petitam ex Suaſoria 1. Senecæ. Cum Antonius vellet ſe Liberum patrem dici, & hoc nomen ſtatuis ſubſcribi iuberet, habitu quoque & comitatu Liberum imitaretur, occurrerunt venienti ei Athenienſes cum coniugibus, & liberis, & Διόνυσον ſalutauerunt. Bene illis ceſſerat, ſi naſus Atticus ibi ſubſtitiſſet. Dixerunt deſponaiie ſe in matrimonium Mineruam ſuam, & rogauerunt, vt duceret. At Antonius ait ducturum, ſed dotis nomine imperare ſe illis mille talenta. Tum ex Græculis quidam ait: κύριε, ὁ Ζεὺς τὴν μητέρα σου Σεμέλην ἄπροικον εἶχε. Huic quidem impune fuit: ſed Athenienſium ſponſalia mille talentis æſtimata ſunt. Plutarch. in Antonio. Fuit & Imperator quidam, nomen excidit, qui ſibi cum Minerua coniugium eſſe per extremam ſtoliditatem ſimulabat.*

PRO-

# PROGYMNASMA
## PRIMVM ET TRICESIMVM.
## *Prognoſtica.*

*RVSTICVLVS, ASTROLOGVS.*

RVSTICVLVS. Vt vobis Aſtrologis, Chaldæis, Genethliacis, Mathematicis (& ſi quæ alia ſunt nomina, quibus inſignimini) vt, inquam, vobis cum veſtris altitudinibus, acceſsibus, receſsibus, oppoſitionibus, cœtibus ſiderum, planetarúmque, quibus ad euentuum futurorum præſagitionem per delirium & impoſturam vti, & fanatici erroris ac ſtultitiæ mortales quoſque leuiſsimos complere ſoletis, condignum detur malum. Vos Icarum ſequimini. Namque ille pennis non homini datis, & factitiis vacuum expertus aera in mare ſubiectum decidit: & vos ſycophanticæ profeſsionis audacia cum petiſtis magna templa cælitum, commixta ſtellis ſplendidis, alarum ſpoliati remigio, in pelagus mendaciorum vanitatúmque delapſi præfocamini. A. Ohe, téne tam acerbis in nos verborum irruere contumeliis? Te grande nobis optare malum? Quin tu ſanum tibi caput optas? ô ruſticiſsime & inurbaniſsime Ruſtice. R. Bonam mentem precabor iſtis ariolis ac diuinatoribus confidentiloquis & mendaciloquis: ne poſthac ſciant quod neſciunt, & occluſiorem habeant ſtultiloquentiam. Sin minus, vti ſciant cum damno & malo. Hoc ſi ita fiat, publico fiat bono. A.

Impotenter & impudenter ſatis, quaſi præmia ſint propoſita, conuiciis immeritos quàm maledicentiſsimè conſectantibus. Quæ tandem iſta mea, c quæ adeo debacchare mendacia? R. Ex lunæ manſionibus, ſeu peragrationibus per ſigniferum, e ſitu compoſitione, motionibus ſtellarum docere me conaris, induendis veſtibus nouis alios fauſtos, alios infauſtos dies. Vxorem aliàs duci fœlici omine, aliàs ſecus, quia ſit iura coniugij fidémque reſolutura. Tali coniunctione aſpectúque planetarum bonum erit, vt loquimini, pueros ad præceptores mittere, & in vincula ducti, ſerò admodum ex iiſdem eximentur. In alia facie ſtatúque cœli ob æs alienum vinctis quàm ridiculè vaticinamini, niſi intra triduum abſoluantur, in cuſtodia vitam relicturos? Hoc tempus dandis recipiendíſque literis, mutuo repoſcendo, rei mercatoris quærendæ, ſodalitatibus inſtituendis opportunum: illud ad aucupandum, ad equitandum, ad gratiam demerendam incommodum ex vi & affectione lunæ cœlique decernitis. Huiuſcemodi offuciis, nugis, præſtigiis, & fallaciis libri veſtri, vt audio ſunt referti: vt mihi permirum ſæpenumero videatur, quenquam aſſentiri præſenſionibus iſtis, prædictíſque veſtris, cum ea quotidie re & euentis redargui ac refelli palàm ſit: nec ſolùm parua hæc & ſingularia, verùm etiam maiora illa & vniuerſa, quæ in notatione cuiuſque vitæ ex natali eius die, ſeu ſidere natalitio verſantur. En tuli meam ſententiam, en prædictiones plus quam Apollineas. A. Hui Ruſtice, prode afflatum, effunde oraculum, caleſcis, opinor, præſentia numinis,

& pro cerito circumferendus es. R. Veſtibus amici nouis conducet cum ſemper, tum præcipuè diebus ad religionem & ferias conſecratis, ſiue Saturnus & Iupiter ſeſe aſpiciant: ſiue ille ab hoc, veteris iniuriæ nondum immemor, (cum nempe cælo depulſus eſt, pater à filio) oculos auertat. At vxor nunquam proſperè ducitur: ſiquidem vnà ducere oportet ſeruitutem & miſeriam. A. Quare? R. Adiunxtine tibi mulierem? A. Necdum. R. Si adiunxeris, nimio plus ſaxo intelligas. Pertexam quæ ſum exorſus. Pueros magiſtris erudiendos commendare bonum erit, etiam fortaſſe ante annum ſeptimum, quanquam aſtris recuſantibus, & omnia ſiniſtra portendentibus. Tradere verò eoſdem doctoribus ſtultis ac vitioſis, malum erit, quamuis aſtra omnia ſecunda præſagiuerint. A. Acutè. R. Et veriſsimè. Maturior autem, tardiórue alicuius è compedibus & carcere liberatio, vnde vobis prænoſcitur? aut quomodo iſthæc temperatio lunæ, cælíque moderatio poteſt efficere? O Aſtrologe, ô vanidice fatidice, ad effugiendos carceres, ad euitanda vincula & manicas, ad declinanda ſupplicia, nihil ſic valebit, vt innocentia. Nocentes grauiſsimorúmque conuicti ſcelerum, meo quidem, & ſanorum hominum vaticinio quæſtiones, gladium carnificis, crucem, rogum, ardentes laminas, ſimiliúmque pœnarum cruciamenta vix erit vt euadant, & aliqui horum in carcere animas expirabunt pedore & tormentis confecti. Quorum porrò debitorum fides fraudata ſolutione conciderit, ſi in cuſtodiam dati ſint, non ante emittentur, quàm creditoribus vel ſolutis nomi-

nominibus, vel interpoſitis vadibus ac ſponſio-
bus ſatisfecerint. Epiſtolas prædico atque prænun-
tio tutò miſſum iri, ſi eas nemo ſit interceptu
Mutuum non fruſtra repoſcetur, ſi is cui mutua
es, ad reddendum ſe paratum oſtenderit: alioq
infeliciter & fruſtra profectò. Mercari augur
fore bonum crumena plena: vacua non bonu
quæcunque tandem ſigna ſol & luna permean
& vtcunque fauerit Mercurius, qui præeſt mer
moniis. Conſtituere ſodalitatem, & firmare am-
citiam cum bonis, optimum fore promitto, id
ſemper: cum malis peſsimum, idq; in quali
coniunctione aſtrorum. Si quo in loco fuerit a
um copia, bene proueniet aucupium: ſi rara
non multæ capientur, vt ego arbitror. Ad equi-
tionem quod attinet, ſi caballus claudicabit, ma-
lum erit equitare: eodem modo ſi ſternax, ſi fe-
cior, & calcitroſus, & ad obiecta expaueſcere ſo-
litus. Item ſi via ſit incommoda & corrupta. Si
autem placidus, frænis parens, æqualiter pedes la-
mi ponens, ſi iter planum ac molle, non video c
bonum negemus equo portari, præſertim ſi pro-
pter corporis imbecillitatem ęgrius ambules. Gra-
tiam ſucceſſu inibis optatiſsimo, ſi quæ prim
eum officia contuleris, apud quem in gratia e
concupiſcis. Gratia enim gratiam parit. A. Ha
Nec Helenus Priamides, nec Calchas Theſto-
des, nec Tireſias, nec Carmenta aut Caſſandr
nec quotquot extitere vates & augures, verior
cecinerunt: nimium catus, & futurorum præſci
tu es, qui quidem ſis ruſticus. Sunt mihi lectæ
per diuinationes quædam huius ordinis, iis te co

ti

ra volo honorare. Audi. R. Audiam, ne longum facias. A. Hoc anno, ſecundo & nonageſimo, diuites ſatis beati erunt, pauperes afflictabuntur. Multi naſcentur, ſed tamen plures morientur, & horum plerique etiam ante ſenectutem. R. Quid? aſtra tibi hunc annum ſpoponderunt? A. Modeſtè auſculta. Cæci parum videbunt, aut nihil. R. Et ſtulti, credo, parum aut nihil intelligent. A. Aurum erit carius argento, plumbum vendetur mediocri pretio. R. mediocri? A. Profectò mediocri. R. Ain' tu mediocri? A. Aio enimuero. R. Quam certus es vates? dic plura. A. Proderit gallinas, capones, lepores, turdos edere, & vina generoſa bibere. R. At tibi tuóq; ventri non proderit, ſi nummi copia non fuerit. A. Ob aſpectum Martis multi cadent in prælio, qui diutius viuere potuiſſent. R. Ego huic Marti tergum obuertam, ne inter nos aſpiciamus. A. Aliquando erit ſudum, aliquando tempeſtas humida, aliquando frigida, aliâs pluet niuibus, aliâs omnia lacerabunt venti: & mirabiles demum conuerſiones rerum hoc anno cernentur. R. Si vos ſic diuinaretis, tanto odio contēptúque non laboraretis. Verùm vt obſeruetis quo habitu, forma, poſitu ſtellarum quis naſcatur, & inde eiuſdem fortunam, mores, ingenium, actiones, annos, vitæ exitum deſcribatis, vt non tantum caſus & euenta, quæ extrinſecus accidunt, ſed ipſa quoque hominum conſilia & arbitria, varias voluntates, appetitiones, declinationes, fortuitos ac repentinos leuiſsimis in rebus animorum impetus atque receſſus è cælo moueri & diſpenſari ſtatuatis, hæc eſt inſaniſsima inſania. Siccine humana

omnia

omnia non à Deo, ſed à ſtellis immutabili neceſſitate conſtricta gubernantur? Si homines res quæque futuras præſentiant, quid inter eos & Deum interſit? Si omnia fato eueniunt, quis erit voluntatis libertati relictus locus? Quid ad rem pertinet qua cæli affectione in lucem animal veniat? aut quare naſcentium ortus vis ſiderum ac lunæ adminiſtret? A. Nec ſutor vltra crepidam, nec agricola vltra aratrum. Ne iſta percontare, agreſtium peritia contentus eſto. Habe tibi raſtros & vomeres, & ad eoſdem purgandos inhærentéque terra liberandos rallum ſeu rallam quoque, nobis ſine ſtellas & horoſcopos. R. Quia falſitates tuas non fero, tu me non fers. A. Geſtiunt pugni mihi: conticeſce. R. Et mihi præualidus eſt pugnus. Tum ſi te genu icero, facilè ad terram dabo. Etſi corpus eſt puſillum, at vires ſunt robuſtæ. Infæliciſsimæ fuerunt multorum geneſes, quas impoſturæ veſtræ fæliciſsimas fore prædixerant: volutatique ſunt in continuis ærumnis, ab amicis, fortunis, & exiſtimatione inopes, quibus iſti genethliaci omnes bonas fælicitates promiſerant. Quot virenti ætate hinc abierunt, veſtris mendaciis non niſi maiores natu morituri? Inuenti ſunt abſtinentes qui fures, caſti qui libidinoſi, literarum cultores qui bellatores à vobis erant prænuntiati. Valuerunt pancraticè, quos cum morbis conflictaturos, vicerunt quos vincendos, victi ſunt quos victuros per aſtrorum potentiam ſpoponderatis. Quòd hic mas, illa fæmina, illi gemelli nati ſunt, quòd hic partus monſtroſus, quòd fœtus multiplex, hæc omnia ſcilicet, longéque plura aſtris ingenerata fuerunt.

Quæ

Quæ prognoſtica veſtra de temperationibus aeris, de pluuia, ſiccitate, æſtu, frigore, ventis, grandine, terræmotu ac tempeſtate inprimis cum vero conſentire debuerunt, in his tam eſtis falſidici, vt nullus pæne diei ſtatus cum veſtris prædictionibus conſpiret. Et veritatem habebunt, quæ de cuiuſque ingenio, moribus, animo, corpore, actionibus vitæ, caſibus & euentibus prædicitis? A. Iſtud quomodo fieri queat, tua nihil refert: ruſculum tuum colito, & intra villam conditionémque tuam maneto. Cauſſas cæleſtes nouimus, è quibus tum hæc, tum alia prædicta apta ſunt. Agreſtis cum ſis, omnem ſpem delectationis tuæ in agreſtibus poſitam habere velis, cæleſtia nobis relinque. R. Et tu homo cum ſis, intra humana quieſce, diuina conſilia Deo dimitte, in cuius manu ac poteſtate ſitum cenſeo, quid cuique eueniat. Qui ſi me florentem & opulentum volet, nulla hoc ſtellarum quarumcunque poſitura, nullus lunæ tractus impediet. Nec ſi me decreuerim dare ad virtutem, vos cæli interpretes, & qui aſtrorum linguam intelligitis, me vitium amplecti cogetis. Multò crebrius vera prænuntiant medici de ægrotis, nautæ de procellis, ruſtici de annona & mutationibus aeris, paſtores de pecoribus, quàm vos de tempeſtatibus, & hominum fatis. A. Quam indigne hic homuncio de noſtra natione & ſentit & loquitur? Cur quæſo? R. Signa vos obſeruatis, quæ ſigna nulla ſunt: cauſſas reſpicitis, quæ cauſſæ non ſunt. Comminiſcimini præterea quaſdam in cælo partes, domos, imagines, quas Deus nequaquam eſt fabricatus, & his ad præſagiorum vaniloquentiam abutimini.

Hæc

Hæc vel ruſticus ego poſsim falſi coarguere, oſten-
deréque hanc aſtrologiam veſtram diuinatricem
non eſſe aut artem, aut ſcientiam, ſed, qua nullum
maius eſt malum, inſipientiam & dementiam. At
illi quos nominaui, ideo non ſæpe falluntur, quòd
cauſsis atque ſignis veris, propriis, proximis, na-
turalibus omnia metiuntur. Medicus ſiquidem de
affectione & ſtatu ægri ex lotio & pulſu venarum
magis, quàm è natura ſiderea, & orbium ætherio-
rum motibus coniecturam ducit. Gubernator non
ex Iouis, Martis, Veneris conſideratione, ſed è
nube, vento, conditione aeris, tenuiſsimo flatu,
nubecula tempeſtatem proſpicit. Nec mihi quid-
quam perſuadeat, agricolationem fructuoſiorem,
medicinam ſalubriorem, nauigationem ſecurio-
rem futuram, ſi ab aſtrologis, ſiderúmque contem-
platoribus exerceantur. A. Quoniam te verboſio-
rem, ô Ruſtice, nec vndequaque inſulſum natu-
ſum, de prognoſticis ruſticorum garrientem vel-
lem equidem audire: quibus nempe indiciis illi
pluuias, ventos, ſerenitatem, fertilitatem, ſterili-
tatem prænoſcant. Si te hîc diſertum cognôro, om-
nium ruſticorum experientiſsimum, ac propemo-
dum de ſummis Aſtrologis vnum pronuntiabo.
R. Deteſtandum hoc nomen tibi tuíſque ſit. A.
Manebis igitur qui eſſe vis, ruſticus: ſiquidem ho-
norificum nomen ignominiæ loco laturus videris.
R. Pluuiam præſagiunt canes gramina comeden-
tes, eorúmque ventres murmurantes. Muſcæ &
veſpæ equos acrius compungentes. Fumus perca-
mini gulam ſpiſsius ſubuolans. Crebriores atro-
cioréſque morſus pulicum. A. In hominibus, an &

ca-

canibus? R. In vtriſque. A. Quæ cauſſa huius pulicaris ſæuitiæ? R. Neſcio, effecta obſeruo, cauſſas indagandas mitto philoſophis, qui ſe diuinas humanáſque res perſcrutari profitentur. A. Tende vltra, attendo. R. Sal humeſcens, puls ad ollam intus adhæreſcens, ancillæ inter penſa carpendum dormitantes, mulierum dentes prurientes. Si tonatà Septentrione, ſi ab Oriente, ſi ab Occidente. Si nubes complures vti vellera ab Oriente ſparguntur. Si in cacuminibus montium nubes conſederint, hyemabit: ſi eadem pura fient, diſſerenabit. Sunt inſuper argumenta pluuiarum grues ſilentiò per alta cæli inuolantes. Boues aerem olfactantes, ſéque contra pilum lambentes. Hirundo lacum circumuolitans, ſummíſque alis aquæ ſuperficiem verberans. Ranæ inſuetùm coaxantes, formicæ è cauernulis oua efferentes, arcus cæleſtis, corui & cornices crocitantes, terreſtres volucres aduerſus aquam clangores edentes, ſeſéque perfundentes. Oleum lucernæ ſcintillans, & fungi ſe inde tollentes, luna creſcens obſcurior, ſol exoriens concauus & maculoſus. Item ſub ortum ſolis nigræ nubes, rubentibus interuenientes. Quod ſi eo exſurgente nubes partim ad Auſtrum, partim ad Aquilonem differentur, cingat eum licet pura ſerenitas, pluuia tamen ventíque ſequentur. Si naſcente aut occumbente ſole contractos videbis radios, imbrem denuntiari ſcias. Cum terras luſtrare incipiens, non iaculabitur radios illuſtres, pluuiam portendet. Si eo occidente pluet, aut radij in ſe nubem trahent: ſi ſub exortum nubes globabuntur, in proximè ſecuturum diem aſpera tem-

peſtas exſpectetur. Graues etiam tempeſtates mi-
natur, repente, ſine nubilo caliginéque ſtellarum
fulgor obfuſcatus. Pluuiæ quoque ſignificationem
dant circum aliqua ſidera circuli noui. A. En Aſtro-
logum, hæc noſtra ſunt. R. Et noſtra ſunt, id eſt
omnium, qui non ſumus oculis orbati. Deinceps
ventorum quædam prognoſtica tibi enumerabo.
Nubes ante ſolem emerſum rubeſcentes. Item ſe-
reno cælo impulſæ, à qua parte id ſit, ex ea flatum
diuinabis. Luna rubicunda. Tonitrua matutina
(nam meridiana imbrem afferunt) montium fra-
gor, murmur nemorum. Si volitare plures ſtellæ
videbuntur, quò feruntur albeſcentes, ex iis par-
tibus ventos ſignificabunt. Sublimior volatus ar-
deæ, fulicarum in arenis, plumarum in aquis col-
luſio, flamma flexuoſè volitans, & lumina cum i-
ſeſe flammas elidunt, aut vix accenduntur. Cum
ad ollas ſublatas carbo adhæret, aut cum coope-
tus ignis è ſe fauillam diſcutit, ſcintillámue pro-
cit: aut cum cinis in foco concreſcit, & cum carbo
vehementius perlucet. Mare tumidum. Maris tra-
quillo ſonitus, ſpumæ diſperſæ, aquæ bullantes
venturæ tempeſtatis indicia ſunt. Delphini ſeda-
mari laſciuientes, mergi & anates pennas roſtro
purgantes, corui ſingultu quodam latrantes, ſeque
concutientes ſi continuabunt, ventos: ſi verò ca-
ptim vocem reſorbebunt, ventoſum imbrem nu-
tiabunt. A. Admirari incipio ingenium tuum. R.
Non vos ſoli poſsidetis quidquid vſpiam eſt inge-
nij, nec ſoli vates eſtis, ſi tamen eſtis. A. Non ſoli
eſſe, apparet certè. Vt reor, non te latent etiam ſe-
renitatis notæ. R. Promam aliquas. Stellæ & lu-

pu

puro nitore micantes. Nebulæ è montibus deſcendentes, aut cælo cadentes, aut vallibus inſidentes. Noctu ſilens noctua, niſi caſsitam perſequens, clara & frequens coruuorum crocitatio, flocci vagabundi per aera, halcyones non captantes ſolem paſsis alis in littore, porci non lacerantes iactantéſque ſtraminis aut fœni manipulos. Sol pridie ſerenus occidens, poſtridie ſerenus exoriens certiſsima ſerenitatis fides. Si item viſentur ad occaſum rubeſcere nubes. Si eodem ab ortu propellentur. Ver & æſtas ſi non ſine riguo aliquo tranſierint, autumnum ſerenum & denſum, ac minus ventoſum facient. Autumni ſerenitatem plerunque hyems ventoſa excipit. Signa futuræ fertilitatis hæc habemus. Autumnus ſiccus & ſerenus, ver temperatè calidum. Si folia amygdalorum à floribus ſuperabuntur: ſin contra, ſequetur ſterilitas, & in ſegetibus culmorum palearúmque plus, quàm granorum erit. Greges auium nemoribus & inſulis relictis, agros, villas, vrbes celebrantes, graculi turmatim ſyluis valedicentes, verni præterea flores, & fructus vberiores habitioréſque quàm conſueuerint eſſe, pluuiæ diuturnæ, quercus, ilicis fæcunditas, fabarum copia, locuſtæ, vermes, erucæ, hæc omnia futuram annonæ difficultatem prædicunt. Attamen nullum certius argumentum, vel nulla cauſſa potior ſterilitatis, quàm bella, cuius quidem mali non aduentus ſolùm, ſed etiam metus ipſe affert calamitatem. Deſeritur quippe agricultura, pecora & armenta aratoria abducuntur, horrea incendio deuaſtantur, vomeres in gladios conflantur, ſementes equorum vngulis conculcantur,

cantur, coloni ipſi aut trucidantur, aut in ſeruitu-
tem abripiuntur. Quid igitur faciant arua, ſi ad
culturam & vocalia, & muta inſtrumenta deſint?
Quid ſpei, ſi ſemina tam miserè pereant? ſqualle-
ant, & lugeant oportet. A. Nonne tu præter iſta per
duodecim menſes poſsis futura canere? R. Poſſum.
A. Quo pacto? R. Si calendis Ianuariis cælum la-
rubuerit, bellorum ac tempeſtatum hoc quoddam
prædictum fuerit. Dies S. Vincentij cum ſole pu-
vini magnum numerum pollicetur. Dies D. Pauli
conuerſo ſacer, fertilitatem. Eo ſi ningat aut plu-
annus mediociter nos beabit. Nebulæ ſi fuerint, e-
contagionibus cumulabuntur funera. Februa-
menſe, Bacchanalium die ſupremo plantandum,
ſeminandum. Sic enim plantarium & ſegetem u-
ridia ſemper habiturus es. Quantum lumen eodem
ſol fundet, tantum ſequentibus diebus quadra-
ginta fuſurum confide. Quàm crebras in Martio
ſentiemus nebulas, tam frequentes per annum re-
liquum ſuſtinebimus pluuias, ſeu imbres potius:
& quoties ceciderint rores, toties poſt Paſcha pru-
inæ. Dies Palmarum turbidus, malum. Aprilis non
ſiccus placet. Maio dies D. Vrbano feſtus ſi fuerit
ſerenus, vberrimum vini prouentum ſpondebit.
Pluuiæ eiuſdem lucis, vt Pentecoſtes, infauſtum
omen. Iunio menſe feriis Ioannis Baptiſtæ pluuia
clamat actum eſſe de auellanis. Quintilis ſi madi-
erit die Viſitationis Mariæ, in quadraginta alios
cæleſtes aquas exſpectabimus. Si ante ferias Apo-
ſtoli Iacobi triduana fuerit ſerenitas, frumenta bo-
nitatem retinebunt: ſin minus, fient olida. Eius-
dem dies ante meridiem prognoſticum eſt hy-
berni

berni temporis, quod venit ante natalia Seruatoris. Hoc igitur die ſi luxerit ſol, frigida erit toleranda hyems: ſi pluerit, tepida & humida. Sextili menſe ſi ſol terras aſpiciet per diem Aſſumptæ in cælum Virgini dedicatum, bene de vino ſperabimus. In Septembri ſi voles anni futuri ſtatum præſcire, ſub diem archangeli Michaelis glandem apertam fac inſpectes. Si araneolum intus inueneris, infelix omen, quia infelix annus: ſi vermiculum, gratum omen, quia bonus annus & ferax: ſi nihil, lues per corpora graſſabitur. Si fuerit glandium copia maior, maturiúſque proueniens, ſignificabitur citius ſenſuros nos hyemem, & ante natalem Chriſti fore niues altas, ac poſtea intolerandum frigus. Si beſtiolæ in glande latitantes pulchrę fuerint, æſtatis pulchritudinem frumentorúmque bonitatem indicabunt: ſi maduerint, æſtatem madidam: ſi macræ, calidam & aridam. Si Octobri arboribus folia non deciderint, perfrigida hyems ſubeunda erit, aut erunt frequentes poſtmodum erucæ. Nouembri incide æſculum: ſi lignum inueneris ſiccum, hyemem tepidam: ſi humens, algidam fore puta. Si Decembri Natalis veniat luna incrementem capiente, annus optabilis promittitur: ſi creſcente, inimicus. Si ligna cædas duobus diebus anni poſtremis, & primo Ianuarij, noua luna, non ſentient cariem, & magis magíſque vetuſtate dureſcent. Hæ ſunt prædictiones meæ: hæc prænoſſe ruſticis nobis eſt vtile. Et hac ſcientia fraudem facio nemini, nec vlla cuiquam inuiſa & odioſa eſt, vti veſtra ſomnia. A. Nec iſta ignorabam, quæ tu congeſsiſti, & ne amplius maledicta iaci-

iacias, méque ad te pulſandum irrites, abibo: li-
bentiúſq; manſuetudini ac bonitati in condonan-
da, quàm iræ & furori in vlciſcenda, quam tu mihi
toto hoc ſermone tuo imponere non es veritus,
iniuria obtemperabo. R. Ito: fatum hoc tuum fu-
it, vt audires à me hodie quæ te digna eſſent. Quæ
te præuidiſſe, & cauiſſe conueniebat.

## ANNOTATIONES.

PROGNOSTICA) *Præcipere opinione, præſagire, præſentire, diuinare,* προγινώσκειν, *bonas maláſque tempeſtates è cœlo, ſideribus aliíſque rebus in rem eſt agricolarum. Media in meſſe ventorum ſæpe conflictus exorti ſunt, & nonnunquam ſubitò coortus imber maximè, demeſſam ſegetem vitiauit. Sunt item, quæ niſi impendente pluuia ſeri non conducit.* De huiuſcemodi prognoſticis poſt Maronem in 1. Georg. diſputauit Plin. lib. 18. cap. 35. ac primùm ea collegit, quæ à ſole ducuntur, deinde quæ à luna, poſtmodum quæ à ſtellis, tandem quæ ab aliis in locis ſuperis gigni ſolitis, vt ab Iride, tonitru, fulgure, nubibus, nebulis, circulis. Subiungit his, quæ à terrenis ignibus, ab aquis, à montibus, ab animantibus. M. Cicero Arateos verſus (in quibus huius generis prædictiones) à ſe iiſdem numeris latinè redditos prognoſtica ſua vocauit ad Att. ep. 1. lib. 2. *Prognoſtica mea cum oratiunculis propediem exſpecta.* Et 1. de Diuinat. ait Q. F. *Atque his rerum præſenſionibus prognoſtica tua referta ſunt.* Quod verò ſcribit ad Att. ep. 16. lib. 15. *Equidem* plui-

pluuias metuo, ſi prognoſtica noſtra vera ſunt: ranæ enim φιλορέυσι, idcircò dicit noſtra, quod ranæ, quæ identidem coaxantes pluuiam affore monent, id quod etiam in Arato eſt, φιλορέυσι, hoc eſt, quaſi noſtro, nempe rhetorum more declamitant, ſermonémque frequentant. ASTROLOGVS) Inter aſtrologum & aſtronomum quid ſit differentiæ, hinc diſcemus. Aſtronomia cœli conuerſionem, ſtellarum ſitus, ortus atque obitus, ſtationes, defectiones, figuras, progreſſus contemplatur. Aſtrologia ex his rebus futura coniectat. Illa, inquam, ſcientia eſt de ordine, poſitu, magnitudine, interuallis, motibus, coniunctionibus, defectibus ſiderum: hæc eorum vim, actiones, qualitates, efficientiam, quam motu, lumine, & arcanis quibuſdam influxibus in mundum inferiorem, ſubiectum lunæ videlicet obtinent, perſcrutatur. Verùm hec naturalis & nuſquam interdicta aſtrologia eſt. Alia ſuperſtitioſa, prohibita legibus, quæ abſurda, prorſus incerta, & incredibilia, quaſi fataliter mortalibus euentura vaticinatur, quæ, vt inquit Iſid. duodecim cœli ſigna per ſingula animæ, vel corporis membra diſponit, ſiderúmque curſu neceſſitates hominum & mores prædicere conatur. Hanc duodecim libris doctiſſimè inſectatur Ioannes Picus Mirandulanus. Multa item aduerſus eandem diſſerit Bened. Pererius lib. 2. commẽtar. in Geneſin. CHALDÆIS, GENETHLIACIS, MATHEMATICIS) Chaldæi dicuntur iſtius ordinis aſtrologi, quod hæc prædicendi ratio à Chaldæis traxit initium, in quibus præſtabant Babylonij. Hinc Horat. ſuadet ne tentemus

mus Babylonios numeros ad præcipiendam vitæ noſtræ longitudinem, Ode 11. lib. 1.

> *Tu ne quæſieris ſcire, nefas, quem mihi, quem tibi*
> *Finem dij dederint Leuconoe, nec Babylonios*
> *Tentaris numeros, vt melius, quidquid erit, pati:*
> *Seu plures hyemes, ſeu tribuit Iupiter vltimam,*
> *Quæ nunc oppoſitis debilitat pumicibus mare.*

Cic. Tuſcul. 1. Nam nunc quidem cogitationibus molliſſimis effæminamur, vt ſi ante mors aduentet, quàm Chaldæorum promiſſa conſecuti ſimus, ſpoliati magnis quibuſdam bonis, illuſi deſtitutíque videamur. Aduerſum eoſdem diſputat idem 2. de Diuinat. & Phauorinus apud Gellium lib. 14. cap. 1. Baſil. orat. 6. in Hexaëm. Euſeb. de præparat. Euang. lib. 6. Auguſtin. de doctrina Chriſtiana. De Chaldæorum porrò doctrina, decretis, diuinationibus multa Diodorus Siculus lib. 3. cap. 8. Genethliacis ideo nomen eſt, quod γενέθλια, ſeu dies & horas natales conſiderant, quamobrem & ὡροσκόποι, indéque naſcentium ortus ad ſtellarum poteſtatem reuocant, contendúntque intereſſe, qua cœli temperatione primum ſpiritum quis in limine vitæ hauſerit. Vulgus Mathematicos, quidam Planetarios vocitant. Ab his conſulendis adoleſcentes Phauorinus philoſophus deterrere volens, talem argumentationem concludebat. Aut aduerſa euentura dicunt, aut proſpera. Si dicunt proſpera & fallunt, miſer fies fruſtra exſpectando: ſi aduerſa dicunt & mentiuntur, miſer fies fruſtra timendo. Si vera reſpondent, eáque ſunt non proſpera, iam inde ex animo miſer fies, antequam

ſi

fato fias. Si felicia promittunt, eáque euentura ſunt, tum planè duo erunt incommoda, & exſpectatio te ſpei ſuſpenſum fatigabit, & futurum gaudij fructum ſpes tibi iam defloruerit. In Codice apud Iurecos. eſt huiuſcemodi Conſtantini Cæſaris conſtitutio. *Nemo aruſpicem conſultat, aut mathematicum, nemo ariolum. Augurum & vatum praua confeſsio conticeſcat. Chaldæi ac magi, & cæteri quos maleficos ob facinorum multitudinem vulgus appellat, nec ad hanc partem aliquid moliantur. Sileat omnibus perpetuò diuinandi curioſitas: etenim ſupplicium capitis feret, gladio vltore proſtratus, quicunque noſtris iuſsibus obſequium denegauerit.* CVM VESTRIS ALTITVDINIBVS) Particula iſta (cum) indignationi exprimendæ ſeruit, vti etiam apud Germanos. Terent. Eunuch. I hinc quò dignus es cum donis tuis tam lepidis. Adelph. Vt te Syre cum tua monſtratione magnus perdat Iupiter. VOS ICARVM SEQVIMINI) Fabulam Icari narrauit Ouid. lib. 8. Metamorph. Diodorus lib. 4. cap. 13. de eodem. Torquent hoc commentum poeticum in diuinatores iſtos Mirandulanus lib. 2. cap. 9. Alciatus emblem. 103. Diogenes cum ſecum conſideraret philoſophorum, politicorum, medicorum, & hominum eius generis reliquorum functiones in humana ſocietate, nullum aliud animal homine ſapientius ſibi videri affirmabat. Cum verò contemplaretur aſtrorum inſpectores, & coniectores, nihil homine ſtultius, atque fatuum magis ſibi videri teſtabatur. PER SIGNIFERVM) De hoc circulo eiuſque ſignis duodecim Cicero in Arateis hunc in modum.

*Zodaicum hunc Græci vocitant, noſtrique Latini*

*Orbem ſigniferum perhibebunt nomine vero.*
*Nam gerit hic voluens bis ſex ardentia ſigna.*
*Aeſtiferæſt pandens feruentia ſidera Cancer.*
*Hunc ſubterfulgens cedit vis torua leonis,*
*Quem rutilo ſequitur collucens corpore Virgo.*
*Exin proiectæ claro cum lumine Chelæ,*
*Ipſaq́ue conſequitur lucens vis magna Nepäi.*
*Inde ſagittipotens dextra flexum tenet arcum:*
*Poſt hunc ore fero Capricornus vadere pergit.*
*Humidus inde loci collucet Aquarius orbem.*
*Exin ſquamiferi ſerpentis ludere piſces.*
*Queis omnes eſt Aries obſcuro lumine labens:*
*Inflexóque genu proiecto corpore Taurus:*
*Et Gemini clarum iactantes lucibus ignem.*
*Hæc ſol æterno conueſtit lumine luſtrans,*
*Annua conficiens vertentia tempora curſu.*

*Varroni limbus dicitur, de re Ruſt.* VIX ERIT VT EVADANT) *Antiquum & probum loquendi genu. Cato de re Ruſt. Eſt interdum præſtare mercaturum quærere. Quod proinde eſt ac ſi diceret: eſt interdum vt præſtet. Terent. Hecyra. Si eſt vt velit reducere vxorem, licet. Horat. epiſt. 12. lib. 1. non eſt vt copia maior ab Ioue donari poſſit. Vſurpatur, eſt vt, ornatus tantum gratia: ſicut in illis: eſt quatenus, eſt vbi, eſt quando &c. Græci ἔστιν ὅτε, ἔστιν ὡς, ἔστιν ὅπου.* QVI PRÆSIT MERCIMONIIS) *Præeſſe nuntiis & lucro mercimonii ſunt Mercurij. Vide prologum Amphit. apud Plaut. Horat. Ode 10. lib. 1. Te canam magni Iouis & deorum Nuntium. Atque vt Latinis à merce ſeu mercatura dictus eſt, ſic Græcis ab ἑρμαῖον (quo nomine lucrum inſpectatum ſignificant) ἑρμῆς nuncupatur. Porrò mercatus*

reſa-

re fœliciter geſta domum reuerſi, perinde Mercurio vt Neptuno gratias agebant. Plaut. Sticho.

*Cum re bene geſta ſaluos conuortor domum*
*Neptuno grates habeo & tempeſtatibus,*
*Simul Mercurio, qui me in mercimoniis iuuit.*

RANÆ INSVETVM COAXANTES) Cic. in Arateis.

*Vos quoq; ſigna videtis aquãi dulcis alumnæ,*
*Cum clamore paratis inanes fundere voces,*
*Abſurdoq; ſono fontes & ſtagna cietis.*

Quis eſt qui ranunculos hoc videre ſuſpicari poßit? ſed ineſt mirè & ranunculis quædam natura ſignificans aliquid, per ſe ipſa ſatis certa, cognitioni autem hominum obſcurior. Idem 1. de Diuinat. ARCVS COELESTIS) Propertio purpureus, Tibullo imbrifer, Horatio pluuius, Virgilio ingens arcus. SESEQVE PERFVNDENTES) Præſagium hoc mutuum ſumpſit Virgilius à Varrone è 5. de ling. lat.

*Tum liceat pelagi volucres, tardæq; paludis*
*Cernere inexpleto ſtudio certare lauandi,*
*Et velut inſolitum pennis infundere rorem.*

De boue naribus aerem captante duobus verſiculis feſtiuißimus Cicero.

*Mollipedeſq; boues ſpectantes lumina cœli,*
*Naribus humiferum duxere ex aere ſuccum.*

Mare autem tumidum, quod vnum eſt è prognoſticis, in iiſdem Arateis pereleganter expreßit.

*Atq; etiam ventos præmonſtrat ſæpe futuros*
*Inflatum mare, cum ſubitò penituſq; tumeſcit,*
*Saxáq; cana ſalis niueo ſpumata liquore,*
*Triſtificas certant Neptuno reddere voces.*

CLARA

CLARA ET FREQVENS CORVORVM) Poſt-quam hoc prognoſticon tradidit Virgilius, quærit vnde auibus & quadrupedibus, quibus ratio & futuri proui-dentia nulla diuinitus eſt conceſſa, iſta tempeſtatum præ-ſenſio, támque læti concentus, & laſciui motus. Reſpon-det. Ea natura præditas animantes, vt quàm maximè facilliméque mutationem aeris earum corpora percipi-ant. Quocirca cum aut ex raritate denſius, aut ex ſpiſſi-tudine rarius fit cœlum, alios illæ, alióſque motus conci-piunt. QVAM BELLA) Huc quadrabunt extremi verſus de 1. Georg. vbi poeta de bellis ciuilibus grauem u-xit querimoniam.

*Quippe vbi fas verſum atq; nefas tot bella per orbem*
*Tam multæ ſcelerum facies: non vllus aratro*
*Dignus honos: ſqualent abductis arua colonis:*
*Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem.*

Eſt etiam non ignota Melibœi querela patriam fugientis, & arua dulcia ſua deſerentis, cum capellis ſuis, propter agros ciuibus Mantuanis ademptos, atque inter impios milites diſtributos. Pro coronide addam his annotamen-tis. Nouem ſunt diuinandi ſpecies. Aſtrologia, de quaſi ſatis. Hydromantia ex aqua. Catoptromantia è ſpecu-Lecanomantia è pelui. Pyromantia ex igni. Geomantia terra. Chiromantia è lineis manuum. Necromantia, ſu necyomantia (non vt græcè prorſus indocti, & neſcientes vocum originem, neque vim intelligentes, nigromantia, vnde vulgus Germanicũ cæcos cæcũ ſequens, Schwartz kunſt / cum dicendum eſſet Todtenkunſt) ergo necro-manti

*mantia à νεκρὸς mortuus, quæ vmbrarum animarúmue euocationes fiunt, & cum inferis colloquia. Capnomantia ex fumo. Cicero aliquot genera his verbis commemorat. Quid enim habet aruſpex, cur pulmo inciſus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem? Quid augur, cur à dextra coruus, à ſiniſtra cornix faciat ratum? Quid Aſtrologus, cur ſtella Iouis aut Veneris coniuncta cum luna ad ortus puerorum ſalutaris ſit, Saturni Martíſue contraria?*

# MISCELLA PROGYMNASMATA, SIVE CHAOS.

## PROGYMNASMA SECVNDVM ET TRICESIMVM.

## *Germania.*

*GODEFRIDVS, CASTVLVS, ARNVLPHVS.*

God. *Cum procul obſcuros colles, humilémq; videmus*
*Italiam, Italiam primus conclamat Achates,*
*Italiam ſocij læto clamore ſalutant.*

HÆc apud vatem Romanum Aeneas, qui cremata patria, & domo profugus, per varios caſus, per tot rerum diſcrimina ducentibus fatis ſedem in Italia cum ſuis, condendæq; vrbi

vrbi locum quærebat. Cur proinde nos, chara mihi pectora, longiſsimo interuallo ex intima Gallia, in qua ſtudiorum noſtrorum explicandæ, nunc autem Dei beneficio explicatæ & expeditæ rationes nos tenuerunt, communem hanc dulciſsimámque patriam, cuius iam fumum aſpicimus, & quam vel aſperrimis ſaxulis affixam immortalitati anteponere oportet (quod de viro ſapientiſsimo pater poetarum cecinit) repetentes, non etiam in ſimiles voces gratulabundi prorumpimus? Cur eam non ſalutamus? Fungar vice veſtra. O terra patria, regnorúmq; ſidus Germania ſalue: in quam nos annis poſt decem, quam è tuo ſinu peregrè diſceſsimus, læti gratulantéſque reuenimus: vix ipſi credentes nobis, adeſſe videlicet nos ad fines hoſce limitéſque tuos, & intueri iam campos tuos. Salue natale ſolum. Saluete quotquot Germaniæ noſtræ tutelares Diui præſidetis, & reduces fauſtis ominibus volentes propitij accipitote. Ecce autem voluptatem improuiſam. C. Quidnam? G. Tiliam ad opacandum locum patulis ſupra modum diffuſam ramis. Quin captamus haſce vmbras, & hæc frigora, alligatis interim caballis ad arbores in proximo, & calorem meridianum tantiſper, dum ille aliquantum fregerit, à corporibus defendimus? C. Eo in ſententiam tuam, approbóq; conſilium: ſudore manant artus omnes mei. Deſcendo. A. An ego ſentirem alia omnia? Præſtabile conſilium conſulis, Godefride. Hem, deſcendi. Abiiciamus nos in herbam, quieſcamúſque ad horam ſuauiter. Quod vt etiam ad alteram faciamus, tamen veniemus in vrbem: haud procul diſtat.

G. Nu-

G. Nunquid non ipſum patriæ noſtræ vocabulum delectatione vos mulcet, & ad quales homines tandem reuertamini commonefacit? Siue enim Alemaniam, ſiue Germaniam nuncupemus, vtrumq; nomen è ſermone patrio profluxit, & ab eo ductum eſt, quod indigenæ omnes ſunt viri, ſeu penitus viri: qui nimirum & corporum viribus excellant, & nullam animi partem delicatam, mollem, effœminatam habeant. Sic Gerhardus eſt prorſus durus, Gerbrechtus prorſus celebris. Non enim audio ineptos quoſdam, à Manno Tuiſconis filio, aut à Lemano lacu Geneuenſi in Allobrogibus, aut ab Hercule Alemano, à quo vetuſtiſsimi Germanorum ſubacti ſint, prius nomen demiſſum deriuatúmque affirmantes. Ex eodem fonte ſunt illa, quibus aliæ quoque gentes vtuntur, Marcomani, quod à limite & viro ducitur: quaſi dicas, Collimitanei viri. Cœnomani, à Kün/ quod verbum in eo ponitur, qui audet: quaſi dicas, audaces viri. Longobardi (qui populus ad Germanos ſuam refert originem) à longa barba: quaſi dicas, Longobarbi. Cæterùm priſci ſcriptores Alemanos & Alemaniam pro Sueuis & Sueuia duntaxat vſurpauerunt, quæ olim Rheno, Danubio, Nicro (qui hodie Neccarus) continebatur. Germanorum & Germaniæ appellationes vſitatiores ac tritiores ſunt. Quas quod quidam inde natas putant, quoniam gens noſtra germanè, hoc eſt fraternè vtramque fortunam partiretur, & (quod Cæſar memoriæ prodidit) per alternos foris arma tractaret, domi agros coleret, vxores liberóſque curaret: & quod Strabo lib. 7. quòd eſſent Gallis forma, victu,

ctu, moribus ſimiles, vt eos ipſorum eſſe quaſi fra-
tres Romani oſtenderent, nomen Germanorum
indidiſſe ſcribit, hæc ego refellere nolo, eſt enim
certiſsimum à Romanis ita appellatos, antequam
ipſi ſe Germanos appellarent: & non rarò fit, v
vna vox vel in eadem, vel diuerſis in linguis diuer-
ſas cohibeat notiones. Germania igitur vocem
quoque noſtratem eſſe duco, de qua opinione me
nemo depellet. C. Et ego ita faueo huic ſententiæ
vt etiamſi vera non eſſet, mihi tamen eam perſua-
deri velim. A. Ego facillimè patior ne in mentem
quidem mihi quidquam contra venire. Rectè
quidem de iſtis nominibus Godefride: Teutonum
& Teutoniæ voces vnde promanarint ſcire perm-
pimus: nam & hæ nobis patriæq; noſtræ nomina
tribuuntur. G. Tuiſconem aiunt poſt illud noti-
ſimum orbis terrarum diluuium à Noe ex Arez
vxore ſuſceptum, & natu iam grandem ad Rhe-
num à patre amandatum, vt ea loca neſcio quo-
uſque occupata, ditione teneret. Inde genti & re-
gioni nomen ab eo impoſitum. Veruntamen Tui-
ſcones potius ab illo nominaremur (vt lingua no-
ſtra appellamur reuera: nam Teutſch / & Teutſch-
land hanc habent originem) & Germania nunc-
paretur Tuiſconia. A Teutone igitur, qui proxi-
mè poſt Tuiſconem Germanis cum imperio præ-
fuiſſe traditur, hæc nomina detorta & inflexa cre-
dibilius apparet. A Principibus porrò, ac ducibus
populorũ in terras alias atq; alias rerum fortunas
rúmq; ſuarum ſedes transferentium, populis den-
de ipſis manſiſſe appellationem certũ eſt, vt Fran-
cia & Franci à Franco dicti ſunt, Italia & Itali
Italo. Teſtis Virgilius.

*Eſt locus, Heſperiam Graij cognomine dicunt:*
*Terra antiqua, potens armis. atq; vbere gleba.*
*Oenotrij coluere viri: nunc fama minores*
*Italiam dixiſſe, ducis de nomine gentem.*

Eandem Oenotriam ab Oenotro Sabinorũm rege vocatam ex Varrone docet Seruius. A. Quandoquidem inſperantibus nobis, mihi quidem certè, attamen valde vtrique iam pridem optanti contigit, vt in hunc ſermonem delaberere, & de laudibus patriæ communis (quod tibi omninò fixum eſſe coniecto) ab iſto exorſu apto ſanè, & congruenti orationem pertexeres, ſcito te ad epulas huius diſputationis tuæ homines auidos recipere. Quos ſi etiam ita acceperis, vt reliquiarum potius ſit aliquid, quam eoſdem feras non ſatiatos diſcedere, magnam profectò cùm tibi, tum huic diei gratiam habituri ſumus. G. Conabor id quidem, vt vos iſtis epulis ſaturatos dimittam Arnulphe: quanquam eſt perdifficile, omnium quę videris, lectitaris, audiueris, in vnoquolibet genere, ne dicam in omnibus, poſſe recordari. Quid autem vberius, copioſius, abundantius, addo etiam, magnificentius, quam de Germania diſſerere? C. Non petimus nec appetimus tantum: iis quæ in præſentia occurrent (& multa ſine dubio, quoniam ea memoria es, occurrent) contenti erimus, nec plus ſcire auemus, quam quantulumcũnque tu didiciſti. Hæc ipſa quippe ſatietatem, de qua Arnulphus verba fecit, citra ſatietatem, hoc eſt citra tædium atq; faſtidium nobis allatura confidimus. Verùm, niſi cum moleſtia tua fiat, prius vnum mihi ζήτημα perſolue, quam vltra progrediare. G. Pone. C.

 Quod

Quod iuxta mecum noſti, auctoritatem & fidem
Iulius Cæſar, Cornelius Tacitus, Liuius, & alij re-
rum Romanarum explicatores multam obtinent:
Seneca item philoſophus: à quibus Germaniam
deſcribi videmus ſyluis horridam, paludibus in-
fæcundam, cœlo aſperam, cultu conſpectúque tri-
ſtem. Alicubi nimis humidam, alicubi ventoſam,
frugiferarum arborum, & omnis culturæ impa-
tientem. Pecoribus abundantem quidem, ſed im-
proceris, & armento parum valido. Carentem au-
ro & argento, homines vagantes incertis ſedibus,
perennes hyemes, ſolum ſterile, nullas ædes ma-
teriatas, tantummodo caſas & tuguria è culmis &
frondibus. Cubare noſtros quà nox coegerit, ſub
arboribus, in ſpeluncis, in foueis. Incedere nudos,
ferarum duntaxat pellibus coopertos, venatio-
bus victum tolerare. Quid tibi iſta videntur Go-
deſtride? potéſtne fœlix & beata cenſeri regio, quæ
quidem ſit eiuſmodi? Poteríſne tu quidquam de
Germaniæ fertilitate, cultu, ciuitatibus, moribus,
virtutibus, artibus, ſapientiæ ſtudiis, fortitudine
bellica, nobilitate, hominum frequentia, iuuentus
ſalubritate, rerum omnium copia dicere, ſi talem
eam, nempe tam deſertam, barbaram, agreſtem,
incultam, horridiorem Thracia, immaniorem
Scythia eſſe concedas? G. Eſt quomodo reſpon-
deamus Caſtule. C. Auritum me facio. G. Quod
de Athenienſibus & Romanis principio Coniura-
tionis Salluſtius, idem ego, totidémque vocibus
de Romanis & Germanis pronuntiari poſſe con-
firmo. Athenienſium res geſtæ, inquit, ſicuti ego
exiſtimo, ſatis amplæ magnificæq; fuerunt; veru

aliquanto minores tamen, quam fama feruntur: ſed quia prouenere ibi magna ſcriptorum ingenia, per terrarum orbem Athenienſium facta pro maximis celebrantur. Ita eorum qui ea fecere virtus, tanta habetur, quantum verbis ea potuere extollere præclara ingenia. At pop. Rom. nunquam ea copia fuit: quia prudentiſsimus quiſque negotioſus maximè erat. Ingenium nemo ſine corpore exercebat, optimus quiſque facere quàm dicere, ſua ab aliis benefacta laudari, quam ipſe aliorum narrare alebat. Hactenus ille. Queritur deeſſe ſuis, in quo abundent Græci. At quanto ſatius eſt, nos queri iſto modo? Non defuerunt ante Criſpum, qui Romanam Rempub. litteris illuſtrarent, etiamſi tam diſertè, compoſitè, peritè, ſcientérque vt ille præſtare id nequiuerunt. Eo autem è viuis ſublato, plures extiterunt, vſque ad hanc ætatem, qui rerum geſtarum memoriæ principis terrarum populi (vtar enim verbis Liuianis) pro virili parte cōſuluerunt, eáſque florentiſsima quadam eloquentia extulerunt. Nobis perdiu ſcriptores nulli extiterunt, ob eaſdem fere cauſſas, ob quas Romanis nullos fuiſſe prædicauit Salluſtius. Qui autem noſtro, & ſuperioribus aliquot ſæculis ad res Germanicas poſteritati commendandas ſe applicauerunt, vnam videntur hiſtoriæ laudem exiſtimaſſe, non eſſe mendacem: nulla ſiquidem ornamenta dicendi, nullum artificium ad ſcribendum adhibuerunt, vt narratores tantummodo, non etiam exornatores eſſent, & ſatis haberent, ſi, quod dicerent intelligeretur, verúmque crederetur. Vbi in hiſtoriis noſtris ille tractus orationis lenis & æquabilis?

vbi ille leuis ac dulcis ſonus? vbi ille flos? rerum vbertas, ſententiarum varietas, verborum compoſitio, & vt omnia vno complectar verbo tam clara facundia, quæ in Græcis Romaníſque ſuſpicitur? Non ita demum perſcriptæ ſunt res geſtæ maiorum noſtrorum, vt ſcribendas eſſe præcepit M. Tullius, quo loco oratoris eſſe munus oſtendit historiam ſcribere. Itaque iacuerunt, & hodie propemodum in tenebris & ſilentio iacent res Germanicæ, quia tametſi litteras habent, non habent tamen lumen litterarum, quo conuiſantur penitus, & tantæ quantæ ſunt cognoſcantur. Etenim quod Horatius ad poetarum dignitatem exaggerandam cantauit.

*Vixere fortes ante Agamemnona*
*Multi, ſed omnes illacrymabiles*
*Vrgentur, ignotiq́ longa*
*Nocte, carent quia vate ſacro,*

hoc verius & iuſtius de hiſtoricis licuiſſet, qui non fabuloſa & commentitia, ſed certa & indubitata ſcribunt: & hiſtoria, non poetica eſt teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuntia vetuſtatis. Veteres illi noſtra vix attigerunt, aut etiam malignè extenuarunt, ac depreſſerunt. Addamus & iſtud, non fuiſſe qui ſupra nominabantur Germanos, & vt ait ille in Trinummo, neque oculis neque pedibus ſuis vnquam vſurpauiſſe Germaniam: narraſſe autem, quæ auditione accepiſſent ab iis, qui ipſemet ſolos limites, & extrema luſtrauerant, interiora penitus neſciebant. Quoniam porrò fines videbant informes, dumoſos, aſperos, cœlo triſtiores, aſpectu iniucundos,

talem

ulem eſſe vniuerſam regionem nimium incon-
ſultò ſtatuerunt, & temerè affirmarunt. C. Sic te
reſponſurum mens mea diuinabat. Illud nihilo-
minus non poſsis, credo, non fateri: ſi omnes gen-
tes, omniáque loca conſiderentur, quæ Germaniæ
Germanorúmque nomen priſcis temporibus geſ-
ſerunt, & in quibus illæ tot migrationibus conſe-
derunt, nec ipſas adeò cultas, nec terras adeò fer-
tiles, nec cœlum adeò clemens vbiq; fuiſſe. Quan-
tum enim ſoli quinquaginta gentes (quot ſcilicet
in Germanis numerabantur) occupaſſe credimus?
G. Fatebor verò. Sed illi ſcriptores de tota Ger-
mania generatim ita memorant, quod nobis fe-
rendum non eſt, qui de Germania ferme ad com-
munem & eruditorum etiam opinionem accom-
modatè loquimur, eam in ſuperiorem & inferio-
rem diſtribuentes, & vtrique ſuas prouincias attri-
buentes. A. Quam tu ſuperiorem vocas? G. Quæ
ab alpibus eſt vicinior, in qua ſunt Boiaria, Auſtria,
Stiria, Atheſis, Rhetia, Heluetia, Sueuia, Alſatia,
Rheni tractus vſque ad Moguntiam. C. Quam in-
feriorem? G. Franconiam, Haſsiam, Turingiam,
Boemiam (nam & hæc Germaniæ pars eſt) Miſni-
am, Marchiam, Sileſiam, Pruſsiam, Pomeraniam,
Liuoniam, Saxoniam, Daniam, VVeſtphaliam,
Friſiam, Holandiam, Selandiam, Geldriam, Bra-
bantiam, Lotharingiam &c. Iam illa diſtributio
Germaniæ in principatus, Epiſcopatus, Comita-
tus, Satrapias, Toparchias, Abbatias recentior eſt.
Germania ergo, vt hinc potiſsimum laudationis
trahatur initium, amœniſsima, cultiſsima, fructu-
oſiſsima, rebus omnibus præcellentiſsima eſt, quæ

vel ad vſum vitæ requiruntur, vel aliqua in laude
omnium ſuffragiis ſententiiſq; ponuntur. Qui hoc
intelligi poteſt? Facillimè. Poſita eſt ſub cœlo mi-
tiore, vt nec frigore nimio rigeat, nec vratur calo-
re: quæ duæ res faciunt, vt parum habitabiles, pe-
rúmque frequentes ſint oræ illæ, in quibus domi-
nantur ac ſæuiunt. Noſtra autem regio populorum
hominúmq; propter cœli clementiam ac ſalubri-
tatem quam dixi ditiſsima eſt, & venenatis beſtiis,
quæ ex immoderatis caloribus procreantur, qui-
bus etiam fruges vitiantur, propemodum caret:
nec alia progignit, ex quorum vſu pernicies hu-
manæ vitæ comparetur. Licet ambulare milliari-
bus multis per viridantia & florifera prata, per quæ
fluitant rauco cum murmure ſtrepitantes riui,
per opaca nemora, per vmbroſas ſyluas, per fro-
doſas valles. Occurrunt tot irrigui, & perquam fe-
races horti, colles aprici, montes excelſi, nobiliſsi-
mi amnes, liquidiſsimi fontes, thermæ ſaluberri-
mæ. Quid dicam de tam multis, vel potius innu-
merabilibus oppidis, de florentiſsimis, pulcherri-
mis, ampliſsimiſque vrbibus, de caſtellis, de vicis,
de arcibus montanis & campeſtribus, quibus, mi-
rum dictu, quantopere ornetur & illuſtretur Ger-
mania. Templa haud ſcio an vſpiam aut plura, aut
magnificentiora viſantur: quod quidem mihi e-
tiam ad amœnitatem ſplendorémque patriæ noſtræ
videtur pertinere. Quà de cultu, non facilè noſtri
reliquis gentibus concedent. Germanorum mores
candidi, nulláque fraude ac maleuolentia ſuffuſi,
ſimplices, ingenui, ſeiuncti procul ab omni fuco,
malitia, ſuſpicione, diffidentia, mutabilitate:

tum Germano tanquam cum fratre, ſine metu, fidenter & ſecurè negotium tuum agere, & cum illo contrahere verſarique in quacunque demum cauſa poſsis. Non eſt Germanorum aliud clauſum in pectore, aliud promptum in lingua habere, amicitias, inimicitias non ex re, ſed ex commodo æſtimare, magíſque vultum quam ingenium bonum habere, quæ leguntur apud Salluſtium. Non aliud ſtantes, aliud ſedentes loqui, & ex eodem ore calidum ac frigidum efflare, fingere, circumſcribere, decipere, cuiuſlibet rei ſimulatores & diſsimulatores eſſe, ad ſe aliena malis artibus auocare, mille vias conficiendæ pecuniæ noſſe: hæc, inquam, & quæ eodem referuntur, noſtrorum hominum nequaquam ſunt, quibus nihil æquè charum ſemper fuit, vt dictorum conuentorúmque conſtantia, vt veritas, vt fides, vt ingenuitas, vt ſinceritas, & neque ſine prudentia ſimplicitas, ne, quod procliue eſt, euaderet miſeranda ſtoliditas. neque ſine ſimplicitate prudentia, ne fieret inuiſa calliditas. Iam affabilitas & coniuncta cum grauitate ſermonis comitas tanta eſt in noſtris, quanta maior apud nullam gentem inueniatur. Cum obuij fiunt, cum adeunt, cum recedunt copulantur dexteras, amiciſsimè conſalutant, rogitant beneuolè, quos nouerunt, vt valeant, quid agant, quid rerum gerant, verbis honorificis, & humanitate plenis etiam hoſpites alloquuntur, errantibus comiter monſtrant viam, prolixè patientérque audiunt, placidè & placatè reſpondent, ſeſéque ad omnem facilitatem, lenitatem, manſuetudinem in congreſsibus, & in omni actionum negotiorúmq;

communicatione generatos declarant. Non ita in iras & furores ſe effundunt, vt triſtes illos fluctus in pectore non queant capere: nec ſi quando iraſcuntur, ſunt prorſus implacabiles, & odia capitalia ſuſcipiunt, ſibi inſidias parant, mutuas clades conciliant, & quæcunque quacunque ratione poſſunt incommoda machinantur, longiſsimè ab illis abeſt hæc morum vitioſitas: verbo tantum appellati, dant ſe ad ignoſcendum, præteritarúmque iniuriarum memoriam omnem ſibi ex animis non ſolum deleri, verum etiam exuri patiuntur, amici fideliores, maioréſq; poſt offenſionem quam prius. Hæc ſingularis & diuina virtus eſt, dare veniam promptè iis qui læſerunt, magíſque de gratia & beneficiis impertiendis, quam de pœna repoſcenda cogitare. Miſericordia commoueri in alienis malis, & accurrere ad ferendum auxilium, meminiſſéque fortunam eſſe communem, quia conditio communis eſt, genti noſtræ probè vſitatum non ignoratis. Ex quo illa in egentes annua, ſemeſtris, quadrimeſtris, trimeſtris, menſtrua, hebdomadaria, quotidiana multorum beneficentia. Hinc in ſingulis vrbibus, & in pleriſque plura etiam xenodochia & noſocomia conſtructa, vbi de collatitia pecunia, inſtitutíſque vectigalibus aluntur, & in morbis curantur, quibus vltima egeſtate oppreſſis, vnde ſumptum tolerent, non ſuppeditat. In aduenas quoque & peregrinos liberales & hoſpitales ſe præbent, quod in ſcriptis reliquit Cornelius Tacitus. Conuictibus ait & hoſpitiis non alia gens effuſius indulget. Quemcunque mortalium arcere tecto nefas habetur. Et Cæſar. Hoſpites vi-

olim

olarè fas non putant, qui quaque de cauſſa ad eos venerunt, ab iniuria prohibent, ſanctóſque habent, iis omnium domus patent, victúſque communicatur. Venerearum voluptatum illecebræ Germanos haud ita irretiunt atque trahunt, quos iam olim vna vxore ſingulos contentos fuiſſe ſcriptum legimus, & rara audita in tam numeroſa gente adulteria. Siquidem mulier adulterij conuicta, reſectis capillis, nudata coram propinquis à marito ex ædibus exigebatur, totóq; vico in conſpectu hominum verberabatur. Profligatę autem pudicitiæ nulla erat venia, non ætas, non forma, non diuitiæ corruptis connubium conciliare poterant. Intra viceſimum annum, narrat Cæſar, fœminæ notitiam habuiſſe, in turpiſsimis rebus ducebant. Nec virginum matrimonia properabantur, vt validior eſſet ſoboles. Fœminæ quidem noſtræ mollitiem illam, vnde mulieres nomen adeptæ ſunt, neſcire videntur: quarum pectus maſculum facilius voluptates, quæ ex corporum complexibus percipiuntur, contemnit. Cuius virilitatis animíque imperterriti illud indicium permagnum eſt, quod arma pro patria ipſæ quoque ſumpſiſſe, pugnámque inſtauraſſe leguntur. Dotem verò non aliam ad maritum afferebant, quam equum infrænatum, & ſcutum, & frameam, vt Tacitus auctor eſt. At fortaſſe à litteris abhorrentes ſunt Germani, oderunt ſcientias, ſtudiíſque liberalibus perpetuum & internecinum bellum indixerunt. Armis nimirum & caſtris aſueta gens, iuuentutem ſuam ad magiſtros commeare, ſcholas & gymnaſia obire, libris adhæreſcere, ab omni

alia occupatione vacare, & quodammodo in molli otio tabeſcere pati nequit. Quare nulli vſpiam eruditorum cœtus, nullæ bibliothecæ, nulla quaſi doctrinarum diuerſoria & officinæ. Quid ſint artes ingenuæ neſciunt, nomina earum auribus nunquam hauſerunt. Ignota prorſus illis Theologia, Philoſophia, Iuriſprudentia, Medicina, Oratoria, Matheſis, Poetica, & quæ Humanitatis appellatione intelliguntur. Nec tenuem quidem famam acceperunt de Platone, Ariſtotele, Demoſthene, Cicerone, Homero, Virgilio. Latinè, græcè, hebraicè haud norunt. Prô deum immortalem, quam vberem locum ad dicendum attigimus, ſi modò hæc diſputatio non apud nos, & hoc tempore, ſed aliâs apud alios, apud remotum aliquem populum, quem Germanorum decora fugerent, mihi habenda eſſet. Quid? an vel Italia, vel Gallia, vel Hiſpania, vel Britannia ſe Germaniæ in iſto laudis curriculo anteferre audebit? Nulla profectò Theologię pars eſt, in qua excolenda & illuſtranda noſtrorum hominum induſtria ſeſe non exercuerit. Diuinam quidem ſcripturam adeò fœliciter, eruditè, copioſè, luculentérque explanarunt, vt cum omnium non ſolum fructu, verum etiam voluptate & admiratione legantur. Tripartitam quoque philoſophiam quantopere coluerint, & quam in ea diſcenda, ſcriptíſque propaganda occupati ſemper & ſint & fuerint, notius eſt, quam vt à me commemorandum probandúmque videatur. Commentarij rerum ciuilium, medicarum, mathematicarum, à noſtris profecti ſanè innumeri: quos norunt, & laudant, qui iiſdem litteris ſtudium ſuum

ſuum dicauerunt. In earum diſciplinarum cultu tractationéque, quibus ad Humanitatem inſtituimur, cui tandem Prouinciæ principatum cōcedit? Quæ diſciplinæ cum ſint politiſsimæ, ſuauiſsimæ, & nemini ſe impertiant, qui clementi quadam & ab omni feritate aliena natura non ſit, emolliant etiam, & mitigent, ſi quam paulò agreſtiorem duriorémque adeptæ ſint, quis Germanos non politiſsimos, & ad omnem morum ſuauitatem accommodatiſsimos arbitrabitur? Non eſt cur quiſpiam mihi Manutios, Sigonios, Victorios, Picos, Pontanos, Politianos, Maioragios cantet, quos in oculis fero: non enim ſingulos cum ſingulis, ſed regiones cum regione in hoc genere laudis comparo. Magnam illi ſtudiis iſtis minus reconditis, acutis tamen dignitatem pepererunt: ſed ſi quis amplitudinem & velut vniuerſum ambitum varietatémque noſtrarum literarum conſideret, quamq́ multi apud nos in omnibus omni ſæculo, quam non multi apud alias gentes in vno aliquo operam ſuam otiúmque conſumpſerint, facilè iudicabit, nos multis partibus præſtare. Eſtne vlla in terris regio in qua trium principum linguarum, quibus omnes diuinæ humanæq́ ſapientiæ fontes continentur, tam diligenter & accuratè tradatur cognitio? De ſolis Grammaticis exercitum non ſpernendum poſſemus conficere, quem vel Xerxianis copiis opponeremus. Vbi tot poetæ, tot oratores, tot hiſtorici, tot denique philologi, hoc eſt, elegantiorum diſciplinarum cupidi? M. Antonius Muretus, homo elegantiſsimi ingenij, plurimarúmque literarum, quique plus dimidium ætatis ſuæ in Italia con-

contriuit, & exceſsit ſexagenarius, audite, obſecro,
quid de Germanis & Polonis, quà liberaliorum
artium, quà cultus & humanitatis ſentiat: quan-
tumq́; duabus hiſce gentibus, præ illa concedat,
quæ etſi quondam potuit, nunc non poteſt tanto-
pere gloriari, & ſeſe admirari ac circumſpicere. In
epiſtola igitur, qua Paulo Sacrato Ferrarienſi nar-
rat, quam honorifico mineruali, ſeu ſtipendio à
Stephano Rege Poloniæ Cracouiam ad Academi-
am, quam Rex ille ad immortalitatis memoriam
conſecrandus nouam inſtituere parabat, inuitatus
eſſet, & ſe eo proficiſci voluiſſe docuiſſet, ſubiungit
iſta ad verbum. *Quod autem quidam, qui deterrere me*
*cuperent, clamabant gentes illas feras ac barbaras eſſe: in-*
*terdum mihi riſum, interdum ſtomachum mouebant. Ma-*
*gna mihi, Socrate, cum multis Germanis, magna cum per-*
*multis Polonis familiaritas, magnus vſus, magna neceſsi-*
*tudo fuit. Semper eos expertus ſum bonos viros, rectos, ſim-*
*plices, apertos, humaniſſimos præterea, & prope omnem*
*vitæ cultum, ac munditiæ, quæ ad elegantiam potius, quam*
*ad vllam barbariem accederet. Nugæ iſtæ ſunt hominum eo*
*qui adulari, & fallere, & aliud loqui, aliud cogitare no-*
*ſciunt, barbaros vocantium. Vtinam nos eo modo barbari*
*eſſemus. Viri verò barbariores ſunt: nati in media Italia,*
*quorum vix centeſimum quemque reperias, qui latinè, aut*
*græcè loqui ſciat, aut literas amet: an Germani ac Poloni,*
*quorum permulti & earum linguarum vtramq; perfectiſ-*
*ſimè callent, & ita literas ac liberales diſciplinas amant,*
*vt in eis tempus omne conſumant? Olim illi fortaſſis aſperi*
*ac barbari fuerant: hoc quidem ſeculo, vereor ne ad nos bar-*
*baries, ad illos cultus & ſplendor vitæ, & eruditio atque hu-*
*manitas, mutatis ſedibus commigrarint.* A. Hui, qualem
plagam Italis Muretus? quale præconium Germa-

nis!

nis? Quis huic teſti non credat, cum ſit omni exceptione maior, & primos in literis ordines ducat? G. Nec illud non cum ſumma gloria noſtræ gentis, & ignominia quadam Italorum dictum eſt, quod dixit in oratione, quam ad diſcipulos habuit epiſtolas ad Atticum interpretaturus. C. Qualenam? quæſo te. G. *Doleo igitur, & indignor, cum, quæ laus noſtra ac patrum memoria, propria, vt dixi, Italorum fuit, vt ſoli ex omnibus latina lingua peritè ac ſcienter vterentur, eam nunc ita obſoleuiſſe ac propemodum euanuiſſe video, vix vt iam tota Italia pauci quidam ſenes, qui eam vtcunque ſuſtineant reperiantur. Interea exteræ nationes, & vt vulgo in Italia vocantur, barbaræ hanc poſſeſſionem gloriæ, tanquam à vobis pro derelicta habitam, occuparunt: eamque non obſcurè latinæ linguæ vſum & intelligentiam migraſſe ad ſe, relicta Italia, gloriātur.* A. Hæccine ille? G. Et quidem in ipſa Italia, apud Italos, & ab Italis dicta hæc, ſcripta, edita. Iā illud ecquid notaſtis, quod ait, nos vulgò ibidem vocari barbaros? Videte quomodo cōtēnamur. Interim tibi gratiæ Murete apud ſuperos agēti, qui à veritate, potius quā à mendacio ſtare voluiſti. Teſtantur amores noſtrorum literarios Academiæ quas frequentes habemus, in Bauaria, Briſgoia, VVirtembergia, Franconia, Miſnia, Saxonia, Turingia, Auſtria, Sueuia, ad Rhenum, in Brabantia, & aliis in prouinciis, quæ haud minus forte etiam magis quam alibi diſcentium numero, & Profeſſorum copia florent. Cum iſto amore ſapientiæ religionis quoque acerrimus cultus conſociatus, nihilque noſtris ſanctimonia vitæ & pietate antiquius fuit. Quarum rerum quanquam horribile velut naufragium factum eſt, poſtquam

Luthe-

Lutherus, & ſimilia portenta Eccleſiam Catholicam impiorum dogmatum deteſtabilibus libris tanquam venenatis telis appetiuerunt, & ad defectionem mortales infinitos ſollicitarunt atque impulerunt, vt cateruas magnas ſecum ad inferos abducerent: nihilominus vſque ad hanc diem longè pluribus eæ inuiolatè ſanctéque cuſtodiuntur, & ſe poſteri adhuc bonorum religioſorúmque parentum bonos & religioſos nepotes argumentis quotidianis probant. Quam pulchra & auguſta quam diuina Germaniæ facies ante annos proximos octoginta, centum, & ſupra? De mandatis Dei, vt quæ ſeruari neutiquam poſſent, negligendis nihildum ſciebatur. Nondum emerſerant, qui docerent irridere ieiunia, deſignare flagitia, negare ſacramenta, perpetrare ſacrilegia, euertere templa, occidere ſacerdotes, conſtuprare virgines, contemnere magiſtratus, vitam viuere beſtiarum magis quam hominum, omníque futurorum ſupliciorum metu liberam, ac cœlum ſibi Deo volente nolente pollicentem. O tempora, ô mores! Vbi iam tot támque opulenti Epiſcopatus? vbi monaſteria plurima, in quibus qui noctes atque dies hymnos Deo canerent à maioribus noſtris alebantur liberaliſsimè, donatis tot fundis, villis, prædiis, vineis, copiis omnibus? Fatebuntur vel inuiti, qui res Germanicas legerunt, nuſquam æquè amplos, diuites Epiſcopatus, nuſquam, tam multa præſertim, penſionibus tam largis inſtructa fuiſſe monaſteria, vt apud noſtrates. Hoc Germanorum eximiam, & omnium linguis celebrandam pietatem apertiſsimè declarat: vt illud etiam, quod e

ea tantus numerus vtriuſque ſexus hominum in cœlum migrauit, vt ne hoc quidem ornamentum deſideremus. Nobilitatis Germanicæ frequentiam quæ ſit hodie, ſcitis. Olim quoque tanta fuit illuſtrium ſtrenuorúmque hominum in ea multitudo, vt per reliquum orbem coloniæ nobilitatis inde ſint deductæ: nec vlla propemodum inſignis & clara familia in Gallia, Italia, Hiſpania extet, quæ ſi ſurſum ad primos auctores ſuos aſcendat, non ſe inueniat è Germania, tanquam è ſeminario ſeu Oceano quodam præcipuas Europæ prouincias nobilitatis ſuæ tanquam fluminibus inundante profectam. Quod ſi nobilitatem parit virtus, quæ fuit vnquam vlla in gente virtus tanta? quæ caſtior religio? quæ incorruptior iuſtitia? quæ conſtantior fides? quæ robuſtior fortitudo? quæ ſpectatior multis magníſque in rebus integritas? quæ beneficentior liberalitas? quæ ſincerior humanitas? Sin autem res præclarè geſtæ eam conciliant, quæ natio rerum geſtarum amplitudine & multitudine ſe noſtræ Germaniæ prætulerit? Si antiquitas, nulla gens noſtra vetuſtior: in qua vna, & ea percelebris vrbs nominatur, quæ ante Chriſtum natum duobus annorum millibus extiterit, cum ante eiuſdem ortum Roma condita ſit, Romaníq; initium habuerint annis non plus quinquaginta ſupra ſeptingentos. Quid narrem, quam variis artibus ad vſum vitæ repertis, quæ mechanicæ dicuntur, vniuerſis terris Germania antecellat? Nihil prope, in fabrilibus inprimis, videas apud alios, quod à nobis non manauerit. Valemus in architectura, quod tam multa ædificia cuiuſque generis

& ad

& ad vſum idonea, & ad perpetuitatem firma, & ad amœnitatem gratiámq; concinnata oſtendunt. In pictura non eſt nullum nomen pictorum noſtrorum, non quidem eorum qui nunc ſunt, ſed qui aliquando fuerunt: quorum tabulæ etiam in longinquas prouincias perlatæ, magnóque venditæ feruntur. In plaſtice, operibúſque è luto & argilla fingendis, noſtri ſunt admirabiles. Perinde in aurificio, in horologiis, in textura, in arcularia, in tapetiaria, in fabrica ſeraria, in aliis. Adde typographicam & bombardariam, generi humano vtiliſsimas artes, quarum inuentio Germanorum eſt. C. De iſtis duobus inuentis audire perlubet, narra obſecro. G. Anno à puerpera Virgine 1440. Friderico III. Imp. Ioannes Gutenbergius equeſtri nobilitate vir, Moguntiæ rationem æneis typis ſcribendi excogitauit. Quæ à paruis dudum initiis eo creuit humani ingenij ſollertia, vt ad ſummam perfectionem breui tempore acceſſerit. Diuinum vtique & admiratione digniſsimum inuentum. Vix enim credi poteſt, vno die, vnum hominem tantum formare litterarum, quantum vel celerrimus ſcriba duobus annis vix poſsit. Perierant ſtudia, & noſtris præſertim ſæculis, quibus ventri & pecuniæ ſtudetur, nulla futura erant, ſi Deus ſua nobis prouidentia per Germanum hominem non ſuccurriſſet. Iam pridem cæptæ erant vilipendi artes liberales, peſſundabantur ſcripta eruditorum, doctrina, niſi apud pauciſsimos, hoſpitium nuſquam reperiebat. At poſtquam formis deſcribi volumina & diſſeminari viderunt mortales, inuaſit eos cupido legendi, & eadem via no-

men ſuum ad poſteros transmittendi. Mox auctæ diſciplinæ, omnium prope gentium res denuo natæ, & quod penes paucos erat, atque in latebris conditum ignoratúmque iacebat, beneficio typorum cum genere humano vniuerſo communicatum eſt. De bombarda vultíſne pauca? A. Nos verò. G. A ſonitu & velut tonitruo quod edit, illi hæc nomenclatio. Inuentor eius Bertholdus Schwartz/ anno Chriſti 1380. aut, ex aliorum ſententia, 1354. Bombarda longè plus valet, quam illi Romanorum arietes, baliſtæ, vineæ, catapultæ, quam Parthorum ſagittæ, ſiue defendere, ſiue offendere & oppugnare inſtituas. Poſt cuius inuentionem illa quæ recenſui, & alia inſtrumenta bellica, paruo in honore fuerunt, iámque omninò euanuerunt. Poteſt vituperari bombardarum vſus, poteſt etiam laudari, vt gladius, vt vinum, vt ſimilia: quæ ſi benè vtaris bona, ſi malè, mala ſunt. Et quoniam natura nobis non dedit dentes vt canibus, non cornua vt bobus, neceſſe eſt, vt aliunde quæramus, quibus nos contra inimicorum impetus vitæque ac fortunarum inſidiatores tueamur. Quod ſi animantes illæ rabioſæ fiant, tum optandum ſit, vt dentibus & cornibus careant. Sic optandum eſt, ne homines amentia & ſcelere efferati habeant, quo alios queant lædere, & è medio tollere. Non ergo fortiſsimi modo bellatores, ſed etiam bellicarum machinarum ingenioſiſsimi inuentores ſunt Germani. C. Miror te in laudibus Germanorum militarem eorundem virtutem ſcientiámque omiſiſſe. Obliuione factum non puto: aliud fortaſſe conſilium tuum fuit. G. Me huius tantæ, tam glo-

rioſæ rei, quæq; vna Germanis immortalitatem
dedit obliuiſci? Dedita opera à cæteris ſeparaui
hoc decus, vt cum de eo ſeorſim differerem, eiu
magnitudo atque præſtantia liquidius perſpicere
tur. A. Prudenter hucuſque diſtuliſti, & nos po
quã cupidi ſumus te vltra audiendi. G. Quod Ma
tẽ & Herculẽ potiſsimùm maiores noſtri prod
coluerũt, declarat hoc nihil aliud, quã bellicæ vi
tutis & glorię ſtudiũ: militaria enim numina à mi
tari gente nõ iniurià colebantur. Quã quidẽ vir
tẽ prædicare etiã exteri, & æmuli coacti ſunt. Ne
vnquã, ſcribit Tacitus, cũ Germanis bellum ge
quẽ non pœnituerit, quiq; non plus incommod
rũ, quam commodi acceperit. Apud vicinos e
huiuſmodi prouerbia iactabãtur. Qui vult inf
citer pugnare, Germanos adoriatur. Qui verbe
laniari vult, cũ Germanis contendat. Sunt hæc
ſignia teſtimonia quantũ ſupra cęteras gentes Ge
mani fortitudine, & animi magnitudine cõtra
ſtiles incurſus impreſsionéſq; valuerint. At lon
inſignius illi, & ad celebritatẽ nominis præſtan
quod Imperatores tã multi eos ſubiicere ſub R
manũ imperium, ac de illis triumphare fruſtra
borauerunt. Nam quod Cic. in Philipp. de Ro
nis, idem ego veriſsimè de Germanis. Aliæ n
tiones ſeruitutem pati poſsunt, populi Germa
propria eſt libertas. Et quod apud Liuium Mu
Scæuola de ſuis: Et facere & pati fortia Germa
cum eſt. Totus orbis ante ſub iugum mitti deb
quam Germania domaretur: in qua deuince
penitúſque in poteſtatem redigenda, duce
decem anni conſumpti ſunt. Breui tempore, n

ma

magno negotio, mediocribus iacturis perdomitæ ſubactæquе Hiſpania, Gallia, Britannia, Græcia, Aſia, Macedonia, Ægyptus, aliáq; regna: at Germaniam ſubegiſſe fuit longiſsimi tẽporis, plurimi negotij, plurimi ſanguinis. Nec ſine cauſa Imperatores illi, Germanici cognomentũ tantopere eſurierunt, & omnibus titulis ſuis, tanquã honorificentiſsimũ antetulerunt. Quin Domitianus & Nerua reliquis repudiatis, quos ſenatus deferebat, hunc ſolum retinuerunt. Tanti, inquam, non duxerunt, ſe cognominari Aſiaticos, Armenicos, Parthicos, Perſicos, Patres patriæ, Pios, Fœlices, Auguſtos, quanti Germanicos. Nam quò hoſtis potentior, animoſior, inſuperabilior, eo victor habetur clarior. Nihil autem poterat Germanis addi, erant ad gerendum bellum reſiſtendúmque omni ex parte inſtructiſsimi ac paratiſsimi.. Omitto dicere de Iulio, qui ipſemet res ſuas Germanorúmque virtutem commentariis illis ſuis quam venuſtiſsimis eſt perſecutus. Auguſtus ſucceſſor eius Tiberium & Druſum priuignos ad debellandos Germanos miſit. Subacta quidem pars aliqua, quæ tamen Druſo ex vulnere decedente, ſtatim defecit: cum interim vicini haud quieſcerent, ſed in Romanorum fines prædatum excurrerent, vt illi perpetuas excubias agere compellerentur. Miſit deinde idem Auguſtus Quintilium Varum cum exercitũ ingenti, qui cum tribus legionibus, legatis & auxiliis omnibus cæſus eſt incertum vbi, certum tamen, in Germania. Hac clade nnntiata, ſic conſternatum ferunt Auguſtum, vt per continuos menſes barba capillóque ſummiſſo, caput interdum parietibus

illideret, cum his vocibus, quas ab eo dolor anim
exprimebat: Quintili Vari, redde legiones: & di-
em illius tam infœlicis pugnæ quotannis mœſtu
ageret. Tiberius, qui Auguſtum excepit, armis Vi
delicos laceſſens, cum dedecore coactus eſt do-
mum reuerti. Miſſus eſt Veſpaſianus à Claudio
qui triginta & duobus præliis totum fere exerci-
tum perdidit. Domitianus eiuſdem Veſpaſiani fi-
lius etiam parum proſpera fortuna vſus, nihil con-
tra eos memorabile geſsit. Aurelius, & Alexander
auxilium à Germanis petiuere: coactíq; ſunt om-
nia præſidia ex oppidis Germanicis deducere, &
nationem noſtram æquis conditionibus in ami-
tiam recipere. Inuaſit eoſdem Traianus, qui cum
armis nihil ſe proficere animaduerteret, ad man-
ſuetudinem, humanitatem, iuſtitiam, liberalita-
tem confugit, quibus rebus eos facilè expugnauit.
Vicit humanitas & beneuolentia, quos nulla vis
antea vicerat. Tales ſunt Germani. Ferro ſuperari
non poſſunt, humanitate poſſunt. Antoninus co-
gnomento Pius Marcomanos deuicit, ſed adhuc
multa vincenda ſupererant huic victori. Hic eti-
am, quia miti eſſet ingenio, Germanis ad Rhenum
& Sueuis obedientibus eſt vſus. Porrò Marcus An-
toninus Verus longinquo bello ærarium exhauſit.
Prætermitto prudens Commodos, Pertinaces,
Maximinos, Aurelianos, Decios, qui cruentas ad-
modum victorias, nec magnas, nec frequentes re-
tulerunt. Mouerunt in eos quoque Iulianus, Va-
lentinianus, Gratianus: veruntamen ſic læſerunt
vt ipſi vehementer læſi afflictíque abierint. Se-
tum nullus erat Germanus, qui gentis ſuæ ſub-

egri-

egregia ad poſteritatem literis mandaret. Scripſerunt de nobis aduerſarij & hoſtes noſtri, falſa vtiq; pro veris frequenter, & ſua quidem extollentes nimium, aliena deprimentes, vt eſt humanum ingenium, fauere domeſticis, odiſſe exteros. Verùm de hac calamitate ſupra queſtus ſum. Nec Reges potentiſsimos Germani formidarunt. Darius & Cyrus Aſiæ Reges maximi, traiecto Danubio Germanos armis appetere non ſunt auſi. Lyſimachus item Rex cum Danubium copiis ingentibus traieciſſet, à Germanis victus & captus eſt. Vſque hodie quis Princeps, quis Rex, quæ Reſpub. bellum ſuſcipit, vt à noſtris auxilia non accerſat? quod bellum Germanis adhuc caruit? Vna Heluetiorum gens largiſsimam copiam ad orationem quamuis longam largiretur. Adeò ſeſe orbi vniuerſo probauit militaribus facinoribus Germania. Non ergo falſò quiſpiam Germanos omnium gentium victores pronuntiauerit, quando eorum opera Romani quoque ad ſubiugandos populos debellandáſque prouincias vti neceſſe habuerunt. Atq; hic finem facio diſſerendi de noſtrorum militari gloria. A. Non multis tu quidem dixiſti, ſed multa: & eximiè Germaniam noſtram in iſto etiam genere virtutis atq; laudis commendaſti. Et quoniam videris mihi inſtituiſſe ſermonem de tribus, de amœnitate, de cultu, de fertilitate, cum duo priora abſolueris, intelligis nos exſpectare tertium. G. Intelligo, iam nunc ad eam quoque partem abſoluendam, nobiſque perſoluendam aggredior. C. Quæ res bene vertat. G. Primùm videamus quàm in viſceribus ſuis fæcunda ſit. Nul-

lum vtiq; genus metallorum non generat: aurum,
argentum, ſtannum, cuprum ſiue æs, plumbum,
ferrum, quibus Italia, Hiſpania, Gallia nequaquam
diuites ſunt, vtuntúrque importatis à noſtris mer-
catoribus. Has metallorum venas olim non ſcru-
tabantur maiores noſtri, armorum diſciplina a-
ſperrimíſque belli ſtudiis vacantes: nec terram ita
colebant vt nunc: ideò factum, vt ſterilior vide-
retur. Regiones aliæ fructus alios progenerant
ſibíque proprios: & Germania quanquam non i-
nobiles, tamen fructus ſuos peculiares gignit. Nec
vllam inuenias terram, cui nihil deſit, quæq; abun-
det rebus omnibus ad vſum vitæ pertinentibus &
neceſſariis. Noluit hoc Deus, vt commerciis, &
negotiationibus amicitia inter homines qua-
quam remotos conſeruaretur, & hominis causâ
homo procreatus cognoſceretur. Quantus in ſin-
gulos annos frumenti numerus? quantus vini
quod etiam ad ſexageſimum annum durat: quan-
ta copia fructuum? Nihil quippe otioſum appa-
in hiſce terris, quod non aut ad pabulum iumenta
aut ad frumenta, vina, omnis generis fœtus arbo-
reos ferendos conditum ſit. Sacchara quidem ca-
remus, ſed ſale, condimento omnium optimo &
laudatiſsimo non caremus. Non egemus carnibus
quoniam nec pecore, nec armento: proinde neque
lacte, butyro, caſeo. Sed quæ cernuntur quotidie
cur in iis ſim longior. Accommodabo tamen pi-
us ad hanc laudatiunculam meam illa, quæ de A-
ſia ſcripſit in Maniliana Cicero. Tam opima & fer-
tilis eſt Germania, vt & vbertate agrorum, & va-
rietate fructuum, & magnitudine paſtionis, &
mul-

multitudine earum rerum, quæ exportantur & importantur, facilè omnibus terris antecellat. C. Bonam dediſti nobis operam, fecit hic meridies me doctiorem, & patriæ amantiorem. Tempus monet ſurgere, & iter reliquum ante veſperam conficere. A. Surgamus. Multam à nobis Godefride gratiam hac diſputatione tua iniuiſti, quæ mihi optatiſsima accidit, vt illud paſtoris Maroniani occinere libeat.

*Tale tuum carmen nobis diuine poeta,*
*Quale ſopor feſſis in gramine, quale per æſtum*
*Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere riuo.*

G. Si ad iſtam tiliam reuertemur aliquando, vos mihi ſimilem daturi eſtis operam. Nonne? C. Si reuertemur. A. Nunquam fiet. G. Si ad ſimilem vmbram conuenerimus? C. In diuerſorio conſultabimus, quid tibi promittamus. Conſcendamus equos.

## ANNOTATIONES.

CVR EAM NON SALVTAMVS?) *Qui regionem aliquam ingrediebantur, ad eámue ex interuallo reuertebantur, piè ac religioſè eam ſalutabant: propterea quod ſuum quendam genium cuique loco præeſſe arbitrabantur: quomodo nos Chriſtiani quoque non angelos modò, verum etiam diuos certos certis prouinciis atque regnis tanquam tutelares præſidere credimus. Exempla moris huius, ſiue ſalutationis collegit Muret. in Catull. vbi poeta reditum ſibi è Bithynia in peninſulam*

*Sirmio-*

Sirmionem gratulatur. Eius carminis priorem partem, propter ſingularem dulcedinẽ non me pigebit ſubſcriber

> Peninſularum Sirmio, inſularúmq;
> Ocelle, quaſcunq; in liquentibus ſtagnis
> Mariq; vaſto fert vterq; Neptunus,
> Quàm te libenter, quámq; lætus inuiſo,
> Vix mi ipſe credens Thyniam, atq; Bithynos
> Liquiſſe campos, & videre te in tuto.

Huius conſuetudinis meminit & Xenophon initio ſecun
de vita & diſciplina Cyri. VOLENTES PROPITII
Ex communi ſacrificantium, ſeu precantium formu
Cato. Mars pater, te precor quæſóque, vt ſis volens pro
pitius, mihi, domo, familiæq; noſtræ. Item, Iane pat
te hac ſtrue commouenda bonas preces precor, vti ſies vo
lens propitius mihi. Plaut. Curcul. Agite, bibite feſti
fores, Parate, ſite mihi volentes propitiæ. TILIA
AD OPACANDVM) Quæritur apud Plat. in Phæd
platanus vmbrifera, ſub qua diſputetur. Idem Platon
imitatione factum videas 1. de Orat. à tribus illis conſu
laribus, Craſſo, Antonio, Scæuula. In tertio autem ca
pitur locus in media ſylua, quia maximè opacus & fri
gidus. Addit Craſſus: etenim eſt in eo loco ſedes huic no
ſtro non inopportuna ſermoni. Cum placuiſſet idem ce
teris, in ſyluam venitur: & ibi magna cum audiendi ex
ſpectatione conſiditur. Et in 1. de Leg. Ita quærit ipſe
Attico. Viſne igitur vt ille (Plato) Cretæ cum Clinia &
cum Lacedæmonio Megillo, æſtiuo, quemadmodum de
ſcribit die, in cupreſſetis Gnoſiorum, & ſpatiis ſylueſtri
bu

bus, crebrò inſiſtens, interdum acquieſcens, de inſtitutis rerumpub. ac de optimis legibus diſputat: ſic nos inter has proceriſſimas populos, in viridi opacáque ripa inambulantes, tum autem reſidentes, quæramus iiſdem de rebus aliquid vberius, quam forenſis vſus deſiderat? Quærunt & cantibus ſuis vmbram Maroniani paſtores.

ANTEQVAM IPSI SE GERMANOS) Tungri qui ex Teutonibus primi trans Rhenum in Galliam commigrarunt, cum res ſucceſſiſſent è ſententia, nouo ſe vocabulo Germanos, quaſi garmanos dixerunt, omninò ſcilicet viros. Atque hoc Germanorum nomen Tacitus ab ipſis Teutonibus inuentum, & ſibi impoſitum aſſerit. Cum enim victricis Tungrorum nationis peculiare vocabulum non omnibus commilitonibus placeret, proprium ſibi nomen excogitarunt, quod animi ipſorum magnitudinem exprimeret. Quo deinde Teutones omnes in patriis adhuc ſedibus viuentes ſe glorioſè appellarunt. Vt igitur à Germanis ipſis factum & inditum eſt, recens nomen eſt: recentius, inquam, aliis Germanicarum nationum appellationibus. Vt autem ab exteris gentibus vſurpatum, vndecunque tandem id illæ deduxerint, vetuſtiſſimum.

NVNC FAMA MINORES ITALIAM DIXISSE) Minores dicuntur probatis auctoribus pro poſteris, ſeu poſterioribus, quibus reſpondent maiores. Virgil. locis multis. Horat. ad Piſon. cenſor caſtigatórque minorum. Arnob. lib. 3. Atque ita ex ordine tolleretur iſte cœleſtium, quem cœlo eſſe editum patre, magnorum eſſe pro-

creatorem deorum, vitiſatorem, falciferum vetuſtas edi-
dit priſca, & minorum tranſmittit ætati.

Lucret. lib. 5.

*O genus infœlix humanum, talia diuis*
*Cum tribuit facta, atq; iras adiunxit acerbas:*
*Quantus tum gemitus ipſi ſibi, quantaq; nobis*
*Vulnera? quas lacrymas peperere minoribu' noſtris?*

DE LAVDIBVS PATRIÆ COMMVNIS) Scri-
pſit encomium patriæ Lucianus, è quo cum potuiſſem ali-
quid ad fructum lectorum meorum decerpere, malui
ad fontem mittere, quò ſitim ſuam, ſi fortè patriæ lau-
des ſitiunt, plenius ſedare ac reſtinguere queant. QVA
VIDERIS, LECTITARIS, AVDIERIS) Inde
plurimum eſt laudatus Themiſtocles, quod etiam quo-
rum nollet meminiſſet. Cic. 2. de Orat. Vim memo-
vehementer admiratur D. Auguſt. lib. 10. Confeſſ. Ad-
miratur etiam Cic. 1. Tuſcul. non Simonidis mo-
Theodectis, Cyneæ & aliorum, quos ea claruiſſe conſta-
ſed communem quoque, & eorum potiſſimè, qui in ali-
quo maiore ſtudio & arte verſantur: quorum quam
mens ſit, difficile eſt exiſtimare: ita multa meminerunt.
HORRIDIOREM THRACIA, IMMANIOREM
SCYTHIA) Thracia frigidiſſima cum ſit, vocatur à
nonnullis ἀνέμων ἐργαστήριον, ἢ οἰκητήριον, ventorum of-
cina ſeu domicilium: ab Euripid. in Hecub. χιονώδης
nalis. Catullus quoque in Faſelo horridam & à frig-
& ab incolarum immanitate. Virgil. quidem à belli f-
diis, quæ ipſa ſimiliter nihil delicatum & amœnum
ha-

bent, terram Mauortiam. Scytharum autem tanta fuiſſe ſcribitur barbaries, & tam efferati mores, vt ipſa eorum appellatio in prouerbium abierit: ſicuti hodie crudelem & efferum vocamus Moſcouitam, aut Turcam. Sed Anacharſidis Scythæ reſponſum notandum eſt. Exprobranti ei Attico cuidam, quòd Scytha eſſet. At mihi, ait, dedecori eſt patria, ſed patriæ tu. MAGNA SCRIPTORVM INGENIA) Cicero res ſuas mandari monumentis à Luceio ideò volebat, & quidem celerrimè, quòd eius ingenium, genus ſcriptorum, facultatem, copiam probauerat: quòd ſibi inſuper auctoritatem clariſsimi & ſpectatiſsimi viri, & in reipub. maximis, grauiſsimiſque cauſis cogniti, atque inprimis probati ſuppeditatum iri videbat. Vide epiſt. 12. lib. 5. Sicut ergo qui tenues grandia conantur, qui indiſerti, & ingeniis parum eximiis ad res graues, illuſtres, ſuis viribus ſuperiores tractandas accedunt, eas dum ornare & amplificare volunt, culpa ingeniorum ſuorum obſcurant & deterunt atque imminuunt potius: ſic facundi, ingenioſi, prudentes, eruditique ſcriptores, etiam parua incredibilem in modum extollere norunt, & obſcura, luce orationis clariſſima illuſtrare. ANTE CRISPVM) Vt Fabius Pictor, Valerius Antias, quos ſequitur Liuius, & alij, quos nominat Antonius 2. de Orat. vbi diſſerit de hiſtoria, & Atticus principio 1. de Leg. SVNT PRORSVS IMPLACABILES) Scaliger poetices lib. 3. cap. 17. de moribus nationum diſſerens, illa de Germanis vera prædicat, fortes, ſimplices, veri amici: illa falsò, animarum

prodi-

*prodigi: falſiſsimè autem illud, veri hoſtes: facit enim iras gerere inexorabiles & immortales, & naturam illi alieniſsimam affingit. Verùm quid miremur? Etiam in aliis nationibus in eodem capite, ea quæ neſcit audaciſsimè aſſerit. Quare enim Scotos vocat belluas? quare Hiſpanos bibaces? de quo ſcio Hiſpanum hominem non indoctum grauiter in ſcriptis ſuis conqueſtum eſſe.* HÆC SINGVLARIS, ET DIVINA VIRTVS) *Idcirco etiam ſingularibus eam verbis, & diuina prædicatione in Iulio Cæſare effert M. Tullius, orat. pro M. Marcello, eámque rebus geſtis ipſius reliquis, bellicíſque laudibus quanquam omnium gentium litteris atque linguis celebrãdis anteponit.* ARMIS ET CASTRIS ASVETA GENS) *Ob hoc ipſum oderant Romani Rhetores, quos edicto ex vrbe eiecerunt aliquando. Id extat apud Gellium lib. 15. cap. 11. & Sueton. initio libelli de claris Rhetoribus.*

# PROGYMNASMA
## TERTIVM ET TRICESIMVM.
## *Quatuor ſæcula, ſiue ætates.*

### *IVSTITIA, HONESTAS.*

IVSTITIA. Quæ res non minimi luctus acerbitatem parit, moleſtiiſq; ac ſollicitudinibus multis, variis, grauibus, diuturnis me miſeram habet, eandem rem tibi, ſoror mea, haud leuem agrimo-

moniam ingenerare, non eſt vt quidquam dubitandum videatur. H. Poſſum ſcire, mea Iuſtitia, poſſum ex te audire germana dulciſsima quid ſit, quod te angit ſenſibus intimis, támque vehementer maiorémque in modum excruciat? Si commiſeris auribus meis, viciſsim de mœrore ac dolore meo, qui mihi exhauriri non poteſt, fidiſsimè atque amantiſsimè omnia tibi confeſſuram recipio. I. Hoc eſt vnde curarum mearum fluctus, vnde in luctu & ſqualore ſum, quòd huius ætatis mortales à priorum ſæculorum hominibus interuallis immenſis abeſſe voluerunt, moréſque induere planè ferreos: nempe inhumanos, ſæuos, aſperos, indomitos, immanes, impios, intolerabiles: cum, qui ſuperioribus temporibus iam inde vſque à prima hominum origine in vita fuerunt, aurei, argentei, aut ſaltem ænei, hoc eſt, natura, moribus, & ingeniis longè optimis, maximè tractabilibus, humanitate, probitate, omníque virtute præditis: aut certè non tantopere agreſtes, feri, immanſueti, vitioſi, atque facinoroſi cenſeri potuerint, vt quos nunc ſol intuetur. Hæc ſunt, inquam, ſoror, quæ mœrorem mihi in pectus concient. H. Ob eadem ego in triſtitia magna iaceo, ſæpiúſque iracundia & ſtomacho exardeſco ſuper iſto ſæculo deterrimo, quo non imprudenter vir prudens optauerit non ſe eſſe genitum: ſed aut prius è compagibus corporis euolaſſe, quàm veniret: aut, ſi poſt ipſum aliud commodum, beatum ac fœlix ſperare liceat, ſerius eſſe procreatum, quò in tempora meliora delaberetur. Itaque demus licet vela indignationi, demus iræ, demus dolori. I. Quando vnquam viri hone-

honeſtatis & iuſtitiæ, vtriuſque ſcilicet noſtrum a-
mantes ac ſtudioſi maiore in contemptu, quàm
hoc calamitoſiſsimo æuo vixerunt? omnia virtu-
tis prœmia malæ artes poſsident, & quo quiſpiam
aliis eſt coopertus facinoribus, hoc amplius in ore
omnium & prædicatione verſatur, faciliúſque per
honorum gradus ad ſummas quaſque dignitates
aſcendit. Innocentia pro maleuolentia ducitur:
auaritia & ambitio plurimorum animos exercent,
quarum illa fidem, probitatem virtutéſque reli-
quas ſubuertit, & pro iis arrogantiam, crudelita-
tem, diuina humanáque iura negligere, delubra
ſpoliare, omnia vænalia habere, ſacra omnia pol-
luere edocet: hæc falſos fieri ſubigit, & bono vul-
tu peruerſum tegere ingenium, doliſque & falla-
ciis ad gloriam contendere. Qui plus vi & armis
poteſt, huic leges obtemperant, periurium, perfi-
dia, impudentia in religionis, fidei, pudoríſque
locum ſucceſſerunt. Non ſe credere fidenter au-
det hoſpes hoſpiti, amicitiæ ſanctum & venerabi-
le nomen intermiſsione officiorum vileſcit, diſsi-
dent capitalibus odiis etiam fratres, ſoceri generis,
vxores maritis inſidias & exitium parant: non ve-
nena modo ſparguntur, verum etiam ſicæ vibran-
tur. Exorti ſunt demum, qui cœlum ipſum petere
& Acheronta perumpere aggrediantur. H. Quæ
tu diſſeruiſti, verè turpitudinis, indignitatis, ſæ-
uitiæ, maximorúmque malorum plena ſunt: ſed
illa profectò haud minus, quòd iam furtis, rapinis,
ſacrilegiis viuitur. Quod libidinum incendiis ſe-
nectus etiam frigida exæſtuat, nefandiſque amo-
ribus tam matronarum, quam virginum pudicitia

paſsim

paſsim violatur. Quòd inuidia cor & oculos multorum corrodit ac depoſcit. Quòd venter pro numine colitur. Quòd bella tot iniuſta & impia ſuſcipiuntur ciuilibúſque diſcordiis tanta ciuitatibus detrimenta importantur. Quòd parentes à liberis deſpiciuntur. Quòd tyrannorum, proditorum, latronum, parricidarum tanta eſt frequentia. Quòd demum omnium ſcelerum maturitas adeò in hoc ipſum æuum erupit. Quibus, & quas prætermiſi, rebus ſit, vt mortalium vita grauiſsimis & continuis incommodis iactetur, neque vnquam terroribus, curis, moleſtiis, affectibúſque indigniſſimis, & ſummis animorum perturbationibus vacet, quibus ſeſe mutuò conficiunt. I. O ſæculum aureum, vt ſæpe tui me ſubit, & quidem periucunda memoria: quando Saturno tenente imperium, in ſumma temporum fœlicitate viuebatur: nulla quenquam cura anxifera coquebat: nulla ſollicitudo mordebat: nulla triſtitia exedebat: nullus labor grauabat. Quid eſſet morbus, nemo nouerat, valebant rectiſsimè, neque vires deficiebant, neq; ſuis comitata ingratiſsimis ſatellitibus ſenectus illos occupabat, nihil incommodorum vſpiã ſentiebant. Conuiuiis ſe viciſsim hilariter & lautè accipiebant, negotia ſua ſine negotio celeriter, tranquillè fœliciterq; procurabant: non erat qui cuiuſquam præſtanti florentiq; fortunæ, laudi, aut gloriæ inuideret. Procul aberant diſcordiæ, rixæ, ſimultates, odia, cum eſſet vnus idémque ſenſus, & concordiſsimæ per omnia voluntates. Ius & bonum, fides & virtus non legibus apud illos, ſed naturà valebant. Nulla pœnarum irrogatio neque men-

mentio, quia nulla peccata quæ punirentur, atque ideò nullus etiam earundem metus. Nulla iudicia quoniam nullæ controuerſiæ diſceptandæ, nullæ lites diiudicandæ, nulla diſsidia componenda, nullæ inimicitiæ dirimendæ. Non tum quiſquam ſiccis oculis mari turgido monſtra innatantia viderat, non præcipitem Africum Aquilonibus decertantem, non rabiem Noti ſenſerat: ſua cuique tellus tantum nota erat. Nullus lituorum, claſsicorum, tubarúmque vſus: quia nimirum quid eſſent arma, quid armatus hoſtis, quid miles, quid conflictus, prælium, obſidio, oppugnatio, victoria, triumphus neſciebant. In otio perpetuo, & pace tutiſsima placidiſsimáque degebant, ciues cum ciuibus benefactis certare magnas diuitias, bonam famam, eximiam nobilitatem pactabant. Cœlo temperatiſsimo vernóque vtebantur, ipſáque terra nullo proſciſſa vomere, nullis foſſa ligonibus cultiſsimas ſegetes ſponte ſua efferebat: potus flumina lacte & nectare manantia. Quin arbores quoque mella ſudabant. Denique maximis bonorum innumerabilium copiis circumfluentes eum mors tanquam leni ac dulci ſomno conſopiebat. H. Quoniam tales mores colebant illi, ob id etiam haud immeritò poſt perſolutum naturæ debitum humani generis cuſtodes, legumq́; ac iuris præsides à diis cæteris inſtituti ſunt. Qui nunc æquas & iniquas per orbem actiones obſcuro aëre ſepti circumeuntes obſeruant, &, quod omninò regalis magnificentiæ munus eſt, opes pro arbitratu largiuntur. Nec minus frequenter ſtatus illius beatiſsimi ego cogitationem ſuſcipio, veteréſque an-

nos iſtis corruptiſsimis moribus, & infœliciſsimis temporibus deſidero. Deſiderant etiam prudentes quidam eruditíque homines, & non penitus mali, quorum vnius tibi voces adducam, ſi audire eſt voluntas. I. Immò eſt.

*Quam bene Saturno viuebant rege prius, quàm*
*Tellus in longas eſt patefacta vias.*
*Nondum cæruleas pinus contempſerat vndas,*
*Effuſum ventis præbuerátq; ſinum.*
*Nec vagus ignotis repetens compendia terris*
*Preſſerat externa nauita merce ratem.*
*Illo non validus ſubiit iuga tempore taurus,*
*Non domito frænos ore momordit equus.*
*Non domus vlla fores habuit, non fixus in agris*
*Qui regeret certis finibus arua lapis.*
*Ipſa mella dabant quercus, vltróq; ferebant*
*Obuia ſecuris vbera lactis oues.*
*Non acies non ira fuit, non bella, nec enſes*
*Immiti ſæuus duxerat arte faber.*
*Nunc Ioue ſub domino cædes & vulnera ſemper,*
*Nunc mare, nunc leti mille repente viæ.*

Quod ſi ita in fatis fuit, vt argenteum aureo, Saturno à Ioue pulſo ſuccederet (quanquam deterius, tamen æneo & ferreo longè melius) ſucceſsiſſet, & vſque hodie, ac deinceps manſiſſet. E malis enim ſemper eligendum eſt minus malum: ſicut è bonis maius bonum. Contractum eſt ver illud perpetuum, ſecuta æſtas, æſtatem autumnus, autumnum hyems, & in quatuor tempeſtates diuiſus annus. Tum caloribus frigoribúſque vri corpora, veſtes contexi, domus ædificari, quibus & illorum moleſtię ſedarentur, & horum vis arceretur. Tametſi veſtes illæ viles, & hæ domus nec materia, nec

artificio, nec amplitudine, nec vlla re inſignis ſpe-ctabiles. Tum item neceſsitas ſubegit ſerere fru-menta, vites, arbores: occare, ſarrire, putare, pa-ſtinare, optaréque de cœlo ſoles maturos, pluu-opportunas ad maturandas fruges. Mores nõ æquè candidi, faciles, integri, moderati. Non-geniorum atque indolis magna affinitas: ſiquide-vſque ad pubertatem ad vbera materna ſtolidi h-rebant. Cúmque ex ephebis excederent, vitam-miſeriis & afflictationibus (quas ſibi iniuriis m-tuò imponendis, deorum poteſtate maieſtateq-contemnenda accerſebant) eámque minimè di-turnam decurrebant. Cæterùm quod ſtatim d-inſecutum, ſoror, quid ſimile habet non dico-auro, ſed argento? Etſi enim ſceleratum profe-dici non poteſt, tamen infœlix ſæculum, & cala-mitoſum poteſt. Exortum eſt quippe, & exortu-eſt è truncis & arboribus genus hominum, corpo-re præualidum, toroſum, robuſtum, animo ve-atrox, pertinax, iniuſtum, ad irrogandas iniuria-promptum, turbulentum, ſeditioſum, contume-lioſum, bellorum ciendorum, fundendique ſan-guinis percupidum. Hi ſibi non ſolum arma ærea, ſed domos inſuper æreas (quod ferrum nondum extabat) fabricati ſunt. Horum cibi non fruges, verùm dilaniatis beſtiis crudæ carnes. Nihilomi-nus poſtquam congreſsibus & conflictibus inter-erunt, & inglorij ad tartara deſcenderunt, Mar-& morti ſe reſiſtere non potuiſſe docuerunt. I. Pri-ſtinorum ſæculorum, ſoror, eſt à nobis ſummatim-hoc ſermone repetita conditio, & præſentis depi-cta quædam imago. Liquet ergo, genus humanu-

dei-

deſidentibus quaſi primò moribus, deinde magis magiſque labentibus ac præcipitantibus paulatim degeneraſſe, & ex optimo factum eſſe peſsimum atque deterrimum. H. Liquet etiam atque etiam. I. Nec iam in vlla ſpe habendum eſt, fore aliquando melius: vt malè nunc, ſic olim erit, atque etiam amplius: nec ad ſanitatem conuertetur iſthæc hominum inſanitas. H. Hoc etiam ſatis liquet. I. Nec à paucioribus, nec rarius, nec leuius, immò verò grauius lædimur nos duæ, quam lædebantur Diuorum reliqui. H. Sic certè. I. Quis locus, quæ regio in terris patet nobis? non irridemur? non deſpicimur? non toto orbe ſumus exules? Dedecus & Iniquitas de poſſeſsione noſtra nefariè nos eiecerunt, honoréſque noſtros obtinuerunt. H. Ah, nihil duabus nobis deſpicatius, aut inuiſum magis eſſe, quas tamen dij immortales ipſi venerentur? I. Atque illi tantorum ſcelerum offenſi & multitudine, & magnitudine, verſari de cætero cum gentibus humanis improbiſsimis, inquinatiſsimis, perditiſsimis noluerunt, ſedéſque ætherias repetiuerunt: nos in hunc vſque diem permanſimus, & præſentia conſilióque nihil promouimus. Quid? diutius in iſta colluuie ſceleratiſsimarum gentium hærebimus? H. Non cenſeo. I. Deſertis itaque terris, nos quoque cœleſtibus domiciliis reddamur, diſceſſúque noſtro ſtolidiſsimis iſtis, & omni impuritatis genere contaminatiſsimis mortalibus calamitates & miſerias, in quibus ſua ipſorum culpa volutantur augeamus, quæ nullis remediis ab ſe depellant. H. Deſeramus deſeramus: nimium diu abuſi patientia noſtra: nimium diu nobis furor

corum & audacia illuſit. I. Vale ſæculum ferre[um] Iuſtitia & Honeſtas abeunt. Valete homines fer[rei] & in veſtris flagitiis conſeneſcite atque emori[mi]ni: quæq; nunc mala innumera habetis, quon[iam] ſic vultis, habetote ſemper. H. O terra, quon[iam] tibi per nos benè eſſe noluiſti, erit ſine nobis m[ale]. Vale vt de Honeſtate & Iuſtitia meruiſti: nihil [...] amplius nobiſcum eſt. En deos deáſq; omnes i[ra]tos & inimicos habes, qui tibi multa facient m[ala]. Nos ad eorum concilium proficiſcimur. O infa[ns] terra, ô ærumnoſa terra.

## ANNOTATIONES.

QVATVOR SÆCVLA) *Poetæ per gradu[s] [...] ætatum ſæculorúmue monere nos voluerunt, [...] breſcente humano genere mores mutatos, & ex [...] in malos paulatim, tandémque in vitioſiſſimos eſ[...] uerſos. Quæ diſcrimina quò facilius apparerent, [...] tallis nomina illis fecerunt, primúmque & antiq[...] mum propter præſtantiam vocarunt aureum, cui[...] bra in poetis mentio: ſecundum argenteum: tertium [...] um: quartum, vtpote duriſſimum, & ſceleratiſſim[um] ferreum. Cum autem Ouid. 1. Metamorph. & alij p[...] communiſque doctorum conſenſus quatuor tantum [...] tes numerent, ſciendum eſt Heſiodum conſtituere q[...] que: inter æneam quippe & ferream heroicam inter[...] Quia verò figmentum hoc eo pertinet, vt homines [...] meliores ſed peiores, magíſque ſemper improbos fier[i]* [...]

olligamus, & bonitatem naturæ, tempore procedente amplius corrumpi atque peruerti, cur Heſiodus inter malas ætates tam laudabilem ponit? Hoc ideò, quoniam etiam perditiſsimis temporibus videmus nonnunquam viros exiſtere virtutis amantes, & heroica quadam fortitudine inſignes, quod hiſtoriarum monumenta docebunt. Vitam primorum hominum deſcriptam à Lucretio legat qui volet lib. 5. ab eo loco. Et genus humanum multò fuit illud in aruis &c. CVRARVM MEARVM FLVCTVS) Lucret. lib. 6.

*Et genus humanum fruſtra plerunq; probauit*
*Voluere curarum triſtes in pectore fluctus.*

Eod. lib. magnos irarum voluere fluctus: quod, vt alia permulta, ab eo mutuatus eſt Virgil. 12. Aeneid. Irarum tantos voluis ſub pectore fluctus. Lib. 4. dixit idem Lucret. fluctus odorum, hoc verſu. Vnde fluens voluat varius ſe fluctus odorum. COELVM IPSVM PETERE) Horat. Ode 3. lib. 1. mortalium temeritatem & audaciam deteſtans, inquit in extrema.

*Expertus vacuum Dædalus aëra*
*Pennis non homini datis.*
*Perrupit Acheronta Herculeus labor.*
*Nil mortalibus arduum eſt.*
*Cœlum ipſum petimus ſtultitia, neq;*
*Per noſtrum patimur ſcelus*
*Iracundа Iouem ponere fulmina.*

SENECTVS ETIAM FRIGIDA) Fœdiſsima eſt ſenectuti libido, ac benè apud Plautum Mercat. cum Demipho dixiſſet ſe occæpiſſe in ludum ire litterarium, &

*ternas iam ſcire, amo: ſubiicit Lyſimachus. Tun' capite cano amas ſenex nequiſſime? En, ſemen amoribus deditum vocat nequiſſimum. At Tibullus quoque rem abſurdam putat, ſic enim eleg. 1. lib. 1.*

*Iam ſubrepet iners ætas, nec amare decebit,*
*Dicere nec cano delicias capiti.*

COR ET OCVLOS CORRODIT) *Inuidiam antiqui vitium animi tale cenſebant, qualis eſt in ferro rubigo aut ærugo, ex quo etiam æruginem per tranſlationem nominarunt: quod nimirum conſumat & quaſi exedat animum. Martial. lib. 1.*

*Vt tu ſi viridi tinctos ærugine verſus*
*Forte malus liuor dixerit eſſe meos,*
*Vt facis, à nobis abigas.*

*Viridis ærugo hîc eſt furor & maledica inuidia, quemadmodum, & rectè interpretatus eſt Turneb. At Siculi quidem tyranni Phalaris, Agathocles, Dionyſius crudeliſſima tormenta ad homines excarnificandos excogitarunt, at nullum torquet immanius, quàm inuidia, cuius deſcriptionem lege Metamorph. 2. & carmen Phalæcium perelegans in append. Virgilij, cuius initium, Liuor tabificum malis venenum.* HVMANI GENERIS CVSTODES) *Ita Heſiodus, ex quo, vt item ex Ouidio, materiam huius dialogi deduximus, atque ad eorum narrationes accommodatè locuti ſumus. Quæ autem de ferreo ſæculo proferuntur, iis noſtrorum quoque temporum conditionem lamentabilem deſcribi lector exiſtimabit.* VERSARI DE CÆTERO CVM GENTIBVS

Dele-

Delectatos fuiſſe deos hominum innocentia, & cum iiſdem conſuetudinem habere ſolitos, poſtea verò flagitiis eorundem, & indigniſsimis actionibus compulſos in cœlum reuertiſſe, canunt poetæ. Prætermiſsis aliis Catulli verſus appingam, quibus ille politiſsimum & venuſtiſsimum carmen de nuptiis Pelei & Thetidis claudit.

*Sed poſtquam tellus ſcelere eſt imbuta nefando,*
*Iuſtitiámq; omnes cupida de mente fugarunt,*
*Perfudere manus fraterno ſanguine fratres,*
*Deſtitit extinctos natus lugere parentes.*
*Optauit genitor primæui funera nati,*
*Liber vt innuptæ potiretur flore nouercæ,*
*Ignaro mater ſubſternens ſe impia nato,*
*Impia non verita eſt diuos ſcelerare penates.*
*Omnia fanda, nefanda malo permiſta furore,*
*Iuſtificam nobis mentem auertere deorum.*
*Quare nec tales dignantur viſere cœtus,*
*Nec ſe contingi patiuntur lumine claro.*

# PROGYMNASMA QVARTVM ET TRICESIMVM.

## Mendicitas.

*NECTARIVS, LIMENIVS, CANDIDIANVS.*

NECTARIVS. Ego, ſodales comitéſque cum mendicus quiſpiam, quem quidem verum germanúmque mendicum, non autem impoſtorem & planum iudicem, à me ſtipem flebili-

ter efflagitat (quomodo iſte nunc à nobis commu-niter efflagitabat, & in hoc quod conficimus itinere, ante vrbes potiſsimùm, per quas tranſiuit, complures efflagitarunt) crucior animi, ſi nihil quod dem ſuppetat. L. Tu igitur, ſi benè coniecto, grandis pecuniæ theſauros optas tibi, quando inuitus iſta hominum mendicabula abs te inania dimittis. Nam horum noſtris temporibus tot ſunt,

*Littora quot conchas, quot amœna roſaria flores,*
*Quótq; ſoporiferum grana papauer habet.*

N. Minimè verò Limeni: ſiquidem domi me vt plurimum teneo, & cum in publicum prodeo, non ſanè vniuerſæ Germaniæ, nedum totius terrarum orbis mendici ad me ſtipis petundæ cauſſa conueniunt. C. Et ego, ſi quis, vt ferè fit, importunior eſt, qui obſecrandi, obteſtandíque finem nullum faciat, qui etiam clamitans pone ſequatur, non iracundia in eum efferueſco: quòd Homerum alicubi ſcripſiſſe recordor, & ſine argumentis ac teſtibus quiſq; credit: mendico pudorem nihil prodeſſe. N. Inuerecundi ſint oportet, & eorum quibus obuij fiunt aures infimis humillimíſque precibus onerent, ſi comeſſe volunt: eóque amplius, ſi vxores paruóſque liberos habent, quorum alendorum à natura ipſis eſt impoſita neceſsitudo. L. Niſi illę cum maritis, & hi cum parentibus eandem artem factitent, precorióque viuant: tum enim de ſuo ſucco victitant quodammodo. Sed profectò ingenti miſeratione permoueor, cum puerulos puelluláſque, centunculis indutos ac ſeminudos, ſqualentéſque ad viatores accurrere, & cum pri-

mum

mùm ex infantibus exceſſerint, nec admodum articulatè adhuc fari ſciant, panem aut obolum in victum diurnum rogitare, vagire etiam ſordidis ac laceris pannis inuolutos nuper natos, parentes per myſteria noſtra ſupplicantes, recentéſque & miſerabiles fœtus humi poſitos prætereuntibus intenta manu demonſtrantes aſpicio. C. Attamen cum ad mendicorum conditionem animo me & cogitatione conuerto, beatos illos, non miſeros, ducere ſoleo. N. Hui, beatos? parúmne eſt, non miſeros? C. Certè beatos Nectari. L. Quid ergo? cum ſe beatos euadere omnes ſtudeant, cur nemo inuenitur, qui ſe illorum ſimilem eſſe vel per ſomnium optet? Cur ipſimet ſe in mendicitate, hoc eſt, in omnium rerum ad vitam degendam pertinentium extrema egeſtate volutari, continenter, & quam maximè anguntur? Cur hanc beatitatem effugere manibus pedibuſq́; , terra mariq́; connituntur? C. Dicam. Quia illi cæteri bona horum nec ſuſpicione quidem attingunt: & hi ipſi eadem ſua bona ignorant. Quantæ fœlicitatis opinabatur Maximianus dominari? At maioris Diocletianus priuatum viuere, & ruſticari. Fugiebat hoc Maximianum, & fugit innumeros. Inſunt etiam in Religioſorũ viuendi rationibus inſtitutiſq́; bona tam multa, tam ingentia, vt ſi ea noſſent reliqui mortales, arbitrer eos confertim ad monaſteria properantes, nuntium rebus caducis remiſſuros. Et tamen videntur ea neſcire illi, qui cum in huiuſmodi Deo dicatis familiis perdiu vixerint, per ſummam poſtea nequitiam perfidiámque ſacrilegam ſanctiſsimæ militiæ caſtra deſerunt, refractiſq́; pu-

doris & reuerentiæ clauſtris, omnes libidinum im-puritates ſuſcipiunt. Quare quod de ruſticanis Maro, hoc nos de mendicis. O fortunatos nimium bona ſi ſua norint Mendicos. N. Pergratum mihi feceris Candidiane, ſpero etiam Limenio, ſi, quo minus via lædat (non parum quippe reſtat, & ſol necdum ad occaſum pronus eſt) iſtam mendicorum tuorum fœlicitatem expoſueris, & errorem nobis, in quem vulgi opinione rapti abiuimus eripueris. C. Diſsimulatione haud opus eſt: ſcio vos à me facere, nec alienum à mea tenere ſententiam. Quamobrem non alia conditione ad hanc diſputationem acceſſero, quam ſi vos inchoatam à me, & aliquouſque prouectam capeſſere, atque ad exitum perducere velitis. N. Si tu, mi Candidiane, dicendo conſecutus fueris, vt quod nunc incredibile apparet, id probabile fiat, penitus dabis animos ſodalibus tuis, ipſi quoque in partem laboris veniemus, tuóſque mendiculos, vt Stoici ſapientem ſuum, vno Ioue minores, diuites, liberos, honoratos, pulchros, regum denique reges definimus. L. E ſenſu meo Nectarius. C. Faciam periculum, & ego quidem quam multiplici vtilitate commendetur mendicitas oſtendam, Nectarius eiuſdem dignitatem, Limenius iucunditatem ad explicandum ſibi aſſumet. Sic, poſteaquam conſtiterit nullum ei bonorum genus deeſſe ex his, quæ doctis ſtatuuntur, dubium nullum relinquetur, quin hoc vitę curriculum in ſpeciem calamitoſum & horribile, bonis omnibus perfectum cumulatúmque dicendũ ſit. N. Permitte vela ventis. Nos ita te differentem auſcultabimus, vt ſimul quid

ſuo

ſuo vterque loco deinde promamus antea meditemur.

VTILITAS.

C. Magni faciendum eſt (vt hinc exordiar) quod egentes iſti, ac mendici noſtri plurimis in rebus æquales ſunt diuitibus, & iis omninò, quos propter potentiam, opes, nobilitatem, clientelas, auctoritatem, gratiam tanquam Deos admiramur: æquales autem? immò etiam in multis ſuperiores. Itaque in maximi, & æquiſsimi iudicis illius ſententia, & voluntate acquieſcant diuites & copioſi, quiq; in maxima celebritate, & in oculis ciuium viuunt, cum ſe hominum abiectiſsimis & deſpicatiſsimis exæquatos intelligunt: hi contra cum animis ſuis exultent, cum ſe illis non comparari modo, verum etiam anteferri præter tam ſuam, quam aliorum opinationem cognoſcunt. L. Non mediocri nos exſpectatione incendiſti. C. Haud aliter opulenti, Satrapæ, Toparchæ, Principes, Reges, Imperatores: aliter mendici concipiuntur, coagmentantur, fabricantur. Quas res ſuis verbis Iobus expreſsit. Nonne, inquit, ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum me coagulaſti? mitto reliqua. Nec paucioribus illi, pluribus iſti menſibus: nec minore cum pondere, cura & ſollicitudine maternorum viſcerum penetralibus ac latebris continentur: nec illi quidem abſque vllis genetricum cruciamentis, iſti verò ſoli cum earundem doloribus acerrimis procreantur. Quid partus ipſe? num vteruis à lacrymis viuendi initium non auſpicatur? num diues auro aut purpura, mendicus panno villoſo, aut cilicio à natura coopertus dias

in

in luminis oras exoritur? Nequaquam, vterq; nudus vitæ limen adit, ſimilíque lactis alimonia ambo nutriuntur. Animæ non diſpariles, & diuinitatis ambæ gerentes imaginem. Communis vtrique ſol, diuiti inquam & mendico: communis dies & nox, æſtas & hyems: communis eiuſdem cœli aſpiratio qua ſuſtinentur: communes fluuij, fontes maria: communis terra vt ſolum, vt domicilium, vt nutrix, vt mater, vt ſepulcrum. Nulla corporum diſparitas, nec diuitum ventres capaciores, quam tenuium & egentium, ſimiles perturbationes animorum, ſimiles affectiones corporum, vnus vtrorúmque Deus, conditor, rector, conſeruator, pater, iudex. Atque vt vna ratione in vitam ingrediuntur: ita eadem prorſus ratione egrediuntur, neuter lethi lege ſolutus eſt. Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas Regúmque turres. Nullas opes illa metuit, ſatellitiũ contemnit, nec precibus flectitur, nec muneribus corrumpitur. Moriuntur beati æquè vt mendici, perindéque vt hi à vermibus conſumuntur, atque inter oſſa nullum diſcrimẽ. Audite Salomonis vt ditiſsimi, ſic etiã ſapientiſsimi viri dictum, quo mea dicta velut in ſumma quadam incluſa videbitis.

*Sum quidem & ego mortalis homo, ſimilis omnibus, & ex genere terreno illius, qui prior factus eſt: & in ventre matris figuratus ſum caro: decem menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine, ex ſemine hominis: & delectamento ſomni conueniente. Et ego natus accepi communem aerem, & in ſimiliter factam decidi terram, & primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans. In inuolumentis nutritus ſum, & magnis curis. Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initiũ. Vnus ergo introitus eſt omnibus ad vitam, & ſimilis exitus.*

Nunc

Nunc quibus de cauſsis mendici fœliciores ſint diuitibus conſideremus. Commodior profectò illis, integrior, & conſtantior valetudo. Vitam plerique diutiſsimè propagant, quorum neutrum, ſi præcepta & aphoriſmos medicorum ſpectemus, aſſerendum eſt poſſe fieri: certum eſt nihilominus fieri, & ego ipſe multos admodum præualenti corpore, & vltima præditos ſenectute mendicos videre memini. Tempora reficiendo corpori præfinita non habent: cibum enim capiunt quando commodè poſſunt. Poſſunt autem, quando quod edant ſuppeditat. In eſcis illorum admiranda varietas, cum tamen coctum, aſſum, frixum, elixum, toſtum quippiam non ita frequenter pranſitant, calidum multò rarius, cruda & frigida pœne ſemper, ac præter panem, quidem ſæpiſsime nihil. Potus non vinum, non cereuiſia, ſed puris è fontibus pura lympha. Interea valent belliſsimè, ſimulq́; nos docent, quàm paucis natura indigeat. At diuites inter delicias cupediáſque, inter generoſa & exotica vina ægrotant, & ſuo die ante diem perfunguntur. In morbo quoque mendicus diuite non paulò eſt beatior. Hic enim curatur quidem diligentiſsimè, adſunt miniſtri, qui ad nutum & ægroto, & medicis iubentibus inſeruiunt, adſunt omnis generis medicamina, adſunt medici, qui promiſsis ægrum exhilarant, adſunt familiares & cognati, qui blandis colloquiis doloris ſenſum conantur imminuere. Verùm cum nihil prætermittatur, non poteſt tamen leniri cruciatus: miſer lecto affixus huc illuc ſe verſat, & quàm ſibi malè ſit, gemitu, clamore, verbis, geſtibus, motibus,

bus,

bus, iactationibus declarat. At mendicus profecto quidem humum duram ægrotus premit, protegumento aut centonem, aut ſtoream adhibet: non ibi medicus apparet, qui pulſum venarum pertentet, qui vrinam contempletur: non qui obtemperet famulus: non qui conſoletur amicus: ſed horum omnium locum Deus tenet, qui dolores lenit, frigus æſtúmque temperat. Et cum neſciat quænam cibi ſalutares, qui peſtiferi ſint, ſine diſcrimine autem & delectu veſcatur iis quæ nanciſci potuit, quod erat noxium, ſalubre illi rerum ſeimutante natura efficitur, frigidæq́ue potio medicinæ vim nanciſcitur. Denique ſibi traditum & commendatum quodammodo magiſtra & parens communis natura fouet, curat, ſanat. Ad alia delabamur. Quam multæ, quam variæ immunitates, prærogatiuæ, poteſtates mendicorum, quæ aliis neutiquam conceduntur? Cum ciuibus ad tuendam regionem proficiſcendum eſt in militiam, cum ad patriam ab hoſtium incurſionibus vindicandam, ad pericula demum propulſanda viritim pœne arma expedienda ſunt, ipſi ne appellantur quidem, quanto minus coguntur? Si ardeat ciuitas, ſi diripiantur ciues, nihil illis perit. Petent nihilominus panem, & inuenient. Exiguntur penſiones antiquæ, imponuntur nouæ, ipſi nec vnicum quidem nummulum pendunt. Quotannis dantur bonorum decimæ, at non à mendicis. In ſingula mercium genera quas aut vendas, aut emas, aliquid tributi nomine, quod ad Principis, aut Reipub. ærarium redeat conſtituitur: ab huiuſcemodi tributis perſoluendis illi eximuntur.

Per

Per pontes eunt, redeunt quoties animus iuſſerit, per flumina traiiciuntur, ſpectant ludos & triumphos, omnia gratis. Quin etiam tum quaſi gratiæ illis aguntur: ſiquidem à viatoribus, vectoribus, ſpectatoribus pecunia liberaliter in eos, & aliâs à quouis hominum genere confertur. Licet enim his à quocunque obuio, ſeu non obuio vectigal ſuum poſtulare, à iuuenibus, à ſenibus, à viris, à fœminis, à nobilibus, ab ignobilibus: ſeu vilis annona, ſeu chara ſit, neminem excuſatum habent. Iam illa non poſtrema eſt fœlicitas, quod ſtatus ſui mutationem in peius haud timent, cum alij nunquam ſecuri ſint: nec honorati ſcilicet in ſuis honoribus, & magiſtratibus: nec voluptarij in ſuis voluptatibus: nec diuites in diuitiis. Caſus & fortuna in rebus humanis crebras atque magnas viciſsitudines efficiunt. In mendicorum rebus quod feriat fortuna, nihil inuenit, quam illi occuparunt, quam cæperunt, cuius aditus omnes intercluſerunt, vt aſpirare ad eos non poſsit. Præterea ſollicitudinibus, angoribus, curis, moleſtiis vacantes ac liberi incedunt, quibus in dies, & horas perturbantur, diſcruciantúrque, qui domos, fundos, familiam poſsident, & quibus eſt, quod amitti poſsit. Quid hoc beatius? Cum in itinere verſantur, nullas horreſcunt inſidias, per ſyluas & nemora, per loca latronibus infeſta tutiſsimi gradiuntur: nihil illi nocere talibus conſueuerunt. Proinde etiam conſpectis graſſatoribus, ipſi cantantes pergunt, & omnia ſua ſecum portant. Nihil operis faciunt, laboribúſque expertes, perinde vt diuites & illuſtres, perambulant vrbes velut animi cauſſa,

cauſſa, & id quotidie. Raſtra, ligones, malleos, aratra, bipennes viderunt tantum, nec ſeptimus, ſed quilibet dies illis feſtus eſt. Et cum nemo ferè non de craſtino cogitet, hi tantum de hodierno: nec tamen admodum ſollicitè, ſed leuiter. Cum ad vitæ metas decurſum eſt, tranquilla mente lampadem tradunt, de condendo teſtamento, ſcribendiſque hæredibus nec tantillum anxij: nempe vt etiam atque etiam cogitent, quantum filijs relinquant in bonis, quantum filiabus decernant dotem, cui villam, cui hunc aut illum agrum, hanc aut illam domum legent, quid de argentea ſupellectili iubeant, cui commendanda vxor, quos tutores inſtituendi pupillis & puſillis liberis. Deo ſe os tradunt, & in eius fidem committunt, illud Dauidis lætabundi vſurpant: tibi derelictus eſt pauper, orphano tu eris adiutor. Item, ego mendicus ſum, & pauper, dominus ſollicitus eſt mei. Atque hæc iſto modo in præſens, vt imparatus. En tranſactis partibus meis ad te ventum eſt Nectari. N. Immò Candidiane, tu iſtas quoque partes age: ne ego vt malus hiſtrio, non quidem in vna ſyllaba, ſed in re tota offendens, à vobis exſibiler & explodar. L. Proſpice quid huic des, perpende quid agas. Etenim ſi ſecundam perſonam ſuſcipis, tertiam quoque, id eſt meam, neceſſariò ſuſcipies. tantóque magis, quanto me Nectario & ingenio, & doctrina, & orationis facultate inferiorem tu ipſe non es neſcius. Nam tecum me conferam mente lapſus exiſtimer.

*quid nam tremulis facere artubus hœdi*
*Conſimile in curſu poſſint, ac fortis equi vis?*

C. Amo-

C. Amoue hunc timorem abs te Limeni, dependendum eſt Nectario quod promiſit, neque enim in quo ſibi diſplicuerim quidquã adhuc commemorauit. N. Perplacuiſti. At ego vereor vt placeam. C. Quam tu vereris culpam, ſinito me præſtare: nullum eſt periculum ne tu quid eloquare, niſi ita eruditè, prudenter, facundè, vt me non pœniteat, quòd te ad continuandam diſputationem hanc & ab initio inuitarim, & poſtea tergiuerſantem impulerim.

## DIGNITAS.

N. Ergo in his quæ ad honeſtatem amplitudinémque mendicitatis pertinent, illud præcipuum duco, quod à Chriſto Seruatore, qui eſt omnium Regum Imperator, generi humano egregiè commendati ſunt hi eius alumni, & ſectatores: ab eóque datas ſibi commendatitias, quocunque locorum vadunt, ſecum ferunt. Quis autem, quæſo, benignè facere nolit homini, ſi id poſtulet qui condidit homines? Quis recuſet pauxillum tribuere, cum ſe id magno fœnore aliquando repenſurum ſpondeat Deus? Quis peccata ſua fruſtillo panis in mendicum collato delere, flammáſque perennes euitare non cupiat? L. Memoriter pronuntia illas literas, ſi tenes. N. Teneo. *Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis. Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos, neque diuites, ne forte & ipſi reinuitent, & fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatus eris: quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum. Venite benedicti patris mei: eſuriui enim & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi potum.*

C. O verè ſacram Auguſtorum Auguſti epiſtolam, vniuerſóque mundo, & omnibus gentibus venerabilem. Dederat olim iiſdem Rex Dauid quo n- terentur ad ſtipem impetrandam epiſtoliolum in hæc verba conceptum. *Beatus qui intelligit ſuper e- num & pauperem: in die mala liberabit eum domi-* Dederunt etiam Iacobus, & Ioannes Apoſtoli: ſe- maior Dauide, maior Apoſtolis IESVS CHRISTVS Dei filius, ipſéque verus, omnipotens, ac ſempit- nus Deus. Atat, quid ego ineptus in alieno cho- pedem? Ignoſce Nectari: nam ſermonis tui ſua- tas huc me allexit imprudentem. N. Per me t- vel plura licebit. C. Satis eſt, promoue greſſum. N. Omnium quidem naturarum ab ſe conditarum procurationem habet Deus, auicularum etiam & beſtiolarum, quæ ab hominibus negliguntur: mendicorum inprimis, qui vnà cum iſtis quaſi animantibus nec ſerunt, nec metunt, nec congre- gant in horrea, & pater cœleſtis paſcit illos: an vnquam vllo in ſæculo auditum eſt, mendicum quempiam fame mortuum, niſi tum, cum etiam non mendici eſurie tabefacti morerentur, ni- hil illis ſeparatim euenerit mali. Quid? illi (quod ex ſupra dictis, & ex illo: *Vt recipiant vos in æterna ta- bernacula,* claret) aliis cœleſtem ianuam reſerant. Ecce quàm multa reddunt, quibus nimis parum eſt: & quam ſunt diuites, qui nihil poſsident! Q- ſi non eſſent, præſtantiſsimæ virtutes duæ magna quidem ex parte tollerentur, miſericordia & libe- ralitas. Earum exercendarum occaſione de- mendicos oberrare Deus voluit: qui, quemadmo- dum fortunati, ſuperbiæ, luxuriæ, libidinis, co-

me-

meſſationum, aliorúmque flagitiorum occaſiones & irritamenta nulla habent. Quem illi faſtu & arrogantia ſubnixi ſpernunt? vbi domos atque villas ſumptu regio ædificant? quando in fœmineos appetitus (imitabor enim Arnobium) inflammati pectoris feruore incaleſcunt? nunquid veſcendi cauſſa terra maríque omnia exquirunt? nunquid eos manus atque lingua periurio, aut ciuili ſanguine alit? Contra, apud eos parſimoniæ, patientiæ, modeſtiæ, religioni, cæteríſque virtutibus, quibus decorati amicitiam numinis aſſequuntur, magnus honos. Omninò, arbitror, plures mendicos cœlo receptos, quam quibus ſunt ampliſsimæ fortunæ, quos perdifficile eſt intrare in regnum cœlorum. Eſt enim ianua humilis & anguſta, illi autem ſublimi ceruice, & crapula diſtentis corporibus. Preces inſuper mendicorum in rebus turbidis & afflictis etiam potentes & copioſi expoſcunt: quas vt impetrent, & feruidiores impetrent, maiore eos liberalitate proſequi ſolent. Videtis igitur quanto ſint in honore apud Deum mendici: nimirum vt electi quidam, & ſingulares amici, qui leui negotio quod petiuerint obtineant. Nec vos latet, ſanctiſsimos viros eorundem conſuetudine delectari, quibus pedes abluunt, quos conuiuiis accipiunt, in quos officij & benignitatis plurimum conferant. Chriſtus ipſe formam mendicorum indutus, ſæpe hominibus ſe obuium dedit. Quo quid ad dignitatem illorum confirmandam maius proferri poſsit, mihi quidem in mentem adhuc non venit. Complures vtriuſque ſexus, qui piorum ſedem & locum con-

ſecuti, & inter Diuos relati ſunt, præ diuitiis me
dicitatem complexi, oſtiatim ſtipem quæſiuera
Quod nunquam feciſſent, niſi rem honeſtam, D
gratam, & virtutis conciliatricem eſſe intelle
ſent. Laudatur in hoc ordine D. Franciſcus, cu
familia etiamnum mendicantium appellatur. V
xit item aliena benignitate. S. Clara, & viuit n
illius poſteritas. Sic Alexius, & alij, quos enum
rare ſuperuacaneum. Norunt artem perſuade
pluſquam Cicero & Demoſthenes, Deúmque
cœleſtes ſemper in ore habent: tanta eſt pe
Genus hominum quam gratiſsimum eſt. Prop
vnicum teruntium non deſinunt gratias agere
mortales, quandiu te abeuntem viſu conſequu
tur. Pro paruis ac perituris ingentia, & ſempite
bona à Deo tibi precantur. Proinde qui vult h
minem gratum videre, aliquid mendico det.
Sunt ſacroſancti, quos vllo modo lædere furi
& impium iudicatur: ſúntque acerbiore pœnis a
ficiendi, qui eos iniurioſius tractant. Atque vt
ſoluam, ſi qui de his mali ſunt, non magis de
hoc in totum eorum, quàm in Religioſorum h
minum ordinem redundare, in quibus non o
nes reperiuntur ſemper boni: vnde enim apo
tæ? & in Epiſcopis quoque non omnes ſancti. D
re mihi propoſita ſatis fere dixi, cano receptu. L
A me, cuius ingenij motus ad excogitandum
tuſi, ad ornandum ſteriles, pauciora & incomp
ora vt expectetis ſuadeo. N. Vt plerique om
tenuitatem & imperitiam libenter ab initio qu
que excuſamus? L. Quoniam paratam nobis v
niam eſſe cupimus, etiam antequam offendam

Tu

Tum verò facilè ignoſcitur, ſi nulla nos opinione inflatos, nec nobis præfidentes ad rem aggredi apparet. Dicam porrò liberè, non ex æquo & bono mecum egiſtis. C. Quid ni? L. Quia partem ad diſſerendum difficillimam in me reiecistis. Quod quidem ſi à principio animaduertiſſem, vti nunc animaduerto, conditionem repudiaſſem. N. Fungere munus tuum, & ſimulationem pone.

IVCVNDITAS.

L. Si necdum ſatis perſpicuum eſt factum, quam ſit iucundum viuere mendicum: ſi id ex orationibus veſtris parum adhuc intellectum eſt, ex mea quidem certè nunquam intelligetur. C. Hoc ergo dicis, vtrumuis noſtrum quaſi ex vna fidelia duos dealbaſſe parietes, ſuum videlicet, ac tuum. L. Hoc ipſum dico. C. Hem Nectari, vt iſte ludit? L. Loquor ſeriò. Nam adeò firma perpetuáque valetudine vti, tam diu manere in vita, tot mereri immunitates, tam variis ornari prærogatiuis, vacuum eſſe omnibus moleſtiis atque curis, dies omnes agere feſtos, tranquilla & ſecura mente in fata concedere, quomodo non ſit iucundum? Deinde Deo opt. max. eſſe in amore, ab eo humanis gentibus diligenter commendari, foueri, ſuſtentari, cœlo aperiendo præfici, apud ſanctiſsimos viros in pretio eſſe, & ab illis diligi, nullis cum vitiis conflictari, præſtare virtutibus, à nemine lædi: hæc, inquam, negabimus eſſe iucunda? N. Vt in aliis pluribus, ſic in iſto iucunditatem cum aliis bonorum generibus, vtilitatis videlicet honeſtatíſque confuſam eſſe confitemur: nihilominus abs te audire geſtimus, quod à nobis dictum non ſit.

L. Peregrinationibus exerceri, plenum eſt honeſtæ voluptatis. At nulli vel magis, vel etiam fœlicius peregrinantur quam mendici: quibus, tanquam viris fortibus omne ſolum patria eſt, & cœlo pro tecto vtuntur. Mundani ſunt, vt ſapientiſsimus Socrates, hoc eſt, ciues & incolæ non vnius alicuius vici, aut oppidi, verùm totius mundi. Peruagantur itaque, & perluſtrant complures egregias vrbes, varias regiones, nobiliſsimas prouincias, ad remotos & ignotos populos proficiſcuntur, quorum cultum, mores, inſtituta, leges, ritus, conſuetudines, linguas cognoſcunt: quod non poteſt profectò non eſſe quam iucundiſsimum. Et cum videamus aliquando ingreſſu ciuitatum regnorúmque prohiberi honoratos ac diuites cum equis & curribus ſuis, iſti ſine vlla etiam inquiſitione, quaſi in iiſdem nati & educati facillimè, nulla cum ſuſpicione intromittuntur, non examinantur, non excutiuntur. Creſcit deinde peregrinantibus ob ea ipſa quæ dicebam, prudentia quoque: quam poeta clariſsimus in Vlyſſe ſuo vidit. Prudentia autem, vt inquit Cicero, nihil eſt homini dulcius. Alitur nouarum rerum cognitione humanus animus, qua ſupra cæteros mendicis gloriari licet, quorum narrationes ſępenumero vberrimam mihi delectationis materiam præbuerunt. Quid otio ſuauius? quid omnium laborum ac laſsitudinum vacuitate iucundius, & exoptatius? At hi nunquam occupati cernuntur, neque animis, neque corporibus: quod tamen potentiſsimis quibuſque Principibus negatum eſt, quorum cogitationes in maximarum rerum adminiſtratione dies propemodum

dum

dum atq; noctes vigilare, & fatigari oportet. Quid porrò ſeruitute intolerabilius? quid libertate amabilius? At hi nemini prorſus ſeruiunt, quia illorum ſeruitutem nemo expetit, nemo quidquam illis imperat, nemo quidquam exigit, nemo contradicit. Adde quod iſtis hominibus pecunia ſemper adeſt: quod nobis noſtríque ſimilibus: quod vel diuitibus admodum haud ſemper contingit, quibus inanis eſt interdum ſacculus, inanis crumena. Iam verò quantum ineſt ſolatium in pecunia? in ſecundis aduerſiſque rebus nullum maius adiumentum, nullum in periculo firmius præſidium. Dicam mirabilius, pecunioſiſsimi inueniuntur mendici quidam. Cauſſam quæritis? accipite. Nam cum parciſsimè ſumptum faciant, impertiant autem illis permulti aſsiduò, & aliqui bene multum, neceſſe eſt annis paucis ſummas ingentes redigi. Solent cum viatoribus permutationem facere, vt collybiſtæ, atque vt vnum nummum ferant, ei 30. aut 40. nummos reddere, retentis quos groſſos vocamus, in theſauro ſine dubio reponendis. Audiui quendam dediſſe in matrimonium alteri mendico filiam cum dote non ſpernenda, obolorum putate aliquot modiis, quæ multitudo aureos quingentos fecerit. Fuit, qui in pallium (quis hoc ſuſpicatus vnquam eſſet?) trecentos coronatos inſuerat. Ebrietas operta recludit. Ex occulto ſermonem mendicorum vino madentium auſcultaui nuper. Non pauca ex his, quæ à nobis diſputata ſunt, de ſe proloqui, & cum gloria & prædicatione ſeſe efferre, tum cuicunque hominum generi, quantumcunque fœlici ante-

ferre non dubitabant. Et quanquam ſobrij cum ſunt, conditionem ſuam coram aliis mirè lamentantur, tamen re ipſa ſuo ſtatu gaudent, nec eũ cum quouis alio commutauerint. Hoc mihi ex eo i probabile. Sedet in via tectus ſordido & lacero pediculoſo etiam palliolo mendicus, obteſtationibus ingeminatis abs te prætereunte ſtipem flagitat. Indue hominem amictu nouo, cóque non vili: da illi crumenam pecuniæ refertam: dic me velle abducere, & eius opera clementer ac liberaliter vti, nihil ei defuturum: mentiar, niſi repugnet, niſi abneget, niſi ſe iniuria affici conqueratur. Non quia modeſtus ſit, quia ſe tanta humanitate & beneficentia indignum arbitretur: ſed quia illis commodis, & in gloria ſua de quibus vos abſeruiſtis, & iſtis delectationibus ſuis, de quibus ego aliquid pro tenui parte mea diſſerere volo priuatum iri planiſsimè intelligit. Plurimum vera ſuo quemque ſtatu recreari & lætari oportet, ſi eum cum alio, quanquam meliore, mutare nolit. Quapropter, ne in re clara & manifeſta ſim verboſior, ſi vos meis rationibus proinde vt ego veſtris aſſentimini, nihil hoc vitæ genere ab omni fœlicitate felicius: magíſque nomen ipſum mendicitatis odioſum, quam res ſubiecta in vitio eſt: nec vituperationem potius, quam laudem meretur. N. Nos verò oratio tua, quam valdè probamus, in ſententia confirmauit. C. Ducem & auditorem me huius nec inſulſæ, & litteratæ diſputationis fuiſſe iuuat. Fuit hæc moleſtiarum itineris huius non modica leuatio.

ANNO

## ANNOTATIONES.

QVod argumentum incredibile et abſurdum hoc progymnaſmate ſum perſecutus, id me ratione & exemplo feciſſe mox patebit, cum docuero paulò fuſius, à quibus olim, atque etiam noſtra memoria, & quas ob cauſas huiuſmodi humiles, infames, inopinabiles, & à Græcis ἄδοξοι καὶ ἄτοποι θέσεις vocatæ, ad diſputandum pertractandúmque ſumptæ fuerint. Iſocrates in exordio orationis, qua Helenam commendat, Protagoram ceteróſque Sophiſtas illius æquales exagitat, quod materias parum conuenientes & alienas, & omninò tales ſcilicet, quales iam nominauimus, tractandas ſumpſerint. Exempli cauſſa. Non poſſe quenquam mentiri, aut contradicere. De iiſdem rebus duas contrarias orationes haberi non poſſe. Id eſt, vt ego intelligo, non poſſe idem laudari & vituperari, ſuaderi & diſſuaderi, accuſari & defendi. Idem eſſe iuſtitiam, fortitudinem, & ſapientiam. Perſtringit nominatim Gorgiam, qui docuit nihil eſſe in rerum natura. Zenonem, qui aſſerere auſus eſt, idem poſſe fieri, & non poſſe. Meliſſum, qui connixus eſt probare, omnia eſſe vnum. Et videtur hic poſtremus ita prorſus ſenſiſſe: nam eum lib. 1. φυσικῆς ἀκροάσεως Ariſtoteles confutauit. In illo eodem exordio teſtis eſt Iſocrates, nonnullos mendicitatem & exilium aliis vitæ generibus anteponenda diſſeruiſſe, & quoſdam apiculas, ſimiliáque laudauiſſe. Horum inſtitutum contemnendum non fuit, quia non Sophiſtæ modo, verum & Philoſophi, vt ſcribit

Gellius lib. 17. cap. 12. oppidò libentes huiuſmodi mate-
rias ſuſcipiebant vel ad acuendum ingenium, vel ad ex-
ercendas argutias, vel ad edomandas difficultates, ve
(quæ nos adiicere poſſumus) ad ludum & iocum, vel a
oſtentationem ingenij & eloquentiæ. Attamen Iſocrat
contemnit eos & inſectatur, ne videlicet Helenam inſ
mem mulierem prædicaturus, paria cum iis facere iud
cetur, cum tamen faciat, crimen adulterij egregia ven
ſtatis eius exornatione, digreſſionibus de rebus geſtis Th
ſei, de conſilio Paridis in ea rapienda, ac demum de pul
chritudine quaſi obuelans. Eſt ergo totum illud proœmi
per inſinuationem artificio non vulgari compoſitum, c
ipſa oratio nihil aliud, quam ingenij & facundiæ Iſocra
teæ illuſtre documentum: vti altera quoque deinceps
qua Buſyris tyrannus importuniſſimus celebratur. Sed
ab Iſocrate ad alios veniamus. Glauco apud Platon.
libris de Repub. iniuſtitiam laudat: Gorgias, vt Iſocra
tes, Helenam, quæ extat oratiuncula. Quis ignorat en
comium muſcæ apud Lucianum? quis ab eodem deſ
ptum iudicium 7. vocalium, in quo Sigma cum T in
iuriarum agit? Quem ego ludum Andream Salernita
num inprimis excitaſſe ad bellum Grammaticum ta
facetè & ingenioſè conſcribendum auguror. De Alcida
mante Rhetore in extrema 1. Tuſcul. Cicero, eum ſc
pſiſſe laudationem mortis: quæ conſtat, inquit, ex enu
meratione malorum humanarum. Dio Chryſoſtomus c
mam, febrim quartanam & Therſiten laudauit Phauo
rinus. Feruntur Hieronymi Cardani, & aliorum lib

de laudibus Podagræ, quam feſtiuiſsima fabula acerbè vituperat Lucianus, cuius index Tragopodagra. Syneſius Epiſcopus Ptolemaidis ipſe caluus prædicat caluitium. Picus Mirandulanus barbariem orationis. Eraſmus Moriam, id eſt, ſtultitiam, in qua ſeipſum ſtultum fieri, & ridiculum non animaduertit. Apud Melanchtonem eſt encomium formicarum. Apud M. Antonium Maioragium encomium luti. Etiam ebrietatis encomium vidimus.

Ad poetas tranſeamus. Cui inaudita eſt ſeu Homeri, ſeu alterius cuiuſpiam perueteris, & φιλομήρου poetæ βατραχομυομαχία, de pugna ranarum & murium? Quantum ibi ingenij? quantum eloquentiæ? quantum Gratiarum? Ad exemplum illius commenti conficta eſt incerto autore tragœdia γαλεομυομαχία, de bello felium & murium. Virgilij culex, & quartus Georgicorum, quo apum reſpub. verſibus limatiſsimis depingitur, tam noti ſunt omnibus, quam ſuum cuique nomen. De pulice ſeu Ouidij, ſeu aliùs cuiuſpiam nebulonis nihil dicam: eſt enim obſcœnum poematium. Luxerunt mortem paſſeris Catullus, columbæ Statius, pſittaci Ouidius. Leguntur Hieronymi Vidæ Bombyces, & Scacchia ludi genus. Sic aliquis elegantis ingenij & diſertus vel ligata, vel ſoluta oratione laudauerit ſalem, panem, aquam, canes, araneam, barbam, quæ ſunt abiecta: lupanaria, carnificinam, calamitates, iram, quæ ſunt infamia. Sed tum hæc, tum illa non niſi qua parte aliquid vtilitatis, ſeu honeſtatis habent, ſiue per ſeipſa, ſiue κατὰ συμβεβηκός.

Turpia

*Turpia enim vt turpia, nunquam poterunt, niſi à tur-*
*piſsimis in commendationem vocari, vt habeant ſimil*
*labra lactucas. Atque, vt abſoluam, valde mihi hu*
*detur pertinere, quod in præfatione paradoxorum à Tu*
*lio ſcriptum eſt. Nihil eſt tam incredibile, quod non di*
*cendo fiat probabile. Probabile, inquit, non, verum: a*
*que ita poteſt nihilominus eſſe falſum: nam falſitas pro*
*babilitati non aduerſatur. Item, nihil tam horridum*
*tam incultum, quod non ſplendeſcat oratione, & ta*
*quam excolatur.* BONA TAM MVLTA, TAM IN
GENTIA) *De Bono ſtatus religioſi librum non me*
*cum fecit homo Societatis noſtræ Hieronymus Platus, qu*
*docuit & planiſsimè pleniſsiméque probauit, refertiſſi*
*mum eſſe hoc vitæ genus bonis omnibus, honeſtis inquam*
*vtilibus, & iucundis: quæ res in vulgus creditu diffici*
*eſt: ſed tamen non aliter eſt.* OMNIA SVA SECVM
PORTANT) *Sicut Bias nimirum vnus è ſeptem qui ſa*
*pientes vſurpabantur in Græcia. Cuius cum patri*
*Prienen cœpiſſet hoſtis, cæteríque ita fugerent, vt mult*
*de ſuis rebus ſecum aſportarent: cum eſſet admonitu*
*quodam, vt idem ipſe faceret: Ego verò, inquit, faci*
*Nam omnia mea mecum porto. Ille hæc ludibria fortu*
*ne ſua quidem putauit, quæ nos appellamus etiam bo*
*Sic Cic. in Paradox. Narrat idem Valer. lib. 7. cap.*
*De Stilpone autem non diſsimile quiddam Seneca ep.*
*ſub finem.* LABORIBVSQVE EXPERTES) *Ad*
*iungitur ſextus caſus huic adiectiuo apud Plaut. Amph*
*Eo more expertem te factam aduenieus oſtendi do*

Aſi

*Aſin. Pono te ob iſtuc, vt expers ſis metu. Catull. de coma. Quicum ego, dum virgo quondam fuit omnibus expers.* O VERE SACRAM AVGVSTORVM) *Imperatores poſteriores non ſolum epiſtolas, conſtitutiones, monetam, cubicula, ſcrinia, lectos, comitatum, ſed & ſacrum ſtabulum dici voluere. At Tiberius nec dominum ſe appellari paſſus eſt, & quendam dicentem ſacras eius occupationes, pro ſacris laborioſas dicere coegit. Sueton. Tiberio cap. 27.*

# PROGYMNASMA QVINTVM ET TRICESIMVM.

## *Nundinæ.*

*MAGISTER, TIMASIVS, FAVSTVLVS, PROSPER, ZOSIMVS DISCIPVLI, VENDITORES.*

MAGISTER. Heſterno veſpere ſuper cœnam orauiſtis me impendiò, quandoquidé in hac ciuitate per hoc tempus ſollemnis & anniuerſarius mercatus haberetur, celebrarentúrque nundinæ, in rem præſentem vos perducerem, ac vobiſcum venalium iſtorum copiam & varietatem contemplatum ambularem: id nullo ſeu veſtro, ſeu meo incommodo futurum, quòd eſſet in hodiernum diem ſtudiis literarum indicta ceſſatio. Tres inſuper mihi pecuniam dediſtis de manu in manum, de qua meo arbitratu mercarer,

quod

quod ſingulis vel vtile, vel acceptum inprimis, &
iucundum fore exiſtimaſſem. Zoſimus nihil: nam
nudius ſeptimus, id quod ſcitis, quem reliquum
poſsidebat ſolidum, vnà è ſacculo in ſuburban
per ludum curſitando perdidit. Paratíne igitur a
eundum? T. Et maximopere. Duc age, duc ac
celerius. F. Mens auet, pedes pruriunt. P. Egredia
mur, tempus vocat. Z. Tametſi coemptum nihil
ſum à foro relaturus, vtpote à nummis inops: iu
uabit tamen ſpectaculis tam multiplicibus, tam le
pidis ſatiaſſe oculos, & expleuiſſe animum. M. Mi
hi verò conſilium eſt, nec circumducere vos, ne
emptionem vllam facere, niſi, quod iuſſero, fa
cturos eſſe fidem veſtram obligatis. P. Faciemus,
& perlibenter. M. Audis hæc tu Fauſtule? F. Idem
ego profiteor. M. Quid Timaſius? T. Faxo haud
deſideretis partes meas. Z. Quod volueris, Præ
ceptor, mearúmque virium iudicaueris: tamen
hac mea ſponſione opus haud eſt, cum nihil ex
pectem. M. Sat eſt: prodeamus foras: vos mea la
tera ſtipatote. Vnde porrò rerum viſendarum,
ſpectandarúmque capiemus exordium? P. Tuo
arbitratus eſto. M. Quà via fert, in forum ſcruta
rium proficiſcamur. T. Vellem iſti quæſtuoſi Iu
dæi hanc vrbem ne habitarent: neue illi potiſ
ſimùm ſcrutariam mercaturam facerent cum hi
tum alibi: pauciores aliquantò ad necem damna
rentur: Nam vbi Iudæi, ibi fures: furibus autem
conſtituta crux eſt. M. Proſper & Fauſtule, qu
lentius ingredimini, & confertis capita? P. Atiu
velocius. M. Quæ arcana auribus mutuis inſu
debatis? P. Quærebamus, & mirabamur quid
dem

dem mandaturus eſſes, cuius cauſſa fidem dediſſemus. M. Quid eſſem mandaturus? Quod non placebit adeo. F. Oh. Z. Si meum ſacculum nec adeo vetuſtum, & perelegantem inter ſcruta conſpexero (nam à repertore Iudæis venditum ſuſpicione certa moueor) peculium meum audacter auferam. M. Tu auferes? Quid agas, ſi ſcrutarius in te impetum dederit, ſi pugnis te obſeuerit? Z. Tu eris galea mea, tu clypeus meus, tu adamantina tunica mea. M. Siccine ſpes tuas in me vno ſitas habes? Z. Etiam, mi Præceptor. M. Ecce ſcruta. T. Papæ, vt vbique vis ingens pannorum veterum? quot paſsim ærugine propemodum exeſa ferramenta? quot dimidiata, parúmque integra vaſa? quot detritæ cuiuſque ætatis, & vtriuſque ſexus veſtes? quantum denique rerum diuerſiſsimarum, nec omnium tamen ita vilium & abiectarum? En en, vtricularis tibia. Quis veſtrûm eſt aſcaula, ſeu vtricularius? experiatur quid valeat. Sine dubio Melibœus aliquis hac oues & capellas ſuas demulſit. Z. Aduertite oculos. Hîc pendent caligæ militares germanicæ, alicuius, vt coniicio, vexilliferi. Nihil monſtroſius. Quantum hîc panni delicatioris? quantum vilioris & ſubdititij? quantum byſsi ſubſutæ, & vndique extantis in ſpeciem longarum follium? quantum poſtremò pecuniarum & laboris periit? Da ſeynd neun vnd neunzig eelen/pfuy dich. P. Hoc ſpiculum illi perſimile, quod Epaminondas princeps Græciæ pro omni ſupellectili ſolum reliquiſſe fertur. M. Immò, Proſper, etiam (vt ipſe ſolebat dicere) filiam ex ſe reliquit, pugnam Leuctricam, quæ non modo

do

do ſibi ſuperſtes, ſed etiam immortalis futura e
ſet. F. Hic autem enſis Goliathi videtur, recupe
tus à Philiſtæis, & huic Iudæo neſcio quando ve
ditus: tam longus, tam latus, tam annoſus eſt.
Ad proxima tranſeamus. F. Quam bellè comp
tum muſcarium pauoninum? Prô, etiam mu
pulas hic expoſuit. T. Et iſte auium caueas, a
garum ingentia & paruiſsimis bullis ἐμβλημέ
diſtincta marſupia, ſeras, cochlearia ferrea &
gnea, zonas, fiſcellas, trullas. P. Huc huc acced
iſtiúſque ſcrutarij apparatum & omnigenas
tias admiramini. Proſcribit ocreas & crepid
ſutor, femoralia vt ſartor, ſartagines vt faber
rius, annulos & torques vt aurifex, nolas vt ca
panularius, ſtanneas patinas, & vaſa ad biben
vt canthatius fuſor, tunicas ferreas bello ido
vt laminarius, laternas vt laternarius: alia pr
rea, quæ, ſi vultis, nominate. M. Ad ſeque
procedite. F. En corroſos à tineis codices. M. A
ri prægrandem illum, vmbilicatis frontibus
annorum quos natus eſt, ſpatiis venerabilem.
Adiuta me Proſper. Hui, quam vaſtus? plumb
merum dicas. M. Lege indicem. F. CATHOL
CON. M. F. T. P. Z. ha ha ha. T. Atqui ego fic
cepi, iſtum Catholicontem poſtquam per Gra
maticæ prouinciam nullo iudicio, nullo dele
propter immenſam furandi cupiditatem om
vocabula latina, græca, barbara, propria, imp
pria ſurripuiſſet, iiſque volumen longè maxim
impleuiſſet, quo mulum onuſtum in Hiſpan
ageret, à militibus bello Grammatico inte
ptum, vinctum, & in caſtra perductum, in q
ill

ſtionem datum, de furtis & rapinis confeſſum. M. Sed illud etiam accipere debueras. Cum fidem & miſericordiam Ducum flens imploraſſet, eos miſericordia commotos, hominem iugulari vetuiſſe, cum eo tamen, vt nuſquam niſi apud rudes, imperitos, & indoctos ſe pro Grammatico gereret. Quod ille, cum ex timore ſe recepiſſet, ſacramento concepto promiſit, egitque de tanto beneficio non vulgares gratias: quia prædones & latrones alios ſecum captos, militari licentia ſubitò ad arbores ſuſpendi viderat. Z. Ecce ecce alium auctorem nobilem. *Compendioſa materia pro iuuenum informatione, ſatis magiſtraliter compilata, quæ intitulatur, Es tu ſcholaris?* P. Audite quid ego inuenerim. *In librum Destructio Deſtructionum Auerrois Commentarij, quos adhibita omni lucerna nitidos, & à quacunque macula ieiunos comperies.* M. ô lutum. Eiuſcemodi libri, hoc eſt tam politè & concinnè ſcripti non immeritò deſtructiones appellentur. T. Plures adſunt, videamus iſtos quoque. M. Quorſum attinet tempus inter ſcruta & ineptias conterere? Ne expectetis autem, dum vos ad omnes tabernas perluſtrandas ducam: dies integer, ab aurora prima ad primas tenebras haud ſufficeret. Et quam delectationem vobis afferrent ſuis mercibus, qui vendunt caſeos, butyrum, farinam auenaceam, hordeaceam, furfures, candelas, ſeuum, adipem, picem, ſulphur, cepas, iuniperi grana, varia ſemina & legumina? F. Piſa, lentes, fabas, milium, papauer, cannabum, lupinos, cicer, phaſeolos. M. Quam item pilearij cum ſuis pileis, pelliones cum mitris, reſtiones cum funibus, figuli cum ollis, alutarius cum alutis,

cribrarius cum cribris, cribellis, & corbibus, ſe-
tacearius cum ſcopulis ſuis? T. Nos neque horum
merces contemplari cupimus, neque ligulario-
rum, crumenariorum, aciculariorum, fibularia-
rum lychnopororum, ſimiliúmque artificum, &
inſtitorum illiberalium: præſertim cum eos ſæpe
videamus, ſæpe viderimus, ſæpe viſuri ſimus. M.
Nec adibimus forum boarium, ſuarium, equari-
um, piſcarium, olitorium, pomarium, vinarium,
calcearium, ſcoparium, frumentarium, quia nil
ibi ſpectatu dignum. P. Ne adeamus. M. In illud
omnium ampliſsimum, & omne genus mercimo-
niis præſtantibus refertiſsimum nos conferamus.
F. Ita fiat. Quando iubebis quod dixiſti? M. Quan-
do libuerit mihi. T. Æquum & iuſtum te iuſſurum
opinor. M. Æquiſsimum & iuſtiſsimum Timo.
Z. Ad iſtas quæſo tabernas aromatarias conſiſta-
mus paululum. M. Scio equidem cur deſideres. Z.
Vt obeam oculis ea, quorum ſuaueolentia me
complentur nares. M. Geramus morem Zoſimi-
lo. Z. Quàm vellem me famulum huius aroma-
tarij? mercedem paruam, aut nullam poſcerem.
P. Tu, credo, tibi ipſe de ſaccis iſtis & capſis mer-
cedem. Z. Ha ha, non tamen de omnibus. M. De
vuis paſſulis, & cybinis, de amygdalis, de ſaccharo
certè. Z. Certè. M. Ede nobis aromatarie ſumma-
tim qd vendas: nõ enim ſatis diſtinctè, ac diſtributim
aſpicere poſſumus omnia. V. In iſtis ſaccis eſt piper
molitum ſiue contuſum, in his grana: & quidem de-
ctiſsimi piperis, quale nuſquam proſtat in hiſce
nundinis. Eodem modo zingiber duplex propo-
no hîc emptoribus. Videte nuces myriſticas, ma-

eet, cinnamomum ſeu cinnamum, caſiam. Guſtate cinnamomum, nihil guſtaueritis in hoc genere melius: adeò recens & bonæ notæ eſt. M. Profectò ſingulare eſt. V. Illic eſt caryophyllorum, ſeu clauiculorum & croci copia, hîc diapaſmata. M. Quid hoc verbum Timaſi? T. Neſcio. M. Sunt puluiſculi, quibus odoris cauſa quem ſpirant, veſtes, & cubicula, triclinia, aliáque loca perſperguntur. V. Vendo etiam muſcum, thus, myrrham, radices odoratas, & ſaccharum, album ac rude, ſeu infeſtum, & friabile vt ſalem, quod culinarium vocamus, vt noſtis, quoniam eius vſus in culinis eſt, ad condienda reſpergendáque cibaria: deinde concretum ſeu gelatum ſaccharum, cuius ſpecies quædam eſt alba, alia rutila ſeu fulua. M. Quas res ſoles obducere ſaccharo? V. Coriandrum, aſſulas cinnamomi, amygdalas, aniſum, fœniculum cayophyllum, nuces aromaticas, nuces pineas, & glandes fageas. M. Eia Zoſimule, quid ex nominatis præcipuè in deſiderio eſt? Z. Amygdala ſaccharata. M. En, quò in ſtudiis tuis plus pluſque proficere contendas, emo tibi cucullum iſtis amygdalis plenum. Age aromatarie, pende nobis vncias duas iſtius generis. Sed quo pretio? V. Quatuor cruciferis. M. Tolle pecuniam, & tu Zoſime munuſculum. Z. Habeo & ago tibi gratias, Pręceptor humaniſsime. T. Nihílne nobis? M. Vobis erit aliud: concedite puero puerilia. F. Mihi ferme ſubolet, quorſum ſpectauerit illud verbum de ſatisfaciendo. Sine examine aptíſque reſponſionibus, ô ſocij, nihil empturus eſt nobis. M. Haud abſonum vaticinaris. Progrediamur. In proximo viſuri ſu-

mus pannos pretioſiores, aureos & argenteos, la-
neos, lineos, ſericeos, ſubſericeos, & hos variis co-
loribus imbutos, multámq; vel eiuſdẽ generis & in
colore, & in materia differentiam. Vocantur au-
rei & argentei etiam hi, quorum ſtamen non eſt
aureum aut argenteum, ſed trama duntaxat. Pan-
ni quoddam genus ab vrbe Syriæ Damaſcenum
nominamus, pulcherrimis impreſsis emblematis
alia genera bombycina (quantum ego didicerim
lingua latina ſuis quodque vocabulis nequit aſſ-
cere, vt germanica. F. Quia forſitan illi vetere
hunc veſtium delicatarum atque mollium luxum
ignorabant. M. Antiquiora omnia prope ſimpli-
ciora, parabiliora, & ſine dubio, etiam durabili-
ora. P. Purpuram & oſtrum hîc non cernimus. M.
Quia nec Imperatores, nec Romanos magiſtratus,
nec Pontifices max. nec Cardinales. E regione
Phrygionum, ſeu acupictorum tabernæ patent,
eò pedes conuertamus, vbi auro, argento, mar-
garitis veſtes picturatas, & alia multa acus artificio
quàm ſplẽdidiſsimè laborata intuebimini. F. Quid
hîc primum admirer? aut in quo præcipuè de-
gam oculos? En pallam ſignis auróque rigentem,
Et circumtextum croceo velamen acantho. T.
Non eſt hîc forum ſcrutarium Fauſtule, non eſt.
En muliebres galericuli, quibus parergis, quibus
ſpirulis quam diuerſè implicitis circumcirca ex-
ornati? F. Vbi? T. Quà monſtrat digitus meus.
num cæcus es? F. Video. P. At ego, qualia quam
micantia ſerta, quam fulgentes coronas intueor.
Vt ad vnguem iſti artifices imitati ſunt filis ſuis ro-
ſas, & minutiores quoſdam floſculos? Cerni-

ibidem

ibidem ſudaria, & collaria, & epomidulas emblematis decentiſsimis. Z. Huic zonæ ſericæ quale decus additum? Fœminarum nullam, niſi aut Reginam, aut Imperatricem hanc geſtare oportere autumo. M. Meminiſtin' Timaſi, qd de cingulis Reginarum Perſicarum aliquando pro ſuggeſtu dixerim? T. Memini verò. M. In eo genere & hoc cingulum ducito. F. Nunquid non & materia & opere ſingularia iudicatis iſta reticula? Quantum in iis baccarum? quantum bracteolarum ex auro, vt puto, meriſsimo? Et quid de capillaribus illis? P. Propter inſertos vniones perquam magno vendibilia. Vela porrò ecquid variegata ſunt belliſsimè? T. Vtique, vt etiam vmbella hæc, & conopeum. Quid tu iſtic tam continenter aſpicis Zoſime? Z. Pupas mirè bellas, & icones ſacras polymitas. T. Me quoque harum aſpectus detinet. M. At me non paulò amplius Saluator ſemicubitalis in cruce ſuffixus. Adhibete oculos. Caput velut exanimis in humerum dextrum recumbit, habet coronam plectilem, & ſpinulæ ſuos habent aculeolos. Deinde capilluli ſubcriſpi & propenduli, vultus ad immenſitatem dolorum declarandam ſciiſsimè expreſſus. Os liuidulum, corpuſculum totum humano corpori membrorum ſpecie ac proportione quam ſimillimum. Ecce, venulæ tanquam per carnem & cutem tralucent, per brachiola, & ex pedibus verum cruorem putes fluitare. Vulnuſculum autem lateris, quam rubicundum, indéque guttulis ſanguineis diſtillantibus quam venuſtum? F. Hem Magiſter, crux longa, lata palmum, ad veſtem ſacrificantis ſacerdotis pone de-

corandam haud dubiè confecta. T. O leporem, ô feſtiuitatem. Quin mecum intuemini? Maria genitrix in cœlum ſubleuatur ab angelis. Imminet è nubibus ſupernè, vultu ſereno, ingenti & cana barba Deus pater, circundatus alatis puerulis, incredibilem & auguſtam Virginis pulchritudinem admirantibus. Dextrà læuáque tenent eam angeli quatuor, alij circumquaque volitant, pulſantes citharas, & canentes tibiis: ita quidem hilarulis frontibus, vt me ipſum quoque aſpicientem hilaritudine onerent. M. Enimuerò ſic eſt. Sed finis nullus erit luſtrandi horum labores artificum. Proſequimini me in locum ſpatioſum, vbi ſuſpenſa tapetia, & veſtem ſtragulam conchyliatam ſpectabitis. In quo ſanè texturæ opificio, vt quondam Babylonij, ſic noſtris ſæculis Belgæ multùm cæteris omnium gentium hominibus præſtant, ſuntque communi conſenſione tapetiarij nobiliſsimi. P. Proſequamur. M. Serica itē periſtromata & aulæa liciis aureis, argenteis, purpureis intertexta offendetis, digna prorſus Attalo, veréque Attalica. F. Nos rerum elegantium elegantes ſpectatores eximus. T. Vt iſto in atrio multi contemplatores! P. At non multi, vt reor, emptores. M. Bene colligis. Principum virorum eſt, parietes conclauium velare peripetaſmatis, præſertim huiuſcemodi, menſas præterea, lectos, pauimenta ſtragula veſte contegere. P. Quam ſcitè coloribus variata omnia! Complura inſuper diuerſarum rerum figuris & exemplaribus iucundiſsima. Tametſi belluæ magis neſcio quomodo me capiunt, in quibus videlicet vrſi, leones, apri, cameli, elephanti, cerui,

aqui-

aquilæ, cygni, pauones, grues. F. Etiámne in quibus aſini, vaccæ, porci, capræ, ſimiæ, corui, veſpertiliones, vpupæ? P. Caue me irritaſsis. Z. Mihi rident, in quibus cerno colles, montes, arces, oppida. F. Me hilarant in quibus fontes, fluuios, prata, ſyluas, hortos. T. Me in quibus homines, venationes, pugnas, conuiuia, ludos. M. At me illa maximè, quæ rem aliquam geſtam de veteris aut noui teſtamenti libris animo ſubiiciunt, vt hoc tapetum, & hoc, & iſtud. Nam hic quidem adeò graphicè intextus eſt Abrahamus Dei iuſſu filium immolans, vt pœne idem mihi vſu venire ſentiam modo, quod nunquam non D. Gregorio Nyſſeno, quotieſcunque in hanc imaginem aſpectu incidiſſet. F. Quid huic obſecro? M. Lacrymæ illi cadebant: quandoquidem in memoriam redibat admirandæ illius, & omnibus ſæculis, omnibúſq; linguis prædicandæ obedientiæ atque fidei: quarum virtutum documenta eo tam illuſtri facto Patriarcha dedit. In hoc exquiſitiſsimo & elegantiſsimo textu Regina Saba frequentiſsimo & ornatiſsimo comitatu Hieroſolymam ingreſſa, Regem Salomonem, cuius ſapientiæ per terras didita fama eam exciuerat, ſalutare, & muneribus colere conſpicitur. In iſto tertio Herodis crudeliſsimo conſilio incitatus furor & immanitas in Bethleemitis infantibus trucidandis ſic imitata eſt, ſic depicti carnifices atrociſsimi, ſic matres miſerrimæ, vt nihil oculis ad videndum vel ipſa re luctuoſius, vel ipſa imitatione iucundius proponi queat. F. Accurre accurre Timaſi, quáſque tam cupidè ſpectare conſueſti pugnas, in hoc periſtromate

ſpectato. Reuera autem Iliacas ex ordine pugna, Belláque iam totum fama vulgata per orbem videbis, quæ Virgilius noſter illo ſuo præſtan ſimo penicillo pinxit, cum ea Carthagini in tem plo depicta commemorauit.

*Namq; videbat vti bellantes Pergama circum*
*Hac fugerent Graij, premeret Troiana iuuentus,*
*Hac Phryges, inſtaret curru criſtatus Achilles.*

T. Digitum tranſuerſum hinc non excedam, qu ad me ad ſatietatem oblectauero. M. Tu verò volens nolens excedes: iam quippe ad Gemma rium procedemus. T. Vos præitote, ego ſubſequa M. Neſcis vbi nos inuenias, totam vrbem percu ſando & quæritando defatigaberis. T. Hic a quantiſper adhuc conſiſtite. M. Temporis relıqu anguſtiæ non ſinunt hîc moras ducere. T. Duru imperium. Abeamus igitur, abeamus vel incre cem. M. Quid? dicis contumeliam? ne temerè di cias, prædico tibi. F. Gemmas & lapillos au contemplari ſoleo: quanquam ſi nominandi ſin perpaucos nominem. M. Salutem tibi Gemmari V. Et tu cum adoleſcentibus iſtis comitibus tu ſalueto. M. Non tu quidem merces vel mole ma gnas, vel número multas, ſed oppidò caras, pau corúmque hominum venundare profiteris. V Haud ſecus eſt. Vulgi verbum valuit ſemper, va let & valebit: Omne rarum carum. Quare his di ficillimis temporibus etiam boni mores ideò ſu ſunt cariſsimi, quia rariſsimi. M. Optimè profectò Haben' tu certas duntaxat gemmas venales, an complures & varias? V. Omnis prope generis, in iſtis ſcriniolis, ac ciſtellulis. M. Non ergo, quo puta-

putaueram, ſolum ſapphiros, ſmaragdos, chryſolithos, adamantas, ſardonychas, topazios, pyropos, beryllos. V. Etiam amethyſtos, hyacinthos, iaſpidas, cyaneos, chelonitas, hæmatitas, galactitas, lyncurios, dracontitas, chryſopraſios, ophitas, & alia quædam genera. Nam quæ ante oculos tuos ſunt corallia, vniones, cryſtallus, ſuccinum ſiue electrum, quid ego tibi fruſtra memorem? M. Hæc vidi perſæpe, vt nonnulla de iis, quæ niſi rogatus inſpicienda non profers. Quæſo, ſmaragdum nobis oſtende. V. Nunquámne tu hunc longè præclariſsimum, ac ſummæ cuiuſdam poteſtatis lapidem vidiſti? M. Nunquam. V. Nullæ herbæ, nullæ frondes tam ſunt virides: adeò vt nihil viride illi comparatum dicendum ſit viride. Smaragdus ſolus ex gemmis omnibus contuitu implet oculos, nec ſatiat. Cuius aſpectu acies ab intentione alia obſcurata recreatur. Scalpentibus gemmas non alia gratior oculorum refectio: ita viridi lenitate laſsitudinem mulcet. M. Haud me iſta fugiebant, & legeram pridem apud ſcriptorem maximi quaſi cenſus: & hæc præterea ibidem: longinquo amplificari viſu, circumfuſum ſibi aerem ex repercuſsione inficere, viridémque reddere, non mutari ſole, non vmbra, non lucernis. Vellem videre. V. Licet. M. O ſpeciem admirabilem. F. Non viridis, ſed ipſe viror: certè vireſcit aer. V. Quin tanquam ſpeculum imagines remittit, ſi extendatur. Cum autem eius genera plura ſint, ſcythicum palmam tenet, & hic ipſe eſt ſcythicus. F. Monſtra nobis, ſi lubet, etiam ſapphirum, de quo toties legimus. V. Hem ſapphirum.

M. Cœruleus color, qualis eſt cœli ſereni. Intermicant quaſi aurei puluiſculi. Iurè digitos regũm ornat. V. Edicite, quas gemmas mercatum aduenritis, ego promam, earũmque vim & efficientiam indicabo: inditam quippe à Deo illis, cuique ſuam, & mirificam poteſtatem non ignoratis. M. Non magis pretioſis libris, hoc eſt eruditis, quam pretioſis lapillis egemus. V. Non tamẽ id efficiunt veſtri codices, quod mei lapilli. M. Nec tui lapilli quod noſtri libri: qui quidem ſui amantibus & ſtudioſis virtutem & ſapientiam afferunt: quam ſi tuæ res continerent, nobíſque largirentur, ego illis totum quantum eſt patrimonium meum libens largirer: ob quas Anaxagoras hæreditatem ſuam ſponte in amicos diſpertiuit. V. Atquimultò plures cernas, quibus gemmæ ſint amori, quam veſtræ chartę. M. Quia plures cernam ſtultos, quam prudentes. Illorum ſiquidem numerus infinitus eſt: horum contra in tota vniuerſitate perexiguus. Verùm hæc vt odioſa mittamus. Velim mihi dicas, ecquid omnes tuæ gemmæ germanæ ſint: nam ne adulterinas quaſdam circumferas, id eſt quod vereor. Veras quidẽ à falſis & ſubditítiis internoſcere haud eſt facilè. Eſt etenim excogitata ratio, qua vnum genus verum ac ſincerum in aliud falſum traducatur. Sardoniches è cerauniis, & è cryſtallo ſmaragdi, è ſarda ſardonix conficiuntur: ſimiliter aliæ ex aliis, vt ars deprehendi non poſſit: neque eſt vlla fraus vitæ lucroſior, quia ſcilicet gemmæ magno venduntur. V. Mihi rationes probandi gemmas notæ ſunt, mi homo: & quas ad haſce nundinas apportaui, ſunt probatæ. M. Quæ

ratio-

rationes? V. Quas te in præſens audire non eſt neceſſarium. Si quid emere vis, eme, & abi. M. Nec mihi tecum plura verba ſerere eſt neceſſarium. Bene vale, bene vende. V. Vale & viue. M. Quid vobis eſt viſum? F. Libenter omnes illas gemmarum ſpecies oculis tradidiſſemus. Atqui cum non empturiremus, haud erat ab eo poſtulandum vt proferret. M. Reſtant, quæ non minus vos delectabunt. Quanquam, vt diei tempus eſt, ne præcipua quidem omnia ſpectare concedetur. Opera orichalci prætermittamus cenſeo. Sunt mortaria cum piſtillis, candelabra tum altaribus accommoda, tum aulis, vt ſunt penſilia è laquearibus & ramoſa, quibus plura collucent lumina, ſiphones, aquiminia, tripodes, cucurbitulæ, pelues, frixoria, foculi, canthari, circini & inſtrumenta mathematicorum, atramentaria, regulæ, libræ, epiſtomia, annuli, tubæ etiam & alia demum, quorum nomina nunc non recordor. Vultis ad inſtitores ferrarios accedamus? T. Si tu vis, nos volumus. M. Nunquam ergo vidiſtis bipennes, ſecures, limas, palas, clauiculos, candelabra domeſtica, ſartagines, cochlearia culinaria, cultros inciſorios, tintinabula, terebra & terebella, ſerras, malleos, forpices, fuſcinulas, cochleas, emunctoria?
P. Ad Argyropolas cupimus duci.
M. Hoc ipſum eſt in animo.

ANNO-

# ANNOTATIONES.

IN REM PRÆSENTEM VOS PERDVCEREM) *In rem præſentem olim tum veniebant, cum lo... oculo ac digito deſignare volebant. Sic etiam dicimus ... rem præſentem perducere.* Cic. 1. *Off. vt ſi conſtitu... te cuipiam aduocatum in rem præſentem eſſe venturu... &c. Vtraque locutio etiam per tranſlationem eam ... habet, quam, perſpicuè & enucleatè aliquid tradere.* ASCAVLA SEV VTRICVLARIVS) *Aſcaulæ ... camptaulæ apud Vopiſcum in Carino legit Turneb. li. 11. cap. 25. & interpretatur, vtricularij: ἀσκὸς enim eſt vter, & ἀυλὸς tibia.* MELIBOEVS ALIQVI) *Paſtoribus Virgil. & Theocritus fiſtulam tribuunt; ... eoſdem fiſtulis plurimum vti ſolere ſcimus ad oblecta... dos greges. Muſica enim etiam brutæ animantes ... untur, vt alacrius vel paſcant, vel onera portent, ... & muli, boues &c.* QVOD EPAMINONDAS PRIN-CEPS) *De paupertate* Epaminondæ *Ælian. li. ... Veſtem vnam habebat, eámque tritam & immundam, ſordibúſque ſqualentem. Quod ſi quando fulloni da... eam lauandam, & interpolandam, domi ſe contine... propterea quod alia ei deerat. Cum igitur ei hæ facul... tes & copiæ ſuppeterent, & rex* Perſarum *magnam ... auri ad eum miſiſſet, non admiſit, neque accepit: ... quid ego intelligo, ac ſapio, maiore erat animo ... non accipiebat, quam qui dabat. Et* Æmilius Probus ... *eodem. Paupertatem adeò facilè perpeſſus eſt, vt de re...*

nihil præter gloriam cœperit. PVGNAM LEVCTRICAM) Nunquam duxit vxorem Epaminondas, in quo cum reprehenderetur à Pelopida, qui filium habebat infamem, maléque eum in eo patriæ conſulere diceret, quod liberos non relinqueret: vide, inquit, ne tu prius conſulas, qui talem ex te natum relicturus ſis. *Neque verò ſtirps mihi poteſt deeſſe. Namque ex me natam relinquo pugnam Leuctricam, quæ non modo mihi ſuperſtes, ſed etiam immortalis ſit neceſſe eſt.* Diodorus lib. 5. vbi pugnam ad Mantineam deſcribit, in qua occubuit Epaminondas, exclamantibus amicis præſentibus, & illacrymantibus, dicentibúſque, ſine liberis moreris, reſpondiſſe ait. Minimè verò, ſed duas relinquo filias, victoriam in Leuctris partam, & victoriam ad Mantineam. MVSCARIVM PAVONINVM) Flabellum è cauda pauonis confectum, ſeu è pennis pauoninis ad abigendas muſcas. Martial. lib. 14.

*Lambere quæ turpes prohibet tua prandia muſcas,*
*Alitis eximiæ caudæ ſuperba fuit.*

CIRCVNDATVS ALATIS PVERVLIS) Diuina ſcriptura angelis, quanquam ab admiſtione corporum puris, alas tribuit, cuius rei duas cauſſas affert D. Hieronymus: velocitatem, & celerem in cuncta diſcurſum: ſiue quia ſemper in altioribus commorantur. Cauſa prior eſt veriſimilior: nam & ventis ideò alæ affinguntur, etiam in ſanctis literis, propter celerem inquam in cuncta diſcurſum, vt beatus ille loquitur. Sic deorum pleriſque ſimulacris, vt Victoriæ, Fidei, Famæ, antiqui alas dabant,

*bant, vt eos ſtatim præſtò eſſe indicarent. Quin &* *Mercurij nihil aliud, quam eius in obeundo muneri ce-ritatem ac diligentiam declarant.* D. GREGOR. NYSSENO) *Diſertiſſimè hiſtoriam hanc & euiden-tiſſimè deſcribit ipſe Nyſſenus oratione de deitate filij & ſpiritus ſancti (in qua item Abrahamum maximis lau-dibus extollit) vtique talem omninò, qualem depictam ſeu in periſtromate, ſeu in pariete viderat. Quid autem videnti contingebat? quod nobis quoque contingeret, ſi ea pietate eſſemus, qua ille fuit. Audiamus igitur.* πολλάκις ἐπὶ γραφῆς εἰκόνα τοῦ πάθους, καὶ οὐκ ἀδακρυτὶ τὴν θέαν παρῆλθον, ἐναργῶς τῆς τέχνης ὑπ' ὄψιν ἀγούσης τὴν ἱστορίαν. *Sæpenumero huius caſus depictam aſpexi imagi-nem, neq; ſine lacrymis ſpectaculum præterire potui, cum artificium rem geſtam ipſis oculis manifeſtè ſubijceret.*

# PROGYMNASMA

## SEXTVM ET TRICESIMVM.

## *Pars ſecunda.*

*IIDEM.*

MAGISTER. Ventum eſt, quò cupiebam: ecce negotiatores argentarios, quorum ille primus occurrit, & plura vaſa, & plurium generum, & diſtributim collocata exhibet ſpecta-toribus. Quamobrem luſtrandi cauſa hic, opinor, hæreamus. F. Eſcaria & potoria quidem, id eſt, men-

menſarium inſtrumentum pœne totum hic conſpicimus. Sunt enim vrcei ad dandam lympham accumbentium manibus, ſunt malluuia, orbes, cochlearia, paropſides, lances, catini, catilli, patinæ, patellæ, lagenæ, lagunculæ, canthari, cyathi. T. Et inſuper immania pocula, qualia Tullius obiecit Antonio, & omninò græca: Græci autem maioribus poculis in conuiuio poſcebant. P. Tamen minuta plura, quam grandia, & tam hæc, quam illa maiorem partem inaurata. Multa pura, multa etiam cælata cælaturis, quales illæ, de quibus pater latinorum poetarum,

*Ingens argentum menſis, cælatáque in auro*
*Fortia facta patrum, ſeries longiſſima rerum.*

M. Romanis quidem erant pocula ſeu vaſa, quæ græco nomine Martiali vocantur chryſendeta, hoc eſt, aureis cruſtis illigata, dictíque ſunt cruſtarij, quorum ea artificio illigabantur. Erat item in more ornari vaſa emblematis, quæ vt cruſtæ, ſic addebantur, detrahebantúrque quoties placuiſſet. Horum exempla quædam in hac argentaria taberna videre mihi videor. Illa nempe, quæ vobis demonſtrabo, ſi aſpicitis. Z. Hæccine? M. Certè. F. Vaſa pulcherrima, & multò ornatiſsima. Sed quo vocabulo nuncuparemus, Magiſter, ſeu crateras, ſeu phialas, ſeu cantharos, priſcorum plerunque, eorúmque illuſtrium hominum, vel diuorum quoque eminentibus inſignes imagunculis? vt iſta ſcilicet, quæ nobis proximè in conſpectu ſunt. M. Sigillata nuncupabimus, ſigillatos ſcyphos, ſigillata pocula, ſigillatas patellas, & alia ſimiliter. F. Vnde? à ſigilliſne? M. A ſigillis, Fauſtule.

Sunt

Sunt enim ſigilla parua ſigna, ſeu parua ſimulac[ra] græcis ἀγαλμάτια, effigiem ferme aut præſtantis vi- ri mulieriſue, aut beati alicuius habentia, quæ vaſculariis & cælatoribus arte quadam vaſis ol[im] aduectebantur. Z. Verè igitur ſigillatum iſtuc v[as] potorium, & lagena iſta. Nam illud cœnam Do- mini, trium Regum cum adoratione donatione, hæc autem Regem Dauidem in tentorio ſeden- tem, & aquam è ciſterna Bethleemitica à trib[us] fortiſsimis viris cum capitis periculo hauſtam re- cuſantem, ac Domino libantem complectitur. E[cce] vt hîc exercitus Philiſtæorum, illic Iſraelitarum. Ipſi autum viri tres, vt Martium quiddam ſpirant, vt pulchrè ſinguli ſuas lagenas Regi offerunt! I. Sigillata ergo etiam hæc horologia, in quorum iſto (quæſo attendite oculos) ſeptem planetæ, ea figura, qua à nobis paſsim effinguntur. In altero (ô rem feſtiuam) decem virgines cum totidem lampadibus, & ſponſus ſeſe ferens obuiam. M. Opus magnę operæ. F. Ecce in hoc tertio, quod emblematis mirabiliter decoratum, omniúmque maximum eſt, ſunt ſimulacra: ſolis cum ſceptro & corona in ſolio reſidentis, & rādiis circumfu[ſi]; circumſtant quatuor tempora, eo habitu & modo quo deſcribuntur ab Ouidio. M. Tenes verſicu- los? F. Teneo, & recitabo.

*Verq; nouum ſtabat cinctum florente corona.*
*Stabat nuda Aeſtas, & ſpicea ſerta gerebat.*
*Stabat & Auctumnus calcatis ſordidus vuis,*
*Et glacialis Hyems canos hirſuta capillos.*

Omnia hîc videre eſt: nam & colores ſunt adhibi- ti. P. Nihil potuit fieri elegantius. Quot autem pe-

lan

lues? quot calices ad rem diuinam? nonnulli, vt ipſi cernitis, quà baſis ſeu pes cuppæ iungitur gemmis collucent. F. Monilia, quorum ingens hîc numerus, vnionibus & lapillis baccata ſunt egregiè. M. Heus Argyropola, haben' tu etiam grandes ac latos nummos, in quibus Imperatorum, Regum, Principum, clariſsimorúmque virorum, illuſtriſsimarum fœminarum dimidiatæ formæ? V. Habeo. M. Fac nobis gratum, ſine videamus. V. Exponam aliquot: ſi plures & nominatim requiretis alios, quæram in capſa iſtac alios. M. Ego orbiculatam ſingulorum ſcripturam vobis legam. ALEXANDER. MAGNVS. PHILIPPI. F. REX MACED. CONSTANTINVS. MAGNVS. CAES. IMP. AVGVST. T. Non Auguſti modo, ſed etiam auguſta effigies profectò. P. Hic inuenio cuiuſdam Pontificis. M. GREGORIVS. TERTIVS DECIMVS. PONTIF. MAX. CAROLVS. QVINTVS. ROMANOR. IMP. PHILIPPVS. CAROLI. AVGVST. F. REX HISPANIAE. F. Mulierum conſideremus. Onummum rutilantem: apparet primo aſpectu cuius ſit facies. M. MARIA. VIRGO. DEI. MATER DIVVM. ATQVE HOM. IMPERAT. S. HELENA. AVGVSTA. CONSTANT. AVG. MATER. Z. Facies matronalis, ſanctitatem ſpirans. Vt arctè crucem complexa tenet? M. RENATA. LOTHARING. DVCIS. FILIA. GVLIEL. BAVAR. PRIN. CONIVX. T. Quæſo, num ad ſimilitudinem illius hæc facies accedit? nam tu forſitan illam religioſiſsimam, & omnibus omnium præconiis digniſsimam Principem vidiſti. M. Aliquoties vidi, & affirmo tibi,

nihil ſimilius. Iam ſatis eſt. F. Iſtum adhuc inſpici-
amus. M. DIVINVS. PLATO. VIR. TOTIV
GRAECIAE. SAPIENTISS. F. Magno quide
capite eſt. M. Ita fuit, & aiunt apud nos D. Thom
Aquinati Theologorũ ſignifero immodicũ fui
caput, ob eámque cauſſam à condiſcipulis bouẽ
appellatum, cuius mugitum totus mundus exa
diuit. Abundant huiuſmodi homines cerebr
magnum cerebrum, magnum ad aſſequend
ſcientiam inſtrumentum. Torques inſpectem
Quam diuerſæ formæ? Nonnulli annulis, ſeu la
mulis rarioribus, alij crebrioribus ac ſtipatio
bus: & hi breuioribus, illi longioribus, iſti craſ
oribus, illi tenuioribus. Si poteſtas daretur, qu
eligeres Zoſime? Z. Paruulum hunc inflexis an
lis. M. Támne pulchrum exiſtimas? Z. Mihi ſa
eſt pulcher. F. Videte inaures, & armillas. T. V
dete annulorum variè & affabrè factorum co
am. In quorundam palis gemmæ pellucidulæ
Auriſcalpia & dentiſcalpia reperio. Z. En roſari
prægrande. M. Nonne hoc illis torquibus an
ponis? Z. Collo geſtare roſaria, vt torques, co
ſuetudo non patitur. M. Patitur tamen quor
dam pietas. F. Offendimus hîc quoque cand
bra, pyxides, zonas, fibulas. Quid hoc? e
ſphęram vendit cum omnibus circulis ſuis. Iuc
dum ſpectaculum. T. Ecce paruas ſtatuas ex
gento fuſili Petri & Pauli. M. Finis eſto. Eun
eſt aliò. F. Non pauca, & pretioſa vidimus. M. N
tamen gemmea pocula. T. Soléntne de gem
fabricari pocula? M. Nunc quidem non ſole
olim ſolebant, cum tanta exerceretur in hu
mo

modi rebus luxuria atque profuſio, vt noſtrorum Regum luxus cum illis elegantiis & ſplendoribus collatus mera parſimonia dicenda videatur.

*Nec tamen inuſſo pectus mihi carpitur auro,*
*Nec bibit è gemma diuite noſtra ſitis*

ait Propertius. F. Videamus nihilominus, quid iſti longo ordine inſtitores miſcellanei habeant: ſiquidem hàc nobis progrediendum eſt. M. Sed quaſi ἐν παρόδῳ & obiter ea oculis mandate, ac deuorate. T. Conſpicilia, nodulos veſtimentarios ſericeos, argenteos, cryſtallinos, oſſeos, cultellos graphiarios, clepſydras, parua ſpecula, torulos inauratos pileis ad ornamentum aſſuendos (quo pertinent item ſtruthionum & gruum plumulæ) crepitacula, periſcelidas, induſiarios funiculos cum glandulis. F. Hîc fila ſerica, & aurea, & argentea, inſtitæ operoſè textæ cum figuris rerum & emblematis longè diuerſiſsimis, ad fœminarum præſertim veſtes exornandas, palimpſeſti. P. Quam vehementer egeo libello tali: nam meus vetuſtate nimia iam inutilis eſt. Magiſter, oro te, emito mihi palimpſeſtum. M. Aliâs ora, & emetur: hodie littori loqueris, & arenam metiris. P. Non erit vnde emas. M. Et palimpſeſtos, & alia multa inueniam vnde emam in hac vrbe, cum libuerit. P. Vtinam nunc liberet. M. Pergite ad alios, deinde ad alios ne diu conſiſtatis. Z. Offendo teſſeras, pilulas. F. Pilulas? non es nunc in pharmacapolio. Z. Pilulas dico, id eſt, paruas pilas. Satiſne expreſsè pronuntio? F. Benè. Z. Pectines eburneos. T. Etiámne dentes eburneos? nam & hi olim vendebantur Romæ, ni fallor. Z. Quid tu me interpellas? Et

mihi, Proſper, tam deeſt bonus pecten, quam t
recens palimpſeſtus. Verùm fruſtra rogem em
dum. Chirothecas ſubtiles tum pelliceas, tum
neas & textiles, ſacculos nummarios eóſq; ſer
os, crumenas muliebres, collaria, ſcopulas ſe
ceas purgandis veſtibus, roſariola, ſmigmata ſ
ueolentia. M. Ad imagines viſendas properem
F. Illic non mediocrem eſſe nos voluptatem h
ſturos confidimus. M. En iconopolium. T. M
quidem huc veniſſe non pœnitet: adeò hic loc
omni iucunditate refertus eſt. F. P. T. Et nos qu
cunq; oculos circumferimus, omnia plena am
nitatis, & delectamenti videmus. M. Ego n
pandam conſilium meum. Paraturum me v
tribus de numerata pecunia vel vtilia, vel mul
grata ſpopondi, cum ex ædibus pedem effer
mus, ſi, quæ iuberem, præſtaretis. Eſtne vtra
T. Eſt. M. Quoniam ergo te, Timaſi, imagin
pulcherrimarum perſtudioſum valdéque cu
dum noui, empturum tibi ſtatim polliceor, qu
quáſue ex tanta multitudine præſtantiſsimas d
legeris, ſi, quantos adhuc in latinitate & eloqu
tia proceſſus adeptus ſis, non me ſolum tuiſq; co
diſcipulis iſtis, verum etiam his, qui vel eme
vel luſtrandi gratia hunc in locum confluxer
honeſtiſsimis viris audientibus, inſigne clari
monumentum edideris. Ex quo fiet, vt & me
perpetuam erga te beneuolentiam amplifices,
apud iſtos nomen tuum in amore & admiratio
ponas. Quanquam hoc abs te ſic poſtulo, vt a
lio ſuo Fauſtulus hærentem expediat: quem tu
ſuo genere viciſsim ſubleuabis: Proſper aut
qu

quia tantas copias non habet, vtriuſq̃ue veſtrum copiis adiuuabitur. T. Duriſsimas ſanè partes mihi mandas, Præceptor amantiſsime. Sed cum ego neque voluntatem tuam negligere, neque auctoritatem aſpernari ſine ſcelere poſsim, ſoleámque tibi de ingenio & doctrina mea ſtatuenti plus etiam, quam mihimet ipſi credere, ad explicationem iſtius fori vel imparatus aggrediar. In qua neceſſe erit me procedere, & in veſtigio inſiſtere viciſsim, quandoquidem vno in conſpectu omnia non habeo. M. Res hortatur ipſa, & nos quà proceſſeris, te comitabimur. T. Quæ hîc veneunt imaginum, earum dico ſunt prima & ſuprema genera. Aliæ namque coloratæ ſunt pluribus coloribus, aliæ præter vnum ſimplicem, eúmque vel nigrum, vel rubeum nullos habent. Sic quidem primo intuitu & viſu eas diſtinguimus. Coloratarum quædam pictæ, ſunt in tabulis leuigatis ligneis, quædam in telis, quædam in chartis. Coloribus carentium alię in byſſo alba, aut flaua, aliæ in papyro extant. Rurſum vtriuſque generis duæ ſunt formæ. Nam & coloratæ partim à pictoribus totæ, & à principio pinguntur ſuper quocunque veluti ſolo ſeu materia: partim in chartam typis æneis aut ligneis impreſſæ, coloribus tantummodo illuſtrantur: & non coloratæ ſculptoris manum veluti parentem ſuam habent, qua prius in tabulam ligneam, aut in laminam cupream inciduntur. Illo modo plebeiæ, hoc nobiliores fiunt imagines, quibus faciendis principatum obtinere Flandri exiſtimantur. M. Euge, non malè ſe tibi dant principia. T. In iis quæ formis æneis excuduntur, plus ineſt artificij,

plus elegantiarum, ideóque plus etiam delectatio-nis. Etenim in ligno tam ſubtiles lineæ, tam minutæ támque luculentæ ſcalpturæ & cælaturæ non eſt vt poſsint fieri: quia facilè cedit, cum ſit corpus rarius, æs autem denſius, ſolidius, compactius. Quæ item cauſſa eſt, quod perparuæ icones in æreas laminas, non autem in tabellas ligneas, ſi maiores incidantur. Ergo imagines ligneæ (hoc eſt à ligneo prototypo editæ atque natæ) niſi pigmentorum varietate imbuuntur ac diſtinguuntur, oculos elegantiores nihil propemodum morantur: cum interim æneæ (hoc eſt) æneis ideis & quaſi matribus ortæ per ſe, ſine vllo colore, imò magis quam cum colore, intuentes iucundè afficiant: quando illa ſcalptorum artificia colores neſcio quomodo obuelant & obſcurant, niſi admodum tenues fuerint. Proinde mos eſt, quod inprimis ſpectabile putatur, in ære potius, quam in ligno imitari. Ligneæ magis implent oculos: omnia enim in illis grandiora & rudiora, quæque vel cæcutientes attingant: æneæ aciem penetrabiliorem requirunt, quas illis aliis multùm præſtare ſi nihil aliud, hoc certè indicat, quod pretio maiore venundantur. Ligneas pauperiores & ruſticani emunt plerunque: æneas diuites & illuſtres. Itaque in hac prima parte huius fori nihil eſt cur ſpectando moremur. Præter aliquot ſacras hiſtorias, & ſanctorum ſanctarúmq; omnia ineptarum & ſcurrilium imaginum plena. Milites Germani cum caligis & thoracibus illis ſuis laxiſsimis & fœdiſsimis, ruſtici agitantes choros, varij opifices cum inſtrumentis ſuis, ſtulti, equites, meretrices, Præ-

antes, hæreſiarchæ, monſtra, portenta, res demum leues, nugatoriæ, ridiculæ. En illic quidam cotem manubriatam circumagit (den Schleiſſſtein) cui admouetur à duobus fatuus, vt illi lapidis circumacti attritu fatuitas abradatur. Appoſita eſt ſcriptura duorum verſuum.

Hieher hieher mit den groben Knollen
Alle die geſchliffen werden ſollen.

M. Et alij, ha ha. T. Ad pictorum opera tranſeamus. Succedunt tabulæ, quarum ſingularem decorem, eximiámque venuſtatem fas eſt admirari. Inauratę plerarunque margines, parerga perquam ſcita, colores floridi, ſuaues, bellè mixti, bellè diſtributi. Excellens vbique ſymmetria membrorúmque compoſitio, & lineamentorum conformatio: vt mirum non ſit, ſi artifices iſti ſua opera, vt quondam Zeuxis, donare velint, non vendere: quoniam vix ſatis digno pretio vidētur poſſe permutari: liceátque iis eundem verſiculum ſubſcribere, quem ille ſuo athletæ ſubſcripſiſſe traditur. μωμήσεταί τις ῥάδιον ἢ μιμήσεται: quo ſignificauit, facilius reprehenſorem, quam imitatorem inuentum iri. Plus in multis intelligitur, quam pingitur, & quamuis ſumma ars à ſummo ingenio ſuperatur: id quod olim Timanti in eius operibus omnibus contigiſſe accepimus. Nempe non deeſt iſtis tabulis illa Venus quam Græci χάριτα dicunt, & Apelles in pictorum aliorum operibus non inueniebat: ſiquidem naturam quoque in certamen videntur prouocare. Ecce 4. Prophetas principes, Eſaiam, Hieremiam, Ezechielem, Danielem. En 12. Apoſtolos, 4. Euangeliſtas, 4. Eccleſiæ Docto-

res, 7. ſapientes. En M. Tullium, cui pinxit gra collum, vt debuit, & barbam promiſſam. Hic crates cum ſuo caluitio: hic Homerus, non tam cæcus, ſed videns & laureatus: hic Virgilius fa agreſti, ſicut erat, & pallida, propter frequens ſa guinis è naribus profluuium. Aſpicite Hecub vultu miſerabili velut occaſum Troiæ triſte ruinas lamentantem. Et Lucretiam cultrum qu ſub veſte abditum habebat in corde defigen morientémque. Et pudicitiæ coniugalis exem Penelopen. Et ſuperbum ambitioſúmque vul Cleopatræ cum vnionibus illis ad aures dep dentibus. M. Quò ſis breuior, & laborem mi dimiſsis tabulis, de quibus peritum, & elegan dicium feciſti, ad chartaceas, atque, vt ante ap laſti, ad æneas te conuerte. T. Quomodo in p ribus pictorum, ita in hiſce ſcalptorum man ingeniúmque celebrare ſoleo. Nam iſti quoq tametſi non penicillo, ſed cœlo ſeu ſcalpro, p gunt tamen, picturámque efficiunt. Conſide mecum pauliſper, iſtam per partes in quadr chartis Paſsionem Domini. Vt omnia quam d catiſsimè, ad rerum veritatem, animorúmq motiones accommodatiſsimè facta ſunt? Pon ces faſtus & irarum pleni, Pilatus ſeuerus, p lus furens, miniſtri crudeles, latrones torui, minæ pallidulæ ac lugentes, Chriſtus mitis, p ens, obediens vbique, ſiue cum in horto ca & funibus iniectis ligatur, ſiue cum ad Ann Caypham, Herodem, Pilatum adducitur, fla latur, coronatur, in crucem tollitur. Nec vero gitatione informari quidquam dulcius, & ad co

mo

monendam perſuadendámque hominibus miſericordiam quidquam pulchrius, poterat his ſeptuplicis miſericordiæ exemplaribus. Ecce vt omnes egere perſonam ſuam videntur. Et ad lectulum quidem ægroti aſtare, qui eum conſolationibus in dolore, & ſpe ſanitatis iniicienda reficiant. Quod idem alij apud vinctos in cuſtodia faciunt. Quam hic mendicus multis verbis, quámque ſummiſsè de tunica gratis accepta gratias agit? Quam ille ad bibendum inuitatus alacriter accurrit? Quam ibi adoleſcens iuſſu patris ſui peregrinos amanter ſalutat, & in ædes paternas hilariter ad hoſpitium introducit? Ornatiſsimæ ſunt 4. virtutes cardinales, & ad ſe diligendum nos aſpectu habitúque incitant. Videtis quas vocant mappas, cum totius orbis, tum ciuitatum, prouinciarum, inſularum ſingulas? Iam minores imagines ſi velim percurrere tantum, eáſque nominare, hodie modus non ſit futurus, nec cras quidem, aut perendie. Quapropter, quod vltimum eſt, ad eas ibo, quæ in velis, aut in telis coloribus oleatis depictæ ſunt. Omninò Italorum Belgarúmque pictorum hîc labores conſpicitis, noui genus ad vnguem. En vt ille ſummus magiſter, quicunque fuit, veteris teſtamenti claras mulieres, quę quidem à pulchritudine commendantur, ſibi ad pingendum ſumpſit. Saram vtramque, Rachelem, Iuditham, Heſtheram, Suſannam, filias 3. Iobi. Et ſanè fecit operæpretium. Quam lucidæ veſtes? quam debita ſuperciliorum interualla? quam temperatè miſtus candore rubor? Iam Gabrielem Virgini cœleſtem nuntium apportantem intuemini. Amictus tenuiſsimus,

cuius pars corpori accommodatur, pars ventorum flaminibus ſinuanda relinquitur. Patriarchas ipſos videre vos putate in ſua vnumquemque effigie. Habitus ſimplex, facies ſeniles & rugatæ, corpora incurua ſenectute, barbæ & capilli cuiuſdam venerationis pleni. Illa Catharina vt tyrannum animoſa calcat? Illa Vrſula cum virginibus ſuis extra telam quaſi extat, vt quondam Alexandri fulmen & digiti: quo pacto eum in Epheſi Dianæ templo 20. talentis Apelles pinxerat. Hæc Barbara ducere ſpiritum, & nos velle compellit videtur. Quid? Magdalena ante crucem proſtrata, & in preces effuſa non vos mouet? Sed ô mihi ſpectaculorum optatiſsimum, Transfiguratio Domini. Verè nubes lucida diſcipulos hîc obumbrat, diſcipulos mirabiliter caligantes, ſtuporiſque & admirationis pleniſsimos. Verè Chriſti faciem ſol radios eiaculans, oculos meos ferit, & veſtimentis eius neque ſubtilius, neque candidius, magiſque niueum quidquam pingi poterat. Quanta dignitas? quanta pulchritudo? quanta maieſtas? quanta mihi ex iſta transfiguratione lætitia oboritur? Nihil adhuc vidi cum hac imagine comparandum. Hanc mihi eme Magiſter, hæc placet, hanc volo, quæ me ad amorem immortalitatis, illiúſque fulgentiſsimæ lucis, qua poſt omnium hominum in vitam reuerſionem corpora noſtra veſtienda ſunt, deſiderium vehementer incendit. M. Fiat, & tu quia ſatis nobis diligentiam tuam probauiſti, à ſermone quieſce. Ad bibliopolas ibimus: vos paulùm antecedite, dum rem cum venditore tranſigam. Tu Zoſime hîc reſta, vt imaginem

rem confeſtim domum portes. Z. Reſto. F. Me tibi Magiſter quaſi ferentarium conſtituerat Timaſi: ac tu meis auxiliis tua virtute contentus nihil indiguiſti, & tum nobis, tum iis quotquot aderant, eruditionis & facundiæ tuæ opinionem magnam attuliſti. T. Præſtiti ego quod iuſſus eram pro viribus, & auſim pignus deponere, nec te officio maléfuncturum. F. At ego ſecus ſentio, qui memet noui, Proſper erit Iudex. P. Magiſter de omnibus feret ſententiam, quam nos amplecti oportebit: mihi enim quoque periculum eſt adeundum. T. Vt plurima, & compoſitiſsimè facta inſtrumenta Muſica ſe offerunt? Appropinquemus, conſiſtamúſque ibidem intuendo nos ſatiantes, dum Magiſter ſuperueniat. P. Hoc mihi gratius nihil poteſtis facere. Quin iam aduenientem conſpicor. F. Iraſcetur quòd non proceſſerimus. P. Haud puto, & eum rogabo, vt de his mercibus emat mihi de pecunia mea, quo me delectari vehementius certum ſcit. T. Teſtudinem, credo, in qua tibi eſt omnis voluptas. P. Non nego. M. Quid hîc agitis? P. Sicut alias alibi, ita hoc loco iſtas merces inſpectamus. M. At meliores ſunt alibi, quarum videndarum ardentior cupido tenere vos debet. F. Quęnam illæ? M. Dixíne ituros eſſe nos ad tabernas librarias? P. Nihilominus ibimus. M. At iam iſtuc factum conueniebat. P. Et iam iam fiet. Spopondiſti empturum te mihi quod vellem: age eme hanc teſtudinem, ipſam volo. M. Vtinam, Proſper, tam eſſes philomuſus, quam es philomuſicus. Nec tu vocum modo, neruorúmque, ſed etiam tibiarum cantu prope nimium afficeris: vt animum

tuum, quemadmodum Ariſtoxeni, harmoni quandam muſicam eſſe credibile videatur. P. N tamen æqualiter his tribus generibus capior & ficior. M. Quo ergo potiſsimùm? P. Fidium ca tu, ſiue eæ proximè digitis, ſiue per aliud, vt p pectinem ſeu plectrum in panduris, ſambu barbitis, citharis: per claues in iis, quæ quod d cem admodum, & ſedatiorem quaſique virgi um ſonum fundant, & ideò à virginibus pulſa ſint, Virginalia vulgò nominantur. M. Quam rem humanis vocibus editi cantus non te perin vt neruorum recreant? P. Quia hæc muſica m tò purgatior, liquidior, purior, ſincerior in au illabitur, nunquam mutatur, ſociis non eget, n patitur errores: nec Orpheus & Amphion & A on feras, ſaxa, piſces voce ſua, non autem fidib traxiſſe, commouiſſéque leguntur. Vocum mu ca tam liquida non eſt: mutantur ſiquidem voc ſæpe raucèſcunt, & obtuſæ fiunt. Niſi autem pl res adſint, exerceri non poteſt. Frequenter in e erratur. Quod ſi vel vnus perperam cecinerit n tam vnam, totus concentus perit, & omnis del ctatio præterita euaneſcit. M. Quare de illo gene quod flatu peragitur, non idem ſtatuis, quod d neruis? nam & illi non minima laus apud doct tribuitur. P. Scis ipſe quare Minerua tibias abi cerit. Inflari buccas indecorum eſt: quod cum i tubis, buccinis, lituis, cornibus maximè neceſ ſit, in tibiis parum, minus ab iſtis, plus ab illis, in mò magnopere abhorreo. M. Quoniam hîc p multa cernis inſtrumenta cum fidibus, quod pr cipuè tibi optas? P. Teſtudinem iſtam. M. Expe

rant

tiare prius num bona ſit, an aliquid vitij habeat, ne venditori redhibenda ſit. Vide an idonea hypate, parhypate, & chordæ reliquæ. P. Chordis inſtructa eſt omnibus & aptiſsimis, & ſonat ſuauiter. Occurrit diſtichon poetæ Itali in teſtudinem.

*Viuebam in ſyluis, ſum dura occiſa bipenni.*
*Dum vixi tacui, mortua dulce cano.*

M. Heus tu Muſicopola, quanti vendis hanc? V. 10. coronatis. M. Immenſum pretium. V. Quia eſt de optimis, proinde ne mireris. Si minore vis emere, habeo non æquè nobiles. P. Nobiliſsimi generis volo. M. Numerabo 8. coronatos. V. Id mihi damnoſum eſſet. P. Remitte aliquid de æſtimatione. M. Superaddo dimidium. V. Ne nunc quidem ſatis. Da 9. & tolle. M. En 9. P. Nunc lætus ſum incredibiliter. M. Confer te domum cum iſtac amica tua: ego cum Timaſio & Fauſtulo ad videndos libros pergam: deinde nos quoque domum tot ſpectaculis fatigati repetemus. F. Reliquum eſt, vt Fauſtulo gratificeris, vbi perinde facta impenſa emeris, quod non modo iucundum, vt Timaſio imago illa ſua, Proſpero teſtudo ſua, ſed etiam vtile mihi, atque ad animi fructum percommodum fore nemo dubitare poſsit. M. Id quidem ego, mi Fauſtule, planè facturus ſum, ſi tu, quomodo Timaſius, de chara tibi ſupellectile, de libris, inquam, quorum ingentem es viſurus copiam, peritè, ſcienter, ornatéq; locutus fueris, & ita dignum audientibus te probaueris, cui cum propter præſentem è ſtudiis perceptam vtilitatem, tum propter ſperatam in litteris excellentiam vel bibliothecam mercemur. F. Qua conditione Timaſius,

eadem

eadem ego diſſeram: nempe vt ille ſuccurrat mi-
hi, vbi res poſtulabit: ſicut ego ipſi facturus tu
imperio fueram. N. Fiat & hoc ita. Progrediamur
feſtinè. Veniamus ad libros. F.

*Saluete noſtri millies amiculi,*
*Deinde centies, deinde millies,*
*Deinde rurſum centies, & millies.*
*Mea ſuauia, deſideria mea maxima:*
*Ex omnibus rebus mihi chariſſimi,*
*Et chariores, quam vel ipſa charitas.*

M. Tibi partes do meas, tu loquere, & ad extre-
mum nomina quem, quóſue ſcriptores volueris
pecuniam bibliopolæ numerabo. Quæ ſi non ſuf-
fecerit, de mea addam ad tuam. Interim quod-
dam negotiolum in iſtis ædibus tranſactum red-
dam. F. Age Bibliopola, ecquid te à libris Huma-
nitatis ſatis copioſum inſtructúmque putas? B.
Puto equidem. F. Grammaticos ergo rerúmque
Grammaticarum auctores gręcos & latinos habes,
recentes iuxta atque veteres. B. Te nihil quæſito-
rum reor in iſto genere, quod non inuenias in hac
taberna libraria. F. Eſt ergo hîc venalis Theodo-
rus Gaza, Demetrius, Chryſoloras, Laſcaris, Cle-
nardus, Vergara, Philippus, alij. B. Etiam. F. De
latinis habes vtique Priſcianum illum, qui toties
vapulat, Probum, Sergium, Phocam, Diomedem,
Donatum, Soſipatrum. B. Habeo verò. F. De no-
ſtris recentioribus non interrogabo,

*Quam multa in foliis auium ſe millia condunt,*
*Veſper vbi, aut hybernus agit de montibus imber,*

tot ſunt Grammatici νεωτερικοὶ, nec finis vllus ſpe-
randus, Plerique tamen adeò immundi atque ſor-
didi,

didi, vt quidam tanquam ad equos & mulos in ſtabulis purgandos ſtrigilem comparauerit, quam tu ſi apportaſti ad haſce nundinas, non es multis venditurus. B. Apportaui vtique, ſimúlque Grammaticam eiuſdem, & Antagoniſtam illius Tubingenſem. F. Communi itinere graditur ille, & ſtrigilantem alios (ne dicam contumeliis lacerantem) reſtrigilat. Q. Corradum de copia latini ſermonis habes? B. Vendidi nudius tertius exemplaria vniuerſa. F. Perutilis liber eſt, lectus à me diligenter, vt item orationes & poemata Franciſci Bencij, quem fortaſſe, vt illum alium, iam vendidiſti. B. Vnicum exemplar remanſit. T. Audi, num habes Vocabularium ex quo, Daſypodium, Lactiferum, & ingenioſiſsimum omnium Grammaticorum Mammatrectum? B. Quæ tu portenta? F. Homerum, Euripidem, Sophoclem, Æſchylum demonſtra. B. Mox, luſtra. F. Editiones iſtæ mirum in modum oculis propter venuſtatem blandiuntur. B. Sed neſcio qd ſit cur, cum ita, vt dicis, blādiantur, paucos tamen ac nullos pœne emptores inueniant. F. Pauci norunt theſauros iſtos: haud itaque mirum ſi de iis quærendis poſsidendíſque non ſunt ſolliciti. Da Demoſthenem, Iſocratem, Xenophontem. B. Qua forma? F. In folio, in quarto, in octauo, in quacunque forma potes. B. Ecce in folio, typis perquam bellè formatis. F. Rident typi. Prome Virgilium, Horatium, Lucretium, Plautum, Terentium. B. Promam, & quidem cuiuſque formas diuerſas, vt etiam editiones. Quanquam non dubito, quin tam in his, quam in aliis Plantinianæ tibi omnium gratiſsimæ ſint. F. Plantinus non ſo-

lum

lum Regius typographus, ſed Rex typograp
rum, cuius memoriam omnes anni conſeque
excipient. Dum latinæ loquentur litteræ, dum
nus hominũ extabit Plautini nomen vigebit, &
uet. Hem Timaſi, quid vidiſti vnquam elegan
quam præterea doctæ annotationes, quam ſiner
re ſcholia? Quos recentiores poetas? B. Vida
Sannazarium, Buchananum. F. Non alios? B. F
paucos, quos te nolle perluſtrare ſuſpicor. F. R
ſuſpicaris. Nam hoc præſertim ſæculo inſtar o
culi veriſsimum eſt illud M. Tullij. cum de poe
agit: in quo numero, inquit, perrarò exoritur a
quis excellens. Adeò eius fortuna decoris pe
paucos & eſt, & fuit, & erit. Nihilominus inſa
mus, ſcribimúſque docti & indocti poemata p
ſim. Cæterùm cauendum, ne, quod in Luc
quondam bibliopolis, id tibi, in iſta nouitio
poetarum turba contingat. Sic enim ille apud M
tialem.

*Sunt quidam qui me dicunt non eſſe poetam:*
*Sed qui me vendit bibliopola, putat.*

Vt tu ſcilicet eodem modo credas bonum & ve
dibile, quod non eſt. Atque ego nihil dubito, q
vos pro quæſtu damnum frequenter faciatis, cu
ab aliis inducti libros coemitis, quos ſi gratis de
haud quiſqam, niſi ineptus, velit accipere. N
quidquid Francofurtum aduehitur è Gallia, e
Italia, è Germania, è Belgica, id ſtatim in veſt
tabernas inferri oportet. B. Amo te de hoc co
lio eruditiſsime, prudentiſsiméque iuuenis. V
nam plus olei in ſtudiis liberalibus conſumpſiſſe
vt poſſem ego per me de ſcriptoribus facere iu
ciu

tium. Nunc de multis inuolucra cogor facere. F. Quod tuo Marte nequis, per alium cura: vt qui cæci ſunt, alienis oculis vtuntur ad ambulandum. B. Ictus toties tandem ſapiam. F. Oſtende Liuium, Salluſtium, Cæſarem. B. Vide. F. Editiones iſtas laudo: iam pridem eas mercatus ſum: ſatis ſunt emendatæ. B. Cur adiecisti illud, ſatis? F. Quia ſicut nemo ſine vitiis naſcitur: ſic nullus liber ſine mendis excuditur: illéque cenſendus emendatiſſimus, qui non eſt mendoſiſsimus. B. Certè non aliter eſt, quam autumas. F. Nondum petiui ſcriptorem præclariſsimum, ſupráque cæteros nobiliſsimum, quem dilexi à puero, & in eo legendo nullum animi faſtidium nec corporis laſsitudinem vllam ſentio. B. Quiſnam hic, quem tam eximia laudatione cohoneſtas? F. M. Tullius Cicero pater patriæ, pater latinarum litterarum, pater omnis eruditionis & elegantiæ. B. Quam ergo eius editionem requiris? Pariſienſem in octauo? F. Nolo, quoniam habeo. B. Tamen illa eſt perelegans: ſed quia narras te habere, vis ne Aldinam? F. Nec iſtam. Dic mihi. Expoſuiſti aliquando editum in folio tomis duobus à Roberto Stephano? B. Expoſui. Eam ergo deſideras? F. Eam verò. B. Quæram ſi quid ſuperſit. Gaude, inuenio exemplar, quod tibi diuinitus remanſiſſe opinor. F. Gaudeo immortale gaudium. Crœſum vincam opibus meis. Iam confecto negotio ad nos redit Magiſter. M. Quid hic adoleſcens, Bibliopola, tamdiu tecum? B. Quid cenſes? ſuum mihi ingenium, doctrinam, prudentiam certiſsimis teſtimoniis probauit. Si hoc diſcipulus, quid Magiſter?

M. Spero quod illi impoſueram, id perfectè exe-cutum. Nunc Fauſtule, quid eligis? F. Ciceron-opus in folio, Roberti Stephani. M. Non ſtultè e-giſti. Nihílne præterea? F. In hoc mihi ſunt om-nunc quidem: aliâs eligam alios.

*O Cicero diuine pater eloquentiæ,*
*O ſumme quondam Rector Vrbis Vrbium.*
*Salueto ter quater à tuo clientulo,*
*Qui ſic te amat, Vti mater Vnicum ſuum:*
*Et qui tibi audet comparare neminem.*

M. Emamus, Timaſi, huic Ciceronicolæ delic-ſuas. Tu Bibliopola, puerum nobis attribues, q-noſtra ſequens veſtigia coemptos libros dom-noſtram portet. B. Attribuetur.

## ANNOTATIONES.

PAROPSIDES, LANCES) *Vox paropſis ap-Græcos non modo pro vaſe eſcario, ſed etiam pro-ſonio vſurpata reperitur. Fiebant autem paropſides-quoque, ſeu fictiles, non ſolum argenteæ. Martialis p-dem rubram vocauit lib. 11.*

*Cui portat gaudens ancilla paropſide rubra*
*Halecem, ſed quam protinus illa voret.*

*Lanx ſimiliter vas eſcarium, à latitudine, erátque-etiam, non ſolum lata: quare cauas lances appel-Martial. lib. 11.*

*Sic implet gabatas paropſidéſque,*
*Et leues ſcutulas, cauáſque lances.*

*Erant autem lances maximæ, mediæ, minimæ, & a-quadratæ, aliæ rotundæ. Nobis rotundæ in vſu ſunt.*

ab eo quod latæ ſunt, videntur germanicè, quamuis non germanico, ſed græco vocabulo nominari, Plat: πλατὺς enim latus. PATINÆ, PATELLÆ) Patinam vocarunt ab eo quod pateat: ea vtebantur non pro ferculo duntaxat, id eſt, pro vaſe in quo cibi apponerentur: ſed etiam ad coquendos piſces, & cætera id genus. Duplex igitur vſus fuit patinæ. Patella, parua patina, quam Græci λεκανίδα. Eius vſus in oleribus & pulmentis ponendis. Horat. epiſt. 5. lib. 1.

*Si potes Archaicis conuiua recumbere menſis,*
*Nec modica cœnare times olus omne patella.*

Martial. lib. 5.

*Ponetur digitis tenendus vſtis*
*Nigra cauliculus virens patella.*

Erat & patella, in quam coniiciebant quod diis libabant. Varro apud Nonium. Quocirca oportet bonum ciuem legibus parere, deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας. Cic. 2. de finib. ita non religioſos, vt edant de patella. CYATHI) Cyatho modum potionis metiebantur, & certis cyathis vini, certos aquæ cyathos miſcebant: quod qui faciebat, ad cyathum ſtare dicebatur. Nam cyatho hauriebant vinum & aquam è vaſis, & in pocula fundebant, quod κυαθίζειν Græci appellant. Turneb. lib. 9. cap. 19. SEV PHIALAS) Phialam, quam Græci φιάλην dictam credunt quaſi πιάλην, κατ' ἀντιστοιχείαν, vt ſit ἡ τὸ πιεῖν ἅλις παρέχουσα μείζων γὰρ τοῦ ποτηρίου, quæ ad bibendum largè præbeat: eſt enim poculo maior. Apud Athenæum lib. 6. inuenitur etiam genere neutro,

φιάλιον χρυσοῦν. EMBLEMATIS MIRABILITER) ἀπὸ τοῦ ἐμβεβλῆσθαι vocata ſunt emblemata, quod vaſi adiicerentur, ac reuellerentur cum liberet vt cruſta: vaſi inquam aureis, argenteis, & Corinthiis ornamenta quædam illigabantur hoc nomine. Cic. Verrin. 5. Verrem Prætorem Siciliæ narrat Haluntinos vaſa omnia, quæ tum apud Haluntium erant, in vnum aceruum conſertum coëgiſſe: quo facto eum ex omnibus vaſculis emblemata, id eſt, pretioſiſſimam partem reuelliſſe: ita vt Haluntini domum pura nudáque vaſa referrent. Eſt item emblema vermiculatum opus ex teſſellis inſititiis aptum atque conſertum. Cic. in Bruto. Nullum niſi loco poſitum, & tanquam in vermiculato emblemate (vt ait Lucilius) ſtructum verbum videres. Plura Bud. in Pand. QVOT AVTEM PELVES?) Peluim ſunt qui à pelluendo dictam volunt: alij à pedum lotione. Inde pelluuium, vas in quo pedes abluuntur, vt malluuium in quo manus. Varro. peluis, à pedum lauatione, vt pedelauis. Pollux vas in quo pedes lauantur πέλλιν à tragœdis dici aſſirmat. Addit, οἱ δὲ αἰολεῖς πέλυκα μάλιστα τὴν ξυλίνην. Videtur ergo magis græca vox, aut certè à græcis deducta peluis. PARATVRVM ME VOBIS) Parare ſæpe est emere, præſertim apud Iurecos. Cic. Cogito trans Tiberim hortos aliquot parare. Terent. Adelph. Parare qui ſit carius. Horat. Vina Syra reparata merce. Catull. Villam tam benè, quam mihi pararim. Columella. Qui nequam vicinum ſuis nummis parat. GRACILE COLLVM ET BARBAM PROMISSAM) Ea corporis graci-

lita-

tate, & infirmitate, ita procero & tenui collo, eo deniq; habitu, eáque corporis figura erat Cic. cum primam cauſſam publicam pro Sex. Roſcio dixiſſet, vt non procul abeſſet à vitæ periculo, ſi labor & magna laterum contentio accederet: quamobrem hortabantur illum amici, vt cauſſas agere deſiſteret. At ille quoduis potius periculum ſibi adeundum, quam à ſperata dicendi gloria diſcedendum putauit. Fuiſſe autem barba promiſſa declarat illud, quod ſcripſit Liuius, eum cum è lectica deſecandum caput proferret, barbam demulſiſſe. Non demulcent barbam, quibus ea curta eſt, & cum mento deſinens. CVM VNIONIBVS ILLIS AD AVRES) De his narrat hunc in modum Plin. lib. 9. cap. 35. *Duo fuere maximi vniones per omne æuum, vtrunque poſſedit Cleopatra, Aegypti Reginarum nouiſsima, per manus orientis regum ſibi traditos. Hæc cum exquiſitis quotidie Antonius ſaginaretur epulis, ſuperbo ſimul ac procaci faſtu, vt regina meretrix, lautitiam eius omnem apparatúmque obtrectans, quærente eo, quid aſtrui magnificentiæ poſsit, reſpondit, vna ſe cœna centies HS. abſumpturam. Cupiebat diſcere Antonius, ſed fieri poſſe non arbitrabatur. Ergo ſponſionibus factis, poſtero die quo iudicium agebatur, magnificam aliàs cœnam, ne dies periret, ſed quotidianam Antonio appoſuit, irridenti, computationemq; expoſtulanti. At illa corollarium id eſſe, conſumpturámque ſe ea in cœna laxationem confirmans, ſolámque centies HS. cœnaturam, inferri menſam ſecundam iuſsit. Ex præcepto miniſtri vnum tantum vas ante eum poſuere aceti, cuius aſperitas viſque in tabem margaritas reſoluit. Gerebat auribus cum maximè ſingulare illud, & verè vnicum naturæ opus. Itaque expectante Antonio quidnam eſſet actura, detractum alterum merſit, ac liquefactum abſorbuit. Iniecit alteri manum L. Plancus, iudex*

ſponſionis eius, eum quoque paranti ſimili modo abſume
victúmque Antonium pronuntiauit, homine irato. Hac id-
circò deſcribere volui, quamuis verboſius, vt hiſtoria
multis nota, & à quibuſdam truncatè maléque reci-
ſolita, & ſimul luxuriæ exemplum non vulgare cog-
ſceretur. QVASI FERENTARIVM) Ferentarij au-
xiliares in bello, à ferendo auxilio dicti. Vel quia ſu
& lapidibus pugnabant, quæ tela feruntur, non ten-
tur, ita appellati: leuis armaturæ pugnatores, grau
armis non impediti, ex curſu leui ferentes opem. Feſt
& Nonius. QVEMADMODVM ARISTOXEN
Cic. 1. Tuſcul. quo loco philoſophorum de animi na
opiniones recenſet: proximè autem Ariſtoxenus muſi
inquit, idémque philoſophus, intentionem ipſius cor-
ris quandam: velut in cantu & fidibus, quæ harmo
dicitur: ſic ex corporis totius natura & figura varios mo-
tus cieri, tanquam in cantu ſonos. Hanc opinionem re-
prehendit Ariſtoteles lib. 1. de anima. Vide Lactant. li
8. cap. 13. QVARE MINERVA TIBIAS). Mine
ua, vt produnt fabulæ, cum cœpiſſet inflare à ſe excog-
tatam tibiam, ac ſibi in aqua fluminis buccas vidiſſet in-
tumeſcere, iudicauit eam oris deformitatem ſe indign
eſſe. Quare mox fiſtulam abiecit. Hinc Ouid. ſcripſit.

*I procul hinc dixit, non eſt mihi tibia tanti,*
*Vt vidit vultus Pallas in amne ſuos.*

QVI ME DICVNT NON ESSE POETAM) Sca-
liger poetices lib. 1. cap. 2. argumentis contendit in or-
dinem poetarum Lucanum inſerere. Nobis antiquita-
tis-

*conſenſus potior eſt, Lucanum non verè poetam dici poſſe. Contendit & Lambinus Lucretio quaſi dare ciuitatem, & poetam renuntiare, ſed fruſtra eſt. Cauſſas afferre, & quæſtionem inſtituere, qui poetæ dicendi, non eſt huius otij, nec loci.*

# PROGYMNASMA SEPTIMVM ET TRICESIMVM.

## *Concilium animalium, ſiue ſarcophagia.*

TEmporibus auorum noſtrorum habita ſunt animantium comitia in regione, quæ Vtopia dicitur. Conuenerunt frequentia ex iis duntaxat, quæ ad eſum hominibus idonea ſunt, non ex aliis: quæ, qualia intelligamus, omnes facilè perſpiciunt, camelos vtique, aſinos, onagros, lupos, coruos, ciconias & ſimilia: quæ profectò in honore menſarum apud nos nullo ſunt. Fuerunt igitur à quibus ille conuentus eſt actus volatilia & terreſtria, eáque tum manſueta, tum agreſtia. Ex aquatilibus amphibia tantum: nam piſcium genus tam marinum quam fluuiatile abſentiam excuſauit, quod iter facere, morarique paulò diutius extra ſolum patrium, hoc eſt, extra vndas ſine internecino periculo non poſſet. Miſerunt nihilominus legatos in locum ſuum. Legati fuerunt cygni,

qui dulciſsimo, & planè Xenophonteio genere o-
rationis legationem expoſuerunt. Cuius ſumm
erat. Piſces dolere communem dolorem: & quan
quam ignobiliores ſint reliquis animalibus, ne
tamen ſe minus frequenter ad cædes raptari. Pro
inde illorum prudentia confidere. Si quid ad com
mune malum aut auertendum (quod fieri poſ
ipſi vix crederent) aut minuendum excogitaſſe
ratum omninò habituros. In campo latiſsimo ci
démque amœniſsimo inſtituta eſt illa maximè
ria, ſummíque momenti conſultatio, continuata
que toto triduo. Auibus præerat aquila cum im
perio regali, cicuribus animalibus Taurus, feris
ſyluestribus Ceruus: Leo enim, quanquam om
nium dominus, non ſolum idcircò aberat, quod
eſcam aptus non eſt, verum etiam quia ipſe quo
que, vt homines, animalia, & quidem nec aſſata
elixa, ſed cruda deuorat: quem propter iſtam in
manitatem ſubiecti vehementer oderunt: quan
quam odium diſsimulare, & tegere ſalutis ſuæ cau
ſa coguntur. Singula genera ſuas ſtationes & ter
toria ſeparatim tenebant. Prædicabant miris mo
dis antiquiſsima illa ſæcula, quæ à principe huma
ni generis Adamo ad Noe, alterum velut Ada
mum fluxiſſent, annorum nimirum mille ſexcen
torum ſexaginta ſex, quibus ſecuriſsimam vitam
& beatiſsimam egiſſent: quando homines arbo
rum fructibus, & cibis è terra nullo cogente na
ſcentibus contenti victitaſſent, nec ſe beſtiarum
ſanguine contaminaſſent. Tutam tunc in aere fu
iſſe volucrem, leporem ſecurè per campos cur
taſſe, nulla retia ceruis dolum meditata, nullos ho

mo

mos piſcibus capiendis contextos. De reliquis deinceps ætatibus, quæ vſque ad noſtram proceſsiſſent, grauiter querebantur: quod nempe in immenſum auctis hominum multitudinibus, facta comedendarum carnium poteſtate ipſis iam tutis viuere, ſine quotidianis inſidiis, atque iugulationibus non liceret, neque diebus neque noctibus. Ferri potuiſſe, quod centena, millena diis deabúſque in ſacrificio mactarentur, id enim fuiſſe honorificum, ſanguine ſcilicet ſuo numina placari hominibus: verùm ita ſtudioſè quæri per latibula, ita crudeliter trucidari, ita auidè abſumi, ſæpè ob ſolam voluptatem atque delicias, hoc demum calamitoſum, & ærumnoſum videri. Terram altricem benigniſsimam accuſari quodam modo ab hominibus, quaſi eos alere non poſsit, cùm nunc longè facilius poſsit, quando magis quam olim colitur & exercetur. Poſthæc eos commendabant, qui certis anni vel diebus, vel hebdomadibus, ſi non à piſcibus, certè quidem à carnibus ſeſe abſtinerent: iis contumelias grauiſsimas imponebant, & ventris mancipia, comedones, lurcones vocabant, qui nullos ieiuniorum dies obſeruarent, qui perpetuò, quanquam legibus vetarentur, nihilominus carnes eſitarent. Ab iis ſe plagam peſtiferam accipere, multúmque ſuorum numerum ac fœdè imminui. Cuius præclari inſtituti, quoniam Lutherum auctorem ſciebant, aſperè & acerbè in illum inuehebantur, dicebántque hominem nihil niſi carnem fuiſſe: nihil niſi de ventre, & libidine explendis cogitaſſe. Hæ querimoniæ generales erant, ſeu communes omnium animantium, quas cum ſu-

ſpiriis & gemitibus edebant: pleræque etiam, quibus natura tenerior, cum lacrymis. Illæ autem querelæ ouium erant propriæ. Nos, inquiunt, leonum feritas non attingit, prorſus illæſas dimittit, victa videlicet noſtra manſuetudine, & innocentia. At homines leonibus crudeliores ſibi à contrucidandis, & immaniter deuorandis ouibus temperare nolunt. Haud eos mitigat ingenium noſtrum mitiſsimum: non deliniunt mores ſimpliciſsimi: non flectunt quos afferimus fructus vberrimi. Lacte eos paſcimus, & ſapidiſsimis caſeolis, lana veſtimus, agnos etiam toties parimus, & futura gregem ſupplemus, nullóque impendio, pauxillo fœno, & arentibus ac detonſis pratis alimur. At illi cum matribus agnos mactant nullo diſcrimine. Nos deinde lanios & carnifices iſtos non ſolum nutrimus mortuæ, quemadmodum viuæ feceramus, vt eos lana noſtra operiremus: ſed pellibus inſuper noſtris hyeme & æſtate contegimus. Et nos (excipiunt boues) niſi araremus, quid ederet genus hominum? O ingratos. Poſtquam tot annis iugum tulimus, & aratro ſeruiuimus, ad macellũ furioſè pertrahimur, ſecuri percutimur, & occumbimus. Sic viſum ſuperis: ſic nos ad pileum, hoc eſt, à ſeruitute ad libertatem vocamur. Sub hæc clamabant miſerabiliter ac flebiliter hœduli, & porcelli, qui cum parentibus ad comitia venerant. Et nos vix dum nati ad culinas portamur, ibique ſanguinem cum lacte materno profundimus. Quomodo autem ſibi de nobis eſcarum voluptates faciant, docet tam diuerſa carnium noſtrarum coquendarum condiendarúmque ratio.

Por-

Porcellus dat fercula duûm & triginta generum, hœdus quatuor & triginta. Quam benè philoſophati ſunt iſti carnium gurgites, iſtæ voragines? Hinc conuerſi ad capras & hircos: beati vos, inquiunt hœdilli, quos & propter maleolentiam auerſantur plerique, & propter carnes parum ſalubres rarò & tardè occidi, atque à paucis, iiſq; pauperibus tantummodo comedi contingit. Audiebant hæc illi non valdè æquis auribus, veritas enim odium parit: ſed filiis tamen, iiſque adhuc pueris, & ideò inconſideratius locutis ignoſcendum putabant. Longum eſſet recenſere, quid aliæ cicures, & quadrupedes in ſorte ſua lamentanda dixerint. Inter feras cerui & lepores admodum quærebantur, & illud præcipuè exaggerabant, quod nullum pœne ſplendidius agitaretur conuiuium, vt ipſi in patinis apparere non cogerentur. Et hæc mea quoque gloria eſt, inquit aper: qui cum contra dentes canum venaticorum, contra venabula etiam venatorum meis me dentibus egregiè defendam, contra hominum dentes defendere non poſſum. Secutæ ſunt auium lamentationes, inter quas aquila dicebat: meritò ob eximiam generis ſui nobilitatem ſe à cocorum cultris excipiendam. Capones non id ſolum dolebant, quod necarentur, verum etiam quod dempta virilitate ſemiuiri, & eunuchi viuerent, nec ſibi, ſed dominorum gulæ pingueſcerent. At nos, ô fratres, aiebant galli gallinacei, magis queri, iuſtiúſque poſſumus, qui cum vxoribus noſtris tanta commoda heris conciliamus. Siquidem pullis gallinaria replemus, ouorum myriadas ſuppeditamus, quibus ſani ægro-

tique

tique veſcuntur, & quorum vſus eſt ſaluberrimus. Nos pro horologio ruſticis & vrbanis ſumus, fa- miliámq; & artifices ad conſueta opera, diem ad- uenientem cantu noſtro ſalutantes, excitamus. E- ſicut vos oues non liberat cædis periculo veſtra b- nitas, ſic neque gallos ſua vigilantia, neque gal- nas ſua fæcunditas & maternitas. Nulla eſt enim auis, nulla beſtia (ſit venia dicto) quæ tanta ch- ritate complectatur liberos ſuos, vt gallinæ. Vole- bat etiam deplorare ſuam in iſto genere infœlici- tatem cuculus: ſed omnes volucres ordientem ob- turbarunt, & aquila eum tacere iuſsit. Eſt enim ingratiſsimum animum, atque ob ſceleratiſsimam impietatem ſuam omnibus odio. Qua gratia? qui propter ſummam timiditatem qua præditus eſt, il- le nequiſsimus, nec ſuum ſibi nidum conſtruit, nec pullos ſuos ipſe excludit, ſed ouum in alienum ni- dum infert, ac ferme in currucæ, cuius oua non- nunquam exſorbet. Ignauum enim ſe, ac minime aptum agnoſcit, qui poſsit pullis ſuis neceſſaria prouidere. Quæ, curruca inquam, cum inter ſu- hoc reperit, tanquam proprio ſimul incubat. Po- modum excluſis pullis, quoniam cuculus magni- tudine & viribus cæteros antecellit, quidquid ſe- dula mater alimenti aggerit, ſuppoſititius hic ab- præripit. Quare pulli reliqui fame moriuntur. Fo- uet etiam maiore cura hunc mater, quia propter corporis magnitudinem impenſius eum amat, & miratur. Aliquando cuculus, vbi iam robuſtior euaſit, alios pullos fratréſque ſuos deuorat. Tan- dem vbi maturitatem ſuam eſt conſecutus hic im- pius & execrabilis pullus, videte, quam tragicum

colophonem addat: currucam à qua excluſus, & diligentiſsimè nutritus eſt, crudeliſsimè dilaniatam abſumit. Hoc modo gratias refert pro beneficiis. Hinc illum deteſtantur volucres, nec vllam cum eo communionem ineünt, vellicant etiam minimæ. Illuceſcebat ſecundus dies, quoad conſilij capiendi deliberationem acceſſerunt: nam primus in conſalutationibus, lamentationibúſque mutuis conſumptus eſt. Quæſitum, quænam tandem via emergere ex tantis ærumnis, laniorúmq; & cocorum manus euadere poſſent. Dictæ ſententiæ potiſsimum duæ: Vna vt quæ animantes feræ eſſent, diligentem darent operam ne caperentur. Omnes autem, & feræ, inquam, ſi captæ eſſent, & quæ in ſtabulis naſcerentur, ſe, cum ad cædem raperentur, quam generoſiſsimè, acerriméque defenderent, dentibus, vnguibus, vngulis, roſtris, cornibus, clamoribus, toto corpore, neruis omnibus: ſic fore vt ſi non ſingulæ, permultæ quidem liberarentur, nec ſine malo ſeſe iugulare molientium. Quorſum enim eas natura his armis, niſi contra lædentes inſtruxiſſet? quis autem magis læderet, aut contra quem eſſet magis iuſta ac neceſſaria defenſio, quam qui interitum machinaretur? Altera ſententia tutior, & melior, & in plures probata hæc fuit: vt inueſtigarent virum quempiam ſarcophagiæ minus amantem, prudentia & doctrina inſignem, qui hoc oneris ſuſciperet, vt legatione animalium cauſſa ad orbis totius monarcham fungeretur, quem expoſitis rationibus, cur animantes cibi gratia interfici non deceret, & ſimpliciore victu collaudato ad carnes edicto capitiſq;

ſup-

ſupplicio propoſito vetandas impelleret. Verum enimuerò, quia iam Auguſti, Tiberij, Caligulæ, Claudij, Nerones, Domitiani nulli eſſent, penes quos rerum ſumma vniuerſúmque imperium erat olim, viſum eſt faciendum, ad præcipuos Reges & Principes mittere, quorum exemplum reliqui libentes imitarentur. Hoc quanquam laboris non modici, multíque temporis futurum apparebat, ſperabant tamen intra annum poſſe confici negotium, & quædam animalia robore ac celeritate præſtantia legato vehendo terga ſua offerebant. Acceperant famam de Pythagora philoſopho, qui in hac cauſſa concionibus & diſputationibus non mediocriter laboraſſe, vehementérque hominibus carnium ſeu animalium eſum diſuadere conatus eſſet. Hunc quia perſapiens, & magnæ auctoritatis, ſibi adeſſe optabant: neſciebant tamen vbi hominem inuenirent, & quò accerſitum mitterent. Erant ergo mirum in modum ſollicitæ, angebantúrque in medullis. Nam aut hunc, aut nullum mittendum vno conſenſu decernebant. Ecce tibi è boue (quod animal præcipuè miſerari ſolebat) in quem paucis ante diebus immigrauerat, vox auditur: coram adſum, quem quæritis, Pythagoras ille Samius. Túne? inquiunt illæ. Ego ipſe, ait. Mirari & obſtupeſcere omnes re ſubita & inopinata, gratularíque mutuùm de inuento Pythagora. Sed quid tum incæptarent? bouémne humana lingua loquentem mitterent? quis non præſtigias interpretaretur? Dum hærent, & incerti feruntur, cernitur in medio homo canis aſpectu, caput, promiſſa & niuea barba, aſpectu ipſo ſa-

venerabilis, ſéque Pythagoram dicit. Circumſiſtunt animantes, manus ſupplices tendunt, obſecrant, ne ſe deſerat. Spondet operam ſuam. Atque vt ſciatis, inquit, rectius, quantus patronus veſter ſemper fuerim, & quid ſpei impetrandæ ſalutis ac libertatis concipere debeatis, ſummam referam eorum, quæ conſueuerim contra σαρκοφαγίαν diſſerere, & in quam ſententiam cum Principibus ſuper negotio veſtro acturus ſim: quibus tamen magis precibus & lacrymis, quam argumentis perſuadere oportebit. Nos verò, reſpondent animalia, attentè libentérque aures damus. Tum illum hunc in modum locutum eſſe perhibent. Cum tellus tam varia támque multa frugum genera effundat, poma mitiſsima, dulciſsimas vuas, ſaluberrimas herbas: cum non egeamus lacte, non melle, caſeo, butyro, pane optimo, quid adeò ſæuire libet in animantes, earúmque cædibus ventri ignauiſsimo parare delicias? Satis profectò palam eſt, eos qui carnibus paſcuntur atrociores immanioréſque beſtiarum imitari, vt dracones, tygrides, pantheras, leones, lupos, vrſos, quarum victum norunt omnes. Quàm ferum os, quàm inclemens animus fuit eorum, qui primi animalium cadauera mandere potuerunt? animalium dico, quæ paulò ante balabant, mugiebant, cantillabant, mouebantur, volitabant, ambulabant? Quomodo iſtorum oculi aſpexerunt inſontes pecudes iugulari, excoriari, minutatim, & in fruſta concidi? quo pacto ſuſtinuerunt nares fœtorem, guſtatus ſaniem, & ſuccos lethalium vulnerum? Quæ eſt iſta crudelitas, vna viſcera in alia, vnum corpus in aliud immergere?

gere?

gere? non poſſe vnum animal viuere, niſi alia in-
numera pereant? Delectat miſeras animantes vi-
uere, non minus quàm vos homines: quas tamen
exiguæ carunculæ gratia hoc lumine ſpoliatis.
Quas illæ voces, quos gemitus iugulandæ emit-
tunt? Nonne deprecationes vobis videntur? quæ
dicant: non recuſo mori, ſi te neceſsitas cogit oc-
cidere, iniuriam deprecor. Interfice vt cibum ha-
beas, noli interficere, vt ſuauius edas: vt famē oc-
curras, non vt luxuriæ ſeruias. Ne excrucies, ne
inſultes, miſereat te potius. Quanto tumultu cla-
moris, & latratu canum cerui, quanto lepores ag-
tantur? Alicubi boues antequam mactentur, pue-
ris dantur, vt eos funibus per vrbem trahant, &
diuexent, quo carnes meliores reddantur. Porci
ſimiliter circumaguntur eadem de cauſſa. Inclu-
duntur in anguſtum locum anſeres, vt ſe commo-
uere nequeant, & ventri ſaginantur. Quibuſdam
auibus præligantur oculi, vt amplius pingueſcant.
Ad ipſas carnes opus eſt etiam melle, oleo, vario
embammatis, & aromatibus, quibus ita eas con-
diunt, vt condimentis ſepeliant. Vtrum his neceſ-
ſitas expletur, an gula irritatur? A natura non eſſe
animalium eſum manifeſtè oſtendit humani cor-
poris conſtitutio. Non habemus adunca roſtra,
non vngues prominentes, non calorem ſpiritus,
quo carneas moles concoquamus. Carnes craſſi-
tiem generant, mentem obtundunt, malè dige-
runtur. Qui illis abſtinent, melius valent, ingenia
ſunt acutioribus, diutius viuunt. Volebat plura
Pythagoras, ſed coorta beſtiarum eiulatio vocem
interrupit. Succlamant, benè omnia ô Pythagora
di-

date in viam quamprimum, & legationem nobis anno ſequenti hoc eodem tempore, eodémq; loco renuntia. Diſcedit ille, nec ita multùm progreſſus, inuenit Empedoclem, & Porphyrium, quibus eadem de ſarcophagia mens & ſententia iam pridem. Exultat, perſuadet vti ſecum proficiſcantur: narrat omnia quæ acciderint. Trigeſimus iam annus agitur, ex quo hæc facta ſunt. Quid effecerit, nos incertum habemus: illud certiſsimum eſt, æquè, nunc & liberrimè carnes comedi, & comeſum iri, quoad homines erunt, quantumcunque id nolint deteſtentúrque animalia, & cum iis Pythagoras, Empedocles, & Porphyrius.

## ANNOTATIONES.

EXTRA SOLVM PATRIVM) *Solum non modo terra eſt, ſed omne quod ſuſtinet, à ſoliditate dictum ſcilicet. Vnde & Virgil. de mari 5. Aeneid. vaſtis tremit ictibus ærea puppis, Subtrahitúrque ſolum. Et Ouid. de cœlo, 1. Metamorph. Aſtra tenent cœleſte ſolum, formæq; deorum.* IGNOBILIORES RELIQVIS ANIMALIBVS) *Terreſtribus animantibus imperfectiores eſſe piſces, etiam volatilibus, hinc intelligi poteſt perſpicuè. Temperamentum corporis eorum eſt admodum imperfectum, quod ex eo liquet, quia parum nutrit, & exiguam veſcentibus alimoniam ſuppeditat: quamobrem illorum eſus non vetatur iis, quibus ieiunia & corporis afflictationes indicuntur. Eſt item in illis conformatio & diſtinctio membrorum obſcurior, omnéſque ſenſus*

tam exteriores quam interiores imbecilles atque imp-
fecti : degunt enim in aqua, quæ corpus eſt aere mu
craſſius ac ſpiſſius. Nec poſſunt vnquam aſueſcere ad h
mines, & manſueſieri, nec ſe contrectari patiuntur, n
poſſunt quidquam doceri. Hæc copioſius D. Baſili
Homil. 8. in Hexaëm. De delphino tamen mira ſunt q
ſcribit Plinius lib. 9. cap. 8. Plutarchus & alij. Cv
IMPERIO REGALI) Vt aliis animalibus, & vo
cribus quoque inter ſe, ſic aquilæ cum trochilo aui
inimicitiæ ſunt. Cauſſam, ſi credimus, aiunt eſſe, quo
am rex appelletur : quod vtique ſibi ferendum non pu
aquila. DIIS DEABVSQVE IN SACRIFICII
Orationem bouis, aut cuiuſuis alterius animalis im
landi ad expiationem, vide apud Arnob. lib. 7. non lo
gè à principio. Sanè pulchra eſt, & luculenta. SIC V
SVM SVPERIS) In rebus aduerſis & aſſlictis
cauſſam earum non videbant, aut in ſuis caſibus
quodammodo accuſare ac reprehendere tanquam pa
iuſtos volebant, ſic ſeſe conſolabantur, aut ſic loqueba
tur. Sic diis viſum, & ſimilibus formis. Virgil. 3. Æn.

*Poſtquam rex Aſiæ, Priamiq; euertere gentem*
*Immeritam viſum ſuperis.*

Et 2. Æneid.

*cadit & Ripheus iuſtiſſimus vnus*
*Qui fuit in Teucris, & ſeruantiſſimus æqui.*
*Diis aliter viſum.*

Horat. Oda 33. lib. 1.

*Sic viſum Veneri, cui placet impares*

Form-

*Formas atq; animos ſub iuga ahenea*
*Sæuo mittere cum ioco.*

*Plaut. Amphit. Ita diis placitum eſt, voluptati vt mœror comes conſequatur. & Rud.*

*Hoc Deo complacitum eſt, me hoc ornatu ornatam*
*In incertas regiones timidam eiectam.*

QVÆ TANTA CHARITATE) *Videtis fratres, inquit D. Auguſtinus, quemadmodum gallina infirmetur cum pullis ſuis? Nulla enim alia auis, quòd ſit mater, agnoſcitur. Videmus nidificare paſſeres quoſlibet ante oculos noſtros: hirundines, ciconias, columbas quotidie videmus nidificare: quas, niſi quando in nidis videmus, parentes eſſe non agnoſcimus: gallina verò ſic infirmatur in pullis ſuis, vt etiamſi pulli non ſequantur, & filios non videas, matrem tamen intelligas. Hactenus ille. Atq; idcirco Seruator, cum ſummam in genus noſtrum & effuſiſſimam charitatē ſuam vellet oſtendere, aptiorē ſimilitudinem, quam gallinæ congregantis ſub alas pullos ſuos, non inuenit.* OB SVMMAM TIMIDITATEM) *Adeò timidus eſt præ cæteris auibus cuculus, vt à minimis quibuſq; auiculis conuellatur, & earum conſpectum fugiat. Quare quidam hominem minima quæque expaueſcentem* ἱερογλυφικῶς *per cuculum ſignificarunt. Hinc etiam conuicia illa, ſiue quempiam adulteræ vxoris maritum dicere velimus, ſiue ignauum, ſiue ſtupidum, aut nullo animo præditum, vt cuculum appellemus.* DE PYTHAGORA PHILOSOPHO. QVI) *Videndus Ouidius 15. Metamorph. De ſarcophagia, duos libellos Plutarchi legēt ſtudioſi.* PAVCIS ANTE DIE-

BVS IMMIGRAVERAT) *Satis nota eſt μετεμψυ-χωσισ, quam Pythagoras & alij quidam docuerunt, [...] Homil. 8. in Hexaëm. vituperat grauiter D. Baſil[...] cuius verba ſubiecimus. Elatorum arrogantiúmque p[hi]loſophorum fuge deliramenta, quos haud pudet anim[as] ſuas, & equinas atque caninas eandem in ſpeciem [...]care: qui ſeipſos etiam, & mulieres olim, & frutica[...] ſerunt, & æquoreos piſces fuiſſe. Ego verò piſces qui[dem] illos olim fuiſſe non auſim dicere: eo tamen tempore, [...] iſta ſcribebant, expertes magis rationis quam piſces fu[iſſe] vehementer aſſererem atque contenderem.* EMPEDO-CLEM ET PORPHYRIVM) *Scripſit & Porphyri[us] libros περὶ ἀποχῆσ ἐμψύχων, & idem fuit dogma Em-pedoclis. Propterea non ineptè comites eos Pythagoræ [...]to dedimus, cum vtriuſque eadem fuerit ſententia.*

# PROGYMNASMA OCTAVVM ET TRICESIMVM.

## *Hiſtoriologia.*

*EVPHRONIVS, SECVNDINVS, PERPE-TVVS, EGESIPPVS.*

EVPHRONIVS. Ha ha. S. Quid vult de im-prouiſò riſus? EV. Subit me recordatio, [Se]cundine, illius tam ridiculæ hiſtoriæ, qua[m] inter deambulandum ante hoc biduum mihi Pe[r]petuus noſter recenſuit, cum in eam forte ex [...] mone

mone quodam incidiſſet. P. Fuit perquam faceta, eámque tibi etiamnum periucundam videri lętor: nihil enim malo, quam hilarari te quibuſcunque modis: ne quotidiana iſta hoſpes tua, melancholia inquam, te conficiat. EG. Eſtne vt poſsimus nos duo quoque huius veſtræ hilaritudinis participes fieri? EV. Eſt quidem Egeſippe: ſed vt rem fatear, altera narratio tam ſuauem riſum, & tam feſtiuæ delectationis fructum mihi non pareret: eſt enim vtipſe noſti, cum aurium faſtidio quodam coniuncta rerum quamuis lepidarum iteratio. Quare ſeorſim & opportunius Perpetuum de illa hiſtoria vobiſcum communicanda rogabitis, ne ego bis cramben. Nec dubitare queo, quin tu, Perpetue, vtes huiuſcemodi leporum obſeruandorum perſtudioſus, plura teneas illius generis: de quibus vt vnum hoc tempore in medium proferas, iſtiſque ſodalibus noſtris illius tuę, de qua paulo ante mentionem habebam, narrationis deſiderium lenias, mea etiam cauſa te oro: vis enim, vt dixiſti, quoniam me nimium frequens triſtitia occupat, modis omnibus ad hilaritatem animum meum traduci, ne opprimar: in quo præclarè tua erga me incredibilis humanitas elucet. S. Nos idem abs te contendimus. EG. Quia contigit quod diu optaueramus otium, & conuenimus homines multis inter ſe officiis coniunctiſsimi, da nobis tribus, vt quod Euphronius de te exiſtimat, & cui nos ſuffragamur, etiam iſta luce, vt aliâs, re ipſa comprobes. En vt oculis in te vnum coniectis, nos audiendi cupidiſsimos oſtendimus. P. Deprehenſum equidé me & concluſum planè ſentio, nec honeſtè patet

vllum effugium. Ne igitur vos diutius demorer, audite quippiam, ex quo illam etiam vtilitatem percipietis, quòd artium liberalium ſcientiam in præſentiſsimis periculis, acerbiſsimiſque caſibus magno ſubſidio, & ſaluti eſſe poſſe perſpicietis. Nam quod de Aſtrologia narrabitur, id ſimili ratione de cæteris intelligatur: cum hoc tamen, vt cauti ac prouidentes ſint, qui ipſis tum vtētur, qualis Hiſpanus ille fuit. EV. Hiſpanus? quid is tentauit? quid machinatus eſt? P. Ferdinando Magalliano duce per Indias Hiſpani cum nauigarent, eáſque terras & inſulas explorarent, euenit, vt apud quoſdam barbaros aquationis, & commeatus petendi cauſſa excenſionem facerent. Illi, vt erant præ cæteris immanitate efferati, neutrum aduenis, quanquam ad omnes preces obteſtationéſq; deſcendentibus gratificari voluerunt. Quod ſi vim facerent, ſe paratos ad illos contrucidandos non obſcurè ſignificabant. In extremas adducti anguſtias quid agerent? quid conſilij caperent? quo ſe verterent? Ad ipſum iam leti limen fame ſitíque perductos ſe videbant, nec vlla ſalutis expediendæ ſpes dabatur. Vehebatur illa claſſe inſignis Aſtrologus, qui die ſuperuenturo, certa hora ac momento ſolem luna orbem ſubeunte tantoperè defecturum præſciebat, vt ſtellæ interdiu, perinde ac noctu micarent: quod naturæ portentum illorum barbarorum nemo adhuc aliquando conſpexerat: nec enim quotquot annis ſol deficit: nec ita ſtatim, vt in quauis parte mundi defectio illa noteſcat. Hic ergo Aſtrologus epibatas & claſſiarios bono animo eſſe iubet, hortatúrque, vti de-

nuo

quo agreſtes illos mortales, ſeu belluas potius ſupplicatum adeant, & miſceant precibus minas. Niſi confeſtim quæ petant ſuppeditent, craſtino die ſub talem horam (quam exprimebat) viſuros in cœlo indicium manifeſtiſsimum, quantopere Hiſpanorum Deus ipſis accolis iratus: quantáque ſuppliciorum diritate mox ſine vlla miſericordia in eos graſſaturus eſſet. Barbari preces iterum pro nihilo ducere, minas irridere. Procedit dies, nulla vſpiam in ſublimi conſpecta nubecula, ſereniſsimus & puriſsimus. Ecce ſub meridiem, ea ipſa hora, quam Hiſpanus nominauerat, ſolis nitidum caput obſcura ferrugine paulatim tegi ac nigrore ſanguineo deformari, ſuúmque lumen mundo penitus negare. Indigenæ nouo metu trepidare, voces miſerabiles fundere, & mutua miſeratione collacrymari. Deinde vltro ad naues curſu ferri, panes, carnes, fructus, aquam, & quidquid cibariorum in promptu eſſet, quidquid etiam Hiſpani vellent, affatim elargiri, obſecraréque, vti numinis iras precibus mollirent, ſuiſque ceruicibus intentatam vindictam auerterent. Quid illi? cadunt in genua, Deo vota nuncupant, ac velut exauditi, ſupplices conſolatione deliniunt, breuíque interuallo diuinæ rurſus clementiæ erga ſe argumentum viſuros (luna ſcilicet, quæ orbis ſui opaci & obſcuri obiectu ſoli caput obſtruit eáſque creat tenebras recedente) polliceri. Id quod factum eſt. Lætati incolæ ſupra quam credas, ſoluentes Hiſpanos cum bonis ominibus & laudibus proſecuti ſunt. Illi ſuo Aſtrologo gratias ampliſsimas egerunt. EV. Ineſt in hac hiſtoria ſagacitas & lepos, méque illius mo-

net, quæ ſcripta eſt de Pericle. Nam cum Atheenſium claſsi centum & quinquaginta nauium præfectus eſſet, iámque triremem conſcendiſſet vt nauigaret, ſol deficiens tenebras rebus induxit. Cæperunt nautæ animos deſpondere & veluti oſtento infauſto contremiſcere, ipſéque gubernator quid facto opus eſſet hęſitare. Hic Pericles chlamydem ſuam eius vultui cum obieciſſet, rogauit num quippiam mali euenturũ ex illa re crederet. Illo negante: quid ergo hæc res ab illa differt, niſi quod maius quiddam chlamyde eſt, quod ſoli opponitur? Hoc dicto omnes metum poſuerunt. Aliter accidit Niciæ, qui pauore huiuſmodi defectionis conſternatus, claſſem veritus eſt portu educere, atque ita opes Athenienſium afflixit. Fuiſſet etiam Romanus exercitus in terrorem datus defectu lunæ, niſi eum prædixiſſet, & cauſſam expoſuiſſet Sulpitius Gallus. S. Quod initiò affirmabas, Perpetue, artes ingenuas aliquando in periculis aduerſiſque caſibus præſidium & ſalutem afferre, ſi quis modo iis ad tempus vti ſciat, id arbitror Æſopum docere voluiſſe illa fabula de cygno & anſere. EG. Audire lubet. S. Homo diues anſerem ſimul & cygnum, illum quidem gulæ & ventris, hunc autem cantus gratia domi in ornithrophio alebat. Cum iam tempus veniſſet occidendi, aſſandíque anſeris, eſſétque nox, qua alter ab altero diſcerni non poſſet, abreptus eſt pro anſere cygnus. Qui poſtquam cantu mellitiſsimo naturam ſuam patefecit, vita donatus ac dimiſſus eſt. Hic cantus non aliud inſinuat, quàm vocem litterarum, qua ſæpenumero illi & magnas commo-

tates compararunt, & vitam retinuerunt, vbi anſeres, hoc eſt indocti homines, & à Muſis alieni grauiſsimè afflictati ſunt. P. Ad idem confirmandum valere puto etiam quod de Arione citharædo & delphino piſce commenti ſunt poetæ. EV. Fabulas iſtas & legimus & audiuimus ſæpius: nunc hiſtorias abs te, Perpetue, hilariores requirimus. P. Abſurdum verò aliunde corrogare, quo abundes domi. EG. Non ita eſt, pauperes ſumus, & quod nobis deeſt, tibi etiam ſupereſt. P. Non ergo hac vnica narratione contenti eſtis, vt video. EV. Qui poſsimus? P. Veſtrum aliquis viciſsim me oblectet, ſi ego vos vnica iſta hiſtoria oblectaui: nam audiendo quam dicendo iucundiora fiunt, quæ alioqui iucunda ſunt: videntur enim noua; noua autem gratiora, quia nouam, hoc eſt, ante nondum perceptam voluptatem pariunt. EV. Iocóne, an ſeriò? P. Prorſus ſeriò. EV. Commemini haud illepidæ hiſtoriæ, quam tua cauſa, Perpetue, potiſsimùm referam, vt tibi de tuis quaſi grates hoc modo perſoluam. Sed redibis tamen ad narrandum, vbi ego conticuero. P. Auſculto cupidè: & de reditu ad narrandum videbitur. EV. Hæc mea docebit nonnunquam ſingularem amorem eſſe filiorum in parentes: quanquam illud certum eſt, vniuersè parentes magis diligere, minus autem diligi. Homo fortunatus & locuples animam editurus teſtamentum condidit, clauſúmque & obſignatum filiis tradidit, præcipiens, vt ne aperirent, antequam ipſe naturæ conceſsiſſet, ſtatímque poſtea quod iuberentur efficerent. Moritur pater, illi teſtamentum reſignant, inueniunt eum ſuſpicatum, ex tri-

bus vnum ſolum ex ſe genitum, ſuúmque ac germanum eſſe filium, duos, ex adulterio videlicet vxoris, alieno ſemine procreatos. Mandat, vt extinctum corpus ſuum ſagittis petant, illéque ſolus ſit hæres, qui propius ad cor ſagittam miſerit. Venitur ad magiſtratum, videtur atrox, & repugnans naturæ, filios in paternum cadauer iaculari. Nihilominus ſtatuitur, ſi hæreditatem cernere velint, iuſſum patris exſequantur. Alligatur corpus ad columnam, cuíque arcus datur cum ſagitta. Duo ſeniores iaculantur, pectus ambo tangunt. Tertius, idémque natu minimus detrectat, ſeſéque auertens, & illacrymans, arcum & ſagittam confringit, inquiens: vos hæreditatem habetote, ego tam crudelis eſſe non poſſum, vt ſagittam iaciam in chariſsimum patrem meum. Iudices attoniti decernunt vno conſenſu, huic ex teſtamento hæreditatem deberi, qui proximè ad cor patris acceſsiſſet: quia nimirum maximè eum, & vt legitimus germanúſque filius dilexiſſet. Renuntiatur ergo hæres ex aſſe ſolus ille, duo alij tanquam ſpurij exhæredes fiunt. P. Sine dubio elegans hiſtoria, quæ ſimul patris illius ingenium ad eliciendam veritatem in re dubia pulcherrimo facto indicet. Credo equidem memorem fuiſſe iudicii illius Salomonis inter duas meretrices de infante viuo delitigantes, cum hoc teſtamentum faceret. Sic Claudius Imp. vt ſcriptum eſt apud Suetonium, fœminam non agnoſcentem filium ſuum, dubia vtrinque argumentorum fide, ad confeſsionem compulit, indicto matrimonio iuuenis. EV. Perge nunc in narrando, ne excuſationem vllam afferas. P. An vo

hiſto-

hiſtoriarum cornucopiæ me putatis? EV. Theſaurum quidem certè. EG. Promptuarium. S. Promum condum ego te appello, ſi pateris. P. Patiar ego, modo veritas etiam patiatur, de quo vos videritis. EV. Quod vereris, ego præſtabo. Narra quæſo. P. De pietate filij in parentem mortuum memorauit Euphronius: ego de pietate filiæ in parentem quem putabat extinctum, ſed adhuc anhelitum ducentem reperit. Audite quęſo, & de Ænea cogitate, qui patrem æuo feſſum humeris ſubiens, occidente iam Troia ſecum extulit. Profectò hoc quod dicam cum illo contendit. EG. Euge Perpetue. P. Cum annis ſuperioribus in Gallia Hugonotarum ferueret impietas, vaſtarétque vrbes, templa dirueret, orthodoxis facultates, vitam & ſanguinem eriperet, fuit inter præſidiarios cuiuſdam arcis, quæ oppido imminebat, Catholicus, cuius in eodem oppido manebat vnica filia, annos ſedecim nata. Hæc arce ab Hugonotis occupata, cum patrem occiſum iam crederet (ducentos enim cõtra datam fidem crudeliſsimè ſtatim necauerant: alios magno numero è rupis faſtigio præcipites deturbauerant) ſola in arcem aſcendit, per medias hæreticorum acies animo imperterrito penetrat, aceruos cadauerum ſcrutatur, tandem patrem inuenit, multis illum quidem affectum vulneribus, ſed trahentem adhuc ſpiritum. Eum, ô pietas, ſublatum humeris, inſpectantibus & ad miraculum attonitis hoſtibus domum deportat: nec ſolum vitæ, verum etiam ſanitati reſtituit: tam pia fuit huius eximiæ puellæ ſedulitas, & tam ſedula pietas. Res geſta eſt apud Moruaſium ad littus Rhodani

dani ſitum in Comitatu Venetico. S. Digniſsima virgo, cuius nomen nunquam intermoriatur. EG. Quin illa quoque digniſsima omni pręconio filia, de qua D. Cyprianus in epiſtolis. Quæ Numidici patris, propter Chriſti confeſsionem ſemiuſtulati, lapidibúſque obruti cadauer, tum ſollicito pietatis obſequio inquirit, ſemianimem inuenit, extraxit, refocillauit, ad vitæ integritatem & valetudinis ſoſpitatem amantiſsima cura reparauit. En, quam ſimile factum? S. Simillimum. Digniſsima item illa humilis & ignobilis puerpera, quæ ſupplicij cauſſa carcere incluſa matre, cum impetraſſet aditum, à ianitore ſemper excuſſa eſt, ne quid inferret cibi, deprehenſa eſt vberibus alens eam. Quo miraculo matris ſalus donata pietati eſt, ambæq; perpetuis alimentis, & locus ille eidem conſecratus deæ, templo pietatis condito in illius carceris ſede. EV. Fuit alia non Romana, quæ patrem ſuum conſimili fortuna affectum lactauit, cum eum tanquam infantem pectori ſuo admoueret. Hanc quoq; illa gloria vehementer digná iudicatote. P. Digniſsimæ item illæ mulieres Germanicæ, quæ viros ſuos à certiſsimo interitu fraude pia liberarũt: iam enim ab amore liberorum in paréntes, ad amoré cõiugũ in maritos tranſibimꝰ. EV. Quod factum harũ mulierum? P. Dulce inprimis ad audiendum: quod ego quã breuiſsimè potero perſtringã. EG. Vt eſurio iſtũ bolũ? P. Cũ Imperatori Conrado annis multis cum Guelfo Principe Bauarorũ, qui aliquot oppida Sueuiæ tenebat, vario euentu pugnatum eſſet, tandem bellum omne Vinsbergi compulſum eſt, quo ſe Guelfus receperat, omnéſq;

vires

vires ſuas contulerat. Expugnatus fame, acceptis à victore conditionibus ſe dedidit. Statuit Imp. vti Guelfus, Barones, & nobiles vincirentur, & in cuſtodiam traderentur, quô deinde tanquã in rebelles animaduerteret, vrbs diriperetur, ciues vitã & libertatem retinerent. Tum Guelfi, aliorúmq; nobilium vxores priusquam portæ reſerarentur, ab Imp. petiuerunt, vt ſibi concederetur, abire ſaluis, aſportantibus ſecum, quantum vnaquæq; aſportare poſſet. Id cum clementiſsimus Princeps libenter dediſſet, & hoſtes auro, gemmis, pecunia, mundo muliebri onuſtas mulieres ex vrbe egredientes ſe viſuros arbitrarentur, longè aliud, ſæclis omnibus memorandum viderunt. Nam his, quę dixi, omnibus contemptis, quælibet virum ſuũ humeris impoſitum, paruos liberos in ſinu gerens, cum lacrymis per media Imperatoris caſtra exportabat, tantiq; facti dux ante omnes fœmina princeps Guelfi vxor erat. Concurrebat miles ad ſpectaculum, alij ſortem humanam miſerabantur, alij mulierũ pietatem in cœlum tollebant. Ipſe quoq; Imp. tumultu excitus, philoſtorgia iſta vehementer commotus, continuò iras ponit, & miſericordiã capit erga miſeros: quiq; antea hoſtes non ſine difficultate, nunc ſeipſum glorioſiore victoria facillimè vincit. S. Mihi quoque commouiſti animum, vt vix teneam lacrymas. Habéſne aliud facinus ſimile? P. Nunc quidem huius generis ſat multa, quæ inquam ad philoſtorgiam pertinent. Sigiſmundi Imp. qui multis magniſque virtutibus floruit, ingenioſum factum cum retulero, finem faciam & loquendi & audiendi: nam hinc à vobis digrediar. Seruierat ei quidam

dam admodum diu, & ſeruierat fideliter ac dili-
genter: nec tamē huius fidelitatis ac ſtudij ſui erga dominum aliquod inſigne prœmium acceperat. Euenit vt Imp. ſuſcepto itinere per aquulam equo veheretur. Is equus, cum ibi vrinā facere incepiſſet, adductis frænis conſtitit Imp. Tum ille ſeruus cum iumento ſuo præteriens, & ſubridens: equus iſte, inquit, domini ſui morem imitatur. Miratur dictum & audaciam Imp. hominem repente ad ſe iubet, & enuntiare, quid tam vrbanè iocatus eſſet. Reſpondit. Beſtia hæc meit in locum, vbi iam antè aqua cernitur: ſic tu Imp. illis largiris qui habēt. Intellexit ille, à veteri & fideli famulo tenacitatē ſuā & ingratū animum exprobrari. Mihi quidem, inquit, voluntas nunquam defuit, te ac tui ſimiles afficiendi bonis promeritis: ſed ſcito Principum beneficia & munera nō in eos qui meriti ſunt, verùm in eos, quibus deſtinata ſunt conferri conſueuiſſe, nec illorum, ſed iſtorum eſſe potius. Hoc tibi cum de via diuertero declarabo. Fieri curat pyxides duas, magnitudine formáq; ſimillimas, vnā auro, alterā plumbo implet, æquali pōdere, ſeruū accerſit. Elige, ait, alteram harum pyxidū, quarū vna auro plena eſt, altera plūbo. Angitur ille, & ancipiti cura diſtractus, modo hanc, modo illam tollens ponderat, & vtram eligat etiam atq; etiā dubitat. Tandem ſumit eam quæ plumbū continebat. Cū aperuiſſet: En, inqt Imp. nō mihi voluntatē, ſed tibi fœlicitatē defuiſſe aſpicis. Indicare voluit vir ſapientiſſimus hoc lepore, neminem ſine Deo beatum eſſe. EV. Sic res ſeſe habet. P. Vos valete in perendinum. S. Et tu quoque mi Perpetue vtinam ſemper valeas, etiam pugilicè.

ANNO-

# ANNOTATIONES.

ALITER ACCIDIT NICIÆ) *Legatur Plin. lib. 2. cap. 12. Patricius de Regno lib. 16. tit. 16. & de Repub. lib. 2. tit. 2.* DE ARIONE CITHAROEDO) *Huius fabulam exſequuntur multis, & perſpicuè Plutarchus in Conuiuio, & Ouid. 2. Faſtor.* TANQVAM SPVRII) *Spurius appellatur, qui matre quidem certa, patre autem incerto natus eſt, à græca voce, quaſi* σποράδην *conceptus. Conuenit in omnes, qui ſine iuſto patre nati ſunt, qui vulgò quæſiti dicuntur, germanicè* Fündelkünder/ *inuenti, ſeu expoſiti. Vocantur etiam liberi naturales à Iureconſultis. Species ſpuriorum quinque. Ex concubinatu, ex ſcortatione, ex ſtupro, ex adulterio, ex inceſtu. Nothi hi ſoli dicuntur, qui ex concubina geniti ſunt: hoc eſt, ex muliere libera, innupta, quam vir cœlebs domi concubinatus nomine ſolam habuit. Vide præterea quid de hiſce vocibus ſcribat Bud. in Pand.* ILLA HVMILIS ET IGNOBILIS PVERPERA) *Hæc ex Plinio lib. 7. cap. 36. iiſdem verbis. Ibidem Gracchi pietas in Corneliam, & M. Lepidi in Apuleiam vxores, & P. Rutilij in fratrem, & P. Calieni Philotimi in patronam narratur. Vide etiam Valer. lib. 5. cap. 4. de pietate in parentes.*

PRO-

# PROGYMNASMA NONVM ET TRICESIMVM.

## *Somnia, & quatuor conſtitutiones corporum.*

*SERVILIVS Cholericus, HYGINVS Sanguineus, BASSVS Melancholicus, EGERIVS Phlegmaticus.*

SERVILIVS. Salutat te ſalus Hygine. Quibus latebris occuluiſti, & vnde huc ad nos ſopore nondũ penitus excuſſo prorepſiſti? H. A Cimmeriis Aſiæ populis, à quibus Cimmeriæ dicuntur tenebræ. B. Mira ſunt, niſi tu hæc etiamnum dormiens, & per ſomnium. Quo id tandem modo? H. Specus montanus eſt prope Cimmerios, Somni aula: eo iuſſa perferenda dedit nuntiæ ſuæ Iridi quæ Diuûm incedit regina Iuno. Nam Halcyone pro Ceycis Trachiniæ Regis, mariti ſui incolumitate & reditu diutius ſibi fruſtra ſupplicem eſſe noluit, cum is facto naufragio interierit. Mandauit ergo Somno per Iridem, cui ego me comité addidi, mulieri per quieté Ceycis ſummerſi imaginé obiiciat, vti votis poſthac ſuperſedeat. E. Fuiſti ne in Somni regia? H. Fui. E. Et Somnum vidiſti? H. Ita. E. Credo equidem: nam id oculi tui te etiam tacente loquuntur. Sed qualis ea regia, qualis ille Rex? H. Si benignam auribus datis operá, enarrabo. S. Benigná. H. In mõte, vt dixi, lógo receſſu ſpelunca

vi-

viſitur, quam nec matutini, nec meridiani, nec veſpertini ſoles radiis ſuis vnquam perfundunt: nebulæ illic, caliginéſq; continenter, & lux quædam maligna ſeu dubia, qualis eſſe conſueuit, cum iam ſera crepuſcula noctem trahunt. Non audias ibi cantantem gallum, latrantem canem, ſtridentem anſerem. Non cernas neq; cicur vllum, neq; ferum & indomitum animal. Vox humana illic inaudita, ventus nullus, ſtrepitus aut fragor nullus, quies & ſilentium altiſsimum, ne quid turbare Somnum vel modicè poſsit. Emanat tamen ab imo antro tenuis riuulus, cui nomen Lethe, hoc eſt obliuio. Verùm is Somni otium tranquiliſsimúmq; ſtatum adiuuat etiam, tantum abeſt vt impediat. In aditu, ante fores inquam, ſeges papauerum, & herbarum, è quibus ſuccos expreſſos. Nox per terras ſpargere, & cum hominibus, tum cæteris animantibus ſoporem inducere ſolet. Ne autem ianua in cardine verſata ſtridorem ederet, nulla illic ianua, neq; vllus cuſtos, aut excubitor. Ingredimur, ecce in medio thorus altè extructus, lignum ebeninum, cuius colorem maximè fertur diligere Somnus, cui omnia nigra & atra ſunt quam gratiſsima. Erant ibi culcitæ & culcitræ plumeæ mira mollitudine, ſed nigræ, vt item ſtragula veſtis, & toralia. Iacebat bonus ille Somnus porrecto corpore, membris reſolutis, totus iners, oſcitabundus, atq; languidus. Ex omni parte videbamus tanquam magnos & amplos exercitus circumfuſos & circumuolitantes, iñumerabiles rerũ figuras, quæ vocantur ſomnia, quas illum omnes genuiſſe mihi Iris affirmabat, quáſq; dum procederemus ſuis diſpellere ac

remouere manibus cogebatur: ita nos conferti
appetebant. Vbi ad thorum acceſsimus, Somnum
oculos ægrè attollere, & ſplendore veſtis, qua vela-
batur Iris, vehementer eius acies offendi, iterum
iterúmq; labi caput, ſumma pectoris mento pe-
cutere, & neſcio quid muſſare. Tandem ſe vtcun-
que vincens, cubito innixus, oculis conniuentib.
quærit ab Iride, quam agnoſcebat, quid à ſe vel-
Illa quæ habebat mandata exponit. Ego intere...
ſopore luctari, & acriter obniti, qui me propter-
Iam Somni vicinitatem acerrimè inuadebat; ...
minus interim quàm ille antea mento, ſummum
pectus capite labante contingere. Senſit etiam ...
ſomnificam Iris, quod animaduertebam equidem
& ipſa in digreſſu mihi retulit. Annuit poſtula...
Somnus, & cum inter filios eius tres quaſi prin-
patum teneant, Morpheus, cuius officium eſt ho-
mines imitari: Icelus ſiue Phobetor (eſt enim bi...
minis) qui beſtias effingit: Phantaſus qui res inan-
mas, primo illi ad Halcyonen adire, quæq; ſun...
imperaſſet, voce admodũ fracta ſomniculoſa ...
ſigere præcepit: moxq; per ſtratum, cadente ...
ſum in puluinum capite ſe extendit, & cum ro...
chis quos illico trahebat ingentibus nos loco vel...
dictionis dimiſit. Puto nunc vos intelligere, quam-
obrem à principio dormitaſſe viſus ſim. B. Mira-
dum eſt magis te contra aduerſarium tam pot...
tem atq; dulcem reſiſtere & repugnare potuiſſe...
non deuictum corruiſſe. Ha ha ha, vt lepidus po-
ta eſt noſter Hyginus? Cæterùm, quia in antro ...
tam multiplices rerum formas intuitus es, non...
tum in mentem veniebat multarum, quas p...
ſomnum ſæpenumero vidiſſes? nonne casibus

cog-

cognoſcebas? H. Immò veniebat, & recognoſcebam. S. Quas Hygine? H. Cernebam læta plurima. Eximias hominum facies, virorum ac mulierum, veſtes auro ſaturata, pulcherrimas picturas, ædes magnificas, ornatiſsimas ciuitates, amœniſsimos hortos, floridiſsima prata, viridiſsimas ſyluas, nobiliſsimas aues, & in iis phœnicem. S. Quid audio? phœnicem? H. inſtrumenta muſica, abacos aureis argenteisq́; vaſis refertos, regali luxu apparata cõuiuia, comœdias, ſpectacula, ludos, choreas, pompas, conuentus amicorum, nuptias, & alia demum per quietem non rarò viſa. E. Delectabaris, credo, illo aſpectu. H. Quid credis? S. Non tu eodem in antro hos etiam ſomni filios videbas, iurgantes, ſeſe mutuùm pulſantes, lites contrahentes, rogos, incendia, focos, flammas, ſcintillas, carbones viuos, ferrum ignitum, fornaces ardentes, ignea deniq; multa? non concurrentes exercitus, pila, gladios, tela, tragulas, tormenta militaria? non illic videbas qui ſcanderent muros, qui in tecta malleolos conijcerent, qui vrbes diruerent, puberes & impuberes interficerent? non alia poſtremò impetus, vehementiæ, iracundiæ, atrocitatis, ſæuitiæ plena? H. Etiam hæc. S. talia viſa per noctem ludunt mentem meam. H. Vel ex his perſpiciatur, tuam conſtitutionem calidam & ſiccam eſſe, qua ſunt cholerici: quos quidem deſcribunt homines in rebus agendis violentos & acres nimium, magno elatóq; animo, honorum oppidò ſitientes, ad iram furorémq; propenſiſsimos. S. Rurſus, etiam ad placabilitatem clementiámq; facillimos, ad accipiendã deponendámq; offenſionem molliſsimos. H. præterea

terea prodigos,cibi ac potionis auidiores,lucripe-
tas,iuſtitiæ cultores,fidos,ſinceros,dociles,ingeni-
oſos. Quod ad corpus attinet, plerumq; membris
oblongis & gracilibus,oculis recedentibus,aquili-
no naſo,facie citrina, pectore lato & piloſo, gradu
incitatiore ſunt,verba celeriter voluunt, ſermo-
orum durus & aſper,vox arguta. Adde quod e-
ſcæna voluptate facilius ineſcantur. S. Et ex tuis
ſomniis temperamentum corporis tui calidum &
humidum,teq; ſanguineum eſſe coniectet quiſpi-
am. Quod tamen ego inde iam pridem explorati-
us noui,quòd triſtitiæ inimicus, quod vultu ſis
hilari atq; amabili, ſermone dulci, ad riſum pro-
nus,affabilis,benignus,liberalis,ad artes ingenuas
idoneus.Accedit,quòd non ſpernis delicatiora ci-
baria,nec vina notę probatioris,non diu,nec mul-
tum iraſceris. Reliquas cõditiones tuas tuorumq;
prætermitto. Sunt nihilominus vobis perinde ac
nobis cholericis ſua vitia,& inprimis illarum il-
cebrarum ac voluptatum appetitus, quæ nihil ha-
bent coniunctũ cum honeſtate. H.Socrates quoq;
naturâ mulieroſus erat, ſed virtute vitium repri-
mebat ac ſuperabat. Eum nos imitabimur,ſtatua-
múſq; non eſſe malum ſentire peccata,ſed conſen-
tire peccatis, vt chriſtianè loquar. B. Ego autem
ſomnia ſomniare ſoleo lugubria, terrifica, moleſta,
horribilia : nempe lacrymas, amiſsionem rerum
chariſsimarum,ſepulchra, cædes, funera & fune-
bria.Meipſum frequenter carnificis manu ſuſpen-
ſum,aut decollatum iri iam condemnatum ſom-
nio,&, vt par eſt, mærore contabeſco, lætitiaq; in-
genti perfundor, cum euigilans metũ fuiſſe ſom-
nium

nium animaduerto. Quas ob res me dicatis licebit ſiccum & frigidum, planeq́ melancholicum, cui atra bilis imperet quod fateor, idq́ ſatis inſuper declarat deiectus ac triſtis vultus meus, amor ſolitudinis, & alia. H. Illa alia rectè ſubtices, ne tua tibi vitia exprobrare videare. Timidus omnis melancholicus, opinionum ſuarum retinens, ſuſpicax, tenax. B. Tace reliqua. Atqui valent ingenio, quod vnum & in prima cõmendatione ponitur ab omnibus; & tantum eſt bonum, vt morbos animi quamuis multos compenſet. Omnes ingenioſi melancholici, eſt apud Ciceronem ex Ariſtotele. Quaſi dicamus, omnes melancholici ingenioſi: nihil enim differt, vtrum dicas: omne ad riſum aptũ eſt intelligens ſeu rationis compos; an, omne rationis compos eſt ad riſum aptum. Vtrumq́ verum, & vtrumuis ex altero efficitur atq́ colligitur, viciſſimq́ retro commeant, quod myſterium dialecticos non latet. Narret ad vltimum frigidus & humidus iſte Egerius, phlegmaticus & pituitoſus iſte Egerius de ſomniis ſuis. Quæ diuina inter dormiendum vides? quæ cœleſtium ſpecies ſecundùm quietem tibi offeruntur? E. narrabo, quanquam ſcientibus. Mihi quaſi in deliciis eſt ſomniare aquatica, fluuios, puteos, pluuias, niues, glaciem, piſces innatantes, ranas etiam in paludibus coaxantes. H. Iſtorum phantaſmatum permagnas vidi multitudines, quorum creandorum aliis Phobetor, aliis Phantaſus præerat. Atq́ vt haſce ibi, tua videlicet ſomnia; ſic in his quas vnà habitamus ædibus ſomnolentiam, & in actionibus cunctationem ac tarditatem tuam video quotidie, miror q́

te vſqueadeo quid de te ſentiatur parui ducem, nec tenaciorem ineſſe tibi memoriam. Sed hæc phlegmaticorum ornamenta ſunt: vt item pinguis & alba facies, carnoſum corpus, infirmum pectus, anguſtiores venæ: quódq; inprimis laudandum eſt, à veneris oblectamentis alienus animus. E. Tu quidem me obiurgas, vt exiſtimo, cum naturam phlegmaticam te interim deſcribere ſimules. Noli dicere malè ne forte peius audias. H. Apparet eſſe cõmotum. Veritas odium, Egerj. Nihil eſt, accipe aliud. De quibus adhuc egimus ſomnia habitudinem & conſtitutionem corporis quaſi parentem habent, vocanturq; naturalia. Certum eſt porrò, ex appetitione quoq; affectionéq; prouenire. Hinc eſurientes cibum, ſitientes potum, pueri veſtes nouas, & ludicra ſua, vt globulos, nuces & alia ſomniant. Præterea ex diligenti aut frequenti tractatione & ſtudio atq; amore alicuius rei. Hinc Ciceroni ſomnio Scip. Hîc mihi (credo equidem ex hoc, quod eramus loquuti: fit enim verè, vt cogitationes, ſermonésq; noſtri pariant aliquid in ſomno tale, quale de Homero ſcribit Ennius, de quo videlicet ſæpiſsime vigilans ſolebat cogitare, & loqui) Africanus ſe oſtendit illa forma, &c. Sic literis impensè dediti & ſapientię percupidi libros tranſlatos in ſomniis, magiſtros audiunt, docent, diſputant. Honorum ſtudioſi digitis monſtrantur, & plauſus ciuium ſuorum captant. Auari ſemper in pecunia numeranda & occultanda occupantur: oratores agunt cauſſas: milites pugnant: nautæ nauigant: luſores ludunt. Carminum Claudiani ab hac diſputatione haud abhorrentium memini.

*Omnia quæ ſenſu voluuntur vota diurno*
*Pectore ſopito reddit amica quies.*
*Venator defeſſa thoro cum membra reponit,*
*Mens tamen ad ſyluas & ſua luſtra redit.*
*Iudicibus lites, aurigæ ſomnia currus.*
*Vanáque nocturnis meta cauetur equis.*

Parit etiam ſomnia, & quidem inaudita, prorſuſque admiranda cerebri praua affectio, vt in phreneticis. Cæli quoque mutatio, quæ corpus immutat: vnde fumi exciti atque in cerebrum ſublati varia diſsimiliáque ſomnia progenerant. Aiunt etiam medici, ſanguine corrupto fieri, vt homines per loca ſpurca, immunda, fœtida ſe putent ambulare. Pueros autem ante quintum annum ætatis ſomniare negat Ariſtoteles. Cacodæmon ipſe aliquando ſomnia immittit, quibus illudat hominibus, aut eos ad id quod vult incitet atque perducat. Immittit prætera Deus, vt Pharaoni, Nabuchodonoſori, Ioſepho, quibus in futurum aliquid prænuntiat & monet: qualia ſomnia egregias interpretationes habent, & in ſanctis literis commendantur. E. Quædam fatalia nominari video, quibus futura portēdantur, eáque numerari genus alterum; nam primū volunt eſſe naturalium. Quid tu de iſtis fatalibus? ſpeculum intueri ſignificat ſobolem, ferrum tractare diuturnam vitam, duas videre lunas honorem, cernere muſcas iniuriam, amittere dentem aut oculum mortem amici, manus videre ſordidas damnum & periculum, monachum videre calamitatem, agnos paſcere dolorem, pontem fractū tranſire timorem, leporem videre mortem, & huiuſcemodi ſexcenta. H. Iudico eſſe aniles nugas,

& inaniſsima, nec plus habere ſignificationis, quã illa tertij generis, quæ Vana appellantur: in quibus nempe occurrunt ſopitis, quæ per diem vigilantes aſpexerunt, audierunt, aliquo ſenſu vſurparunt, cogitarunt. Macrobius quinq; genera ſtatuit eorũ quæ ſibi videre dormientes videntur. ὄνειρον ſomnium, ὅραμα viſionem, χρηματισμὸν, quod oraculũ nuncupatur, ἐνύπνιον inſomnium, φάντασμα viſum, quem legite. S. Amabo, non animalia ſimiliter nos ſomniare credis? H. An ego non crederem? Quid aliud ſunt ſomnia, niſi reliquiæ earum rerũ, quas vigilantes ſenſu aliquo hauſimus, ſeu viſa et motionibus rerum à vigilantibus ſenſu perceptarum: quæ res nõ ſtatim vt ſenſus afficere deſierunt euaneſcunt, ſed manent earum imagines, quæ dormientibus deinde obiiciuntur. Vtuntur autem ſenſibus externis internisq; etiam beſtiæ, communi inquam, & quæ dicitur φαντασία à Græcis, in qua velut in tabula ſpecies & imagines rerum ſenſibus vſurpatarum inſculpuntur. S. Produc teſtem, ſi potes. H. poſſem plures, ſed vni Lucretio, cuius de equis, canibus tam domeſticis quam venaticis, ac de auibus pulcherrimi verſus hi ſunt libro quarto; quem poetam quòd in ſinu geſto, peropportunè à me factum eſt. Attendite.

*Vſqueadeò magni refert ſtudium atq; voluntas,*
*Et quibus in rebus conſuerint eſſe operati*
*Non homines ſolùm, ſed verò animalia cuncta.*

## De equis.

*Quippe videbis equos fortes cum membra iacebunt*
*In ſomnis ſudare tamen, ſpirareq; ſæpe,*

*Et quaſi de palma ſummas contendere vires,*
*Tunc quaſi carceribus patefactis tempore puncto.*

## De canibus venaticis.

*Venantúmq; canes in molli ſæpe quiete*
*Iactant crura tamen ſubitò, vocesq; repente*
*Mittunt, & crebras reddu cunt naribus auras,*
*Vt veſtigia ſi teneant inuenta ferarum,*
*Expergefactíq; ſequuntur inania ſæpe*
*Ceruorum ſimulacra, fugæ quaſi dedita cernant:*
*Donec diſcuſsis redeant terroribus ad ſe.*

## De canibus domeſticis.

*At conſueta domi catulorum blanda propago*
*Degere, ſæpe leuem ex oculis, volucrémq; ſoporem*
*Diſcutere, & corpus de terra concipere inſtant.*
*Proinde quaſi ignotas facies, atq; ora tuantur.*
*Et quam quæq; magis ſunt aſpera ſemina eorum,*
*Tam magis in ſomnis eadem ſæuire neceſſum eſt.*

## De Auibus.

*At variæ fugiunt volucres, pennisq; repente*
*Sollicitant diuûm nocturno tempore lucos,*
*Accipitres ſomno in leni ſi prælia, pugnáſq;*
*Edere ſunt perſectantes, viſæq; volantes.*

B. Non elegantes modo, verum etiam lepidi verſus. Sed quia dies eſt, ſomnia ſeruemus in noctem, & ad libros noſtros redeamus. H. quorum te, vt Catonem illum, maximum helluonem nouimus. B. Pulchrum ſcelus mihi exprobras. In libris helluari quam in poculis, aliquanto præſtat. E. Non mediocrem ex iſtoc ſermone noſtro fructum excepi. Nam & aulam ſomni, & ipſum ſomnũ ita ἐναργῶς deſcriptum audiui, vt quodammodo coram oculis ſim intuitus. Cognoui cauſſas ſomniorum & genera. Didici quæ eſſent proprietates cuiusq; con-

ſtitutionis, quæ barbaris complexio. Ad extre[mu], de quo non minus quam Seruilius dubitabam, a[ni]malia perinde vt homines ſomniare doctus ſum: quod exempli cauſa Lucretius de equis, canib[us], auibus protulit, hoc de omnibus accipiendum p[u]to: vt de bobus, capris, aſinis, vrſis, leonibus, fe[li]bus, ceruis. Num de piſcibus quoq; ? H. Dormiu[nt] etiam piſces quanquam modicum, & facilè expe[r]giſcuntur. Sed quia imperfectiſsimæ animant[es], amplius de ſomnijs eorundem nihil diſputabim[us], ne ipſi potius ſomniare iudicemur. Ad ſua igitur quiſq; negotia diſcedamus.

## ANNOTATIONES.

*FVit mihi permagnæ delectationi cum legerem ſomni eiuſq; aulæ deſcriptionem apud Ouidium, Metamorph. 11. ex qua bonam huius dialogi partem confeci, lectorémq; meum delectare ſtudui. Quod ſi aſſecutus ſum, mihi gratulor, & illi gaudeo.* CIMMERIAE DICVNTVR TENEBRAE) *Regionis Cimmeriorum ingens caligo fuit & obſcuritas, de qua Homerus Odyſ. 11. Orpheus in Argonaut. Strabo lib. 1. De his Cic. in A[c]cadem. Et Cimmerijs quidem, quibus aſpectum ſolis ſiue Deus aliquis, ſiue natura ademerat, ſiue eius loci quem incolebant ſitus, ignes tamen aderant, quorum illis vti lumine licebat. Prouerbium, Cimmeriæ tenebræ, multam obſuritatem, aut animi caliginem ſignificat.* CREDO EQVIDEM) *aliorſum rapit verbum Egerim, quod Hyginus dixerat. Nam ſomnum videre etiam dicuntur,*

qu[i]

*qui ſomno ſopiuntur, & illum dormiuiſſe ex oculis coniectat. Terent. Heaut. ſomnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis. Ita Cicero ait ad Curionem, fuiſſe mirificam Caninij vigilantiam, qui in toto conſulatu ſuo ſomnum non viderit. Ouid. His ego ſi vidi mulcentem pectora ſomnum Noctibus. Ariſtoph. Veſpis.* ὕπνου ὁρᾷ τῆς νυκτὸς πασπάλην. NATVRA MVLIEROSVS ERAT) *Meo quidem iudicio poteſt hic locus declarari, & illuſtrari percommodè illis, quæ ſcribuntur à Cic. libro de Fato cum de hoc ipſo Socrate, tum de Stilpone Philoſopho. Sic ille Stilponem Megaricum philoſophum, acutum ſanè hominem, et probatum temporibus illis accepimus. Hunc ſcribunt ipſius familiares & ebrioſum, & mulieroſum fuiſſe: neq; hoc ſcribunt vituperantes, ſed potius ad laudem. Vitioſam enim naturam ab eo ſic edomitam, & compreſſam eſſe doctrina, vt nemo vnquam vinolentum illum, nemo in eo libidinis veſtigium viderit. Quid? Socratem nonne legimus quemadmodum notarit Zopyrus phyſiognomon, qui ſe profitebatur hominum mores, naturasq; ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoſcere? ſtupidum eſſe Socratem dixit, & bardum quòd iugula concaua non haberet: obſtruatas eas partes, & obturatas eſſe dicebat: addidit etiam mulieroſum: in quo Alcibiades cachinnũ dicitur ſuſtuliſſe. Sed hæc & naturalibus cauſis vitia naſci poſſunt: exſtirpari autẽ & funditus tolli, vt is ipſe, qui ad ea propenſus fuerit, à tantis vitijs auocetur, non eſt id poſitum in naturalibus cauſis, ſed in voluntate, ſtudio, diſciplina.* ATQVI VALENT IN-

INGENIO ) *Homines quoſq; vel in ſtudijs ſapientiæ atq; artium ingenuarum & illiberalium, vel in rep. regenda excellentes fuiſſe melancholicos docet Ariſtoteles, & cauſſam affert Sect. problem. 30. quæſt. 1. Verba Ciceronis ex 1. Tuſcul. ſic ſunt. Ariſtoteles quidem ait omnes ingenioſos melancholicos eſſe: vt ego me tardiorem eſſe non moleſtè feram. Enumerat multos: idq; quaſi conſtet, rationem cur ita fiat, affert.* ALIQVO SENSV VSVRPARVNT ) *Quomodo dicimus ſermone aliquid vſurpare, pro commemorare & referre, ſic Lucretius dicit ſenſibus aliquid, oculis vſurpare, id eſt percipere. Plaut. quoq; Trinum. quas ego neq; oculis, neq; pedibus vnquam vſurpaui meis.*

# PROGYMNASMA QVADRAGESIMVM.

## *Apologi.*

*LYSIMACHVS, MELISSVS, TALASSIVS, CASSIANVS.*

LYSIMACHVS. Fabularũ, Meliſſe, quibus proprium nomen factũ eſt Apologis, audiendarum legendarúmq; cupiditatem non mediocrem pereruditus iſte ſermo tuus mihi inſeruit. Docuiſti enim ſubtiliter ac dilucidè, quanquam Aeſopici omnes dicerentur, non ideò eorum primum auctorem inuentorémq; Aeſopum (etſi præſta-

ſtantiſsimum apologorum artificem) cenſendum eſſe, qui tam antiqui ſint, vt eorum origo atq; initium non magis inueſtigari poſsit, quam tuſsis, quã ſcreatus, quam ſternutationis: quos præterea (quod quidem literis extet) ante Aeſopum in ſcriptis Heſiodus & Archilochus adhibuerint. Vſos poſtea philoſophos, oratores, poetas, ſcriptores alios, viros demum ſapientiæ opinione clariſsimos. Ariſtotelem inſuper dicendi magiſtrum ſingularem conſtituere fabulam genus quoddam probationis Rhetoricæ, & in exemplis numerare, indicareq; veterum in his verſatam eloquentiam. Hac nos via breuiore cõmodioreq;, ſine multa agitatione mentis, ſine definitionibus, diuiſionibus, ratiocinationibus, enthymematis, aut etiam ex vetuſtate repetitis hiſtoriarum monumentis, cum riſu & voluptate ad deſerendas deteſtandasq; vitiorũ labes, & virtutis pulchritudinẽ conſectãdã inſtitui. Habent inquam, fabulæ, vt tu diſſerebas, vim permagnam ad excolendos animos, ad præcipiendũ, ad emendandũ, ad monendũ, ad obiurgandũ, ad cohortandũ, ad reprehendendũ, ad docendũ, ad probandũ (quãdo quaſi quædam ipſius naturæ voces ac teſtimonia ſunt) ad perſuadendũ, deniq; & ꝑmouendũ cum tamẽ horum agere nihil videantur. Hæc omnia ineſſe commentis iſtis viderunt illi, qui libros ſuos, quibus æternitatem ſe ſperabant conſecuturos, (quæ ſpes eos fruſtrata non eſt) fabellis huiuſcemodi tanquam gemmulis diſtinguendos putauerunt. Nunc ergo, quoniam à ſeriis occupationibus, curiſq; ſeuerioribus puſillum laxamenti datum eſt, age, de tuis ſuauitatibus mihi aliquid im-

per

pertire ne graueris. Deprome apologos aliquos ex
illis innumerabilibus, quos abs te memoriæ man-
datos ex eo veriſimillimum ſit, quòd tantis eos
laudibus extuliſti. Nunquam tátopere prędicaſſes,
niſi ſæpe multúmq; legiſſes: nec fieri poteſt, vt tam
iucunda breuitas, ſi præſertim frequentius atten-
túsq; legas, in mente non inhæreſcat. M. Quid tu
opera mea opus eſt Lyſimache? libellos dabo me-
tuos, tute tibi quantũ, & quamdiu placuerit lego.
L. Libellos nihil moror, te audire præopto. Non e-
nim ſolum oratio tua, quam illorum concinnior,
ſplendidior, neruorúmq; plenior, ſed afferes tu e-
tiam alia quædam, nec eruditione tua liberaliſsima,
nec iudicio tuo limatiſsimo indigna, quæ ibi non
legerem. M. Ne, Lyſimache, in me laudando mo-
dum tranſilias, néue omnia ſimul effundas, vt ſup-
petat vnde ſumptum facias, ſi deinceps faciendũ
ſit. L. Iocaris. Non tu is es, inquit ad Lucceiũ Tul-
lius, qui quid ſis neſcias: & qui non magis eos, qui
te non laudent inuidos, quam qui laudent aſſenta-
tores arbitrere. Quod ſi propter modeſtiam id non
arbitraris, ego arbitror. Age, ad narrandum acce-
de. M. Voluptas & dolor apud Iouem ſe viciſsim
accuſabant, conuiciiſq; laceſſebant. Ille cum pacé
& amicitiam inter eos conciliare vehementiſsimè
niteretur, nihil efficiebat. Tandem adamantina
catena eos colligauit: vt quantumcunq; odiis diſ-
ſiderent, ſemper tamen ſimul eſſent, ſeſéq; mutuo
ſequerentur. Quid ſub hoc figmento credemus
myſterij? L. Diuino: & quia diuinatio eſt, nolo di-
cere. M. In turbidis aduerſiſq; rebus de fortuna ſe-
cundiore non eſt deſperandum omninò: rurſum

in ſecundis & optatis non eſt vacandum prorſus à metu: nam in vita humana perpetuò læta triſtibus, & triſtia lætis ſuccedunt : & voluptas dolore, dolor voluptate temperatur. L. Prudens ingenioſumq; figmentum, M. Leges aranearum telis ſimiles affirmabat Solon. Illis quippe ſi quid leue & imbecillum inciderit, inuolui ab eis, atq; contegi: ſi quid maius aut grauius, perrumpi, ac perire. Sic potentes & gratioſi impunè, & in magnis aduerſus leges committunt : tenues autem propter leuiora delicta violatarum legum rei fiunt, & pœnas exſoluunt. L. Aptè Iuuenalis. Dat veniam coruis, vexat cenſura columbas. Et vulgaris apud noſtrates ſermo eſt: paruos fures ſuſpendi, magnos dimitti. M. Horſum pertinet iſta fabula, quam nunc tibi referre inſtituo. Aſinus coram leone accuſabatur, quod tria quatuórue ſelini folicula ſine ſale comediſſet. Leo eum edacitatis à ſe damnatum capite multari iubet. At lupus qui tot capras & oues ſine vllo ſale ligurierat, indemnatus & incolumis viuebat, nec à quoquam iudicio accerſebatur. L. Verè lupi, qui aliena bona per vim aut fraudem deuorant: qui ſe accipere iniuriam putant niſi faciant: quibus licet quodlibet. Ac proinde quibus plus licet quam par eſt, plus volunt quam licet. M. Calumniatores & falſo crimine quempiam poſtulantes pœna duplici vlciſcendos fabula de vulpe & gallo monet. In ſole apricabatur aliquando vulpes, oculorum altero clauſo. Cum uidiſſet prope ſe gallum, heus amice adeſdum, inquit, & ſpinulam oculo meo inhærentẽ roſtello educito. Hoc te etiam atq; etiam, mi galle, vehementérq; rogo. Subolet gallo quid vulpecula machi-

machinetur: nempe vt accedentem deuoret. Recuſat igitur, & recuſationis ſuæ iuſtam ſuppeditare ſibi cauſam ait. Vulpes eius nomen ad leonem refert, queritur ſibi gallum abſtuliſſe oculum mordicus. Vocatur gallus, factum pernegat: videndum ne vulpes per dolum & nequitiam oculum tectum habeat. Leonis imperio aperitur vulpi, quem claudebat, oculus: inuenitur ſanus & integer: fertur ſententia in accuſatricem improbam, vt ei ambo oculi effodiantur. Caueamus ementiri crimina in inſontes. Apud Deum quidem nulli eſt promiſſa ad peccandum impunitas, qui poſt obitum quoq; ſupplicio vindicare maleficia poterit non ſolum dupliciter, verum etiam centupliciter. Vis exemplum aſtutiæ muliebris? L. Maximè. M. Mulier plagis verberibuſq; peſsimum in modum à marito accepta, exanimem ſe continendo ſpiritu, & ſupina planeq; immobilis iacens ſimulabat, quò ita miſerum in ſummũ timorem adduceret, vt qui parricidium deſignaſſet. Vir non ignarus illius, quod de natione fæminarum ſcribit Propertius,

*At vobis facile eſt verba & componere fraudes,*
*Hoc vnum didicit fœmina ſemper opus,*

hem, inquit, belluæ iam mortuæ pellem detrahere me oportet. Cultrum arripit, à pede imo ſecare incipit. Ibi illa ſimulatrix præ dolore exclamat, pedem retrahit, confeſtim exſurgit. Siccine, ait maritus, mortui ad vitam redeunt? L. ha ha ha. Clauum clauum pepulit, & vulpinatus eſt cum vulpibus. At at, quos ego huc adeuntes conſpicor? M. Congerrones & familiares noſtri ſunt, Talaſsius & Caſsianus. Profectò ipſi ſunt. L. Quænam illos cauſſa huc adigit? M. Maiorem aliquam eſſe vix opinor.

L. Ad te viſendum fortaſſe veniunt. M. Fortaſſe, vt ſæpe aliâs. T. Vterque ſaluete. C. Vt valent Meliſſus & Lyſimachus? M. Perbenè. L. Optimè. Et vos valetis? valuiſtis? T. Valemus valuimúſque rectiſsimè. M. Benè narras. Quid vos tandem? nunquidnam noui? T. Nihil ſanè iam pridem rerum nouarum ne tenuiſsima quidem auditione accepi, quod dignum iudicem tuis auribus. Quid vos hîc? quid ſermocinamini? M. Fabulas non quidem agimus, dicimus tamen. C. Hui, fabulas? At minimè, credo, aniles: ſed quales à nutricibus narrari pueris Plato voluit: Æſopicas, inquam, aut earum ſimiles, quibus ſcilicet nihil excogitari potuit ſapientius. L. Illas Caſsiane. T. Quin nobiſcum lepores iſtos fructúmq; partimini? M. Quod repoſitum domi habetis, cur foris corrogetis? C. Si quid domi noſtræ anguſtum eſt, túne id foris augeri amplificaríque prohibeas? M. Dij meliora. C. Perge obſecro in curſu tuo. M. Pergam verò, ſub hac conditione, ſi ad iſtud quaſi conuiuiolum ſinguli ciborum aliquid, vt in collecta, conferre vultis. T. Tuus apparatus eſt tantus, vt nos ſaturare poſsit. Quid tu etiam foris quæritas, quod domi poſsides ampliſsimè? M. Scio vos facturos, quod decet, & humanitati veſtræ confido. L. Etiam meæ? M. Etiam tuæ. L. Quid ſi te luſero? M. Pro te ſymbolam dabo. L. Iſta ſponſione gaudeo. M. Aſellus querebatur ſe carere cornibus, cauda ſimius. Talpa hæc audiens: qui poteſtis conqueri, cum cæcitatem meam videatis: malum vtiq; veſtris longè maius, & acerbius? L. Epimythion hoc fuerit, niſi erro. Æquius infortunia noſtra

 per-

perferimus, cum aliorum grauiora cernimus. Cum probare voluerimus, non eſſe nimis fiden- ingenio, auctoritati, viribus, nec ſpem totam nostra virtute collocandam: aut multum poſſe- borem & aſsiduitatem, hanc fabulā adhibebim- Teſtudo certamen cum aquila de certo ſpatio co- ficiendo ſuſcipiebat. Conſtituta eſt meta, ad quam vter ex illis perueniſſet prior, ab illo ſtaret victoria. Prouolat aquila, ob tarditatem contempta teſtu- ne: fretáque alis ſuis ſæpe deſidet, ſæpe diuagatur alibi, & ſegnius agit. Quandoq; totam noctem qu- eſcit, & multo iam die volatum init. At teſtudo laborem nec ad momentum intermittit, dies no- ctéſque iter facit, & ad locum deſtinatum pro- Vincit aquilam ſedulitate ſua, non celeritate, m- táſq; tenet, cum adhuc ab iiſdem lōgius diſtare p- taretur. Contra præſidentes, ſuiq; nimium ama- tes valebit hic quem ſubiungo apologus. Cand- ſcintilla flammæ vi in ſublime leuata ſibi placeb- impenſius, ac mox inter ſidera ſe relatum iri exi- mabat. Verùm vt ad mediam camini gulam aſce- dit, extincta & cinis facta decidit. T. Admonetur perſimilis fabellæ, qua faſtus & ſuperbia eorum re- tunditur, qui aliena ſibi decora laudéſq; vendicant. Quadrigæ ad curſum paratæ cum ſtarent, adu- lans muſca temoni inſedit. Datur ſignum, curritu- rotarúmq; conuerſionibus, & equorū vngulis pu- uereq; nubes excitantur. Tum muſca: dij magni, qu- quit, quantam ego vim pulueris excitaui? C. Acci- pito te meam quoq; collectam: nec enim volo d- bere diutius. Narrabo quippiam de Mercurio, quo monentur de ſe omnia magnifica & præcla-

ſa-

ſentientes, ne alios præ ſe deſpiciant, déq; ſemetipſis valde glorioſè ſentiant. M. Nihil melius, nihil amabilius moderatione animi, à qua immane quátum abſunt faſtidio & contumacia elati homines. C. Cupiebat noſſe Mercurius, quanti fieret apud mortales. Ingreditur officinam ſtatuarij, videt ſtatuã Iouis, quęrit quanti vẽdat. Drachma, inqt ſtatuarius. Mercurius ridet. Et Iunonis quãti? Pluris, ait. Videt deinde ſuam quoq; . Et quoniam id ſibi conceſſum & datum eſt ab diis aliis, nuntiis vt præſit & lucro (quomodo in Amphitruone ipſe gloriatur) credit ſingulari ſe honore apud genus humanũ eſſe. Quærit ergo pretium illius ſtatuæ, & exſpectat non vulgare: ſed ſtatuarius: ſi haſce alias emeris, inquit, hãc tibi addam pro auctario. L. O factum bene. M. Si tu etiam ſoluere vis quod debes Lyſimache, licet. L. Quin tu potius ſoluis? M. Nec vnius meminiſti fabulæ? L. Meliſſus me non videtur dimiſſurus, flagitabit identidem, vt moleſtus & durus creditor, pecuniam. Adhibete ergo animos. Similium rerum recordationem dant res ſimiles. Turgidam narrabo fabulam aduerſum turgidos & inflatos, qui conantur ea, ad quæ facti non ſunt, & videri volunt quod nec ſunt, nec erunt. Rana ſe mirificè diſtendebat & inflabat, quò corporis magnitudine bouem æquaret. Filius matri ſuadebat, vt cœpto huiuſmodi tanquam inani deſiſteret. Illa denuo ſe inflat. Clamat filius: non ſi te ruperis, vnquam par futura es. Tertiùm cum idem quod ante factitaret, crepuit. M. Sua cuique bona. Præſtat hic robore, ille forma, alius diuitiis, alius amicis, alius ſcientia, alius ingenio. Sua ergo quiſq; teneat,

nec fœliciori inuideat, quod eſt miſerum: nec cum eo certet, quod eſt ſtolidum. De concilio murium ecquid audiſtis? C. Quod illud conciliũ? cum contra ranas ob ſummerſum Troxartæ filium desi Phyſignathi arma expediuerunt? M. Aliud, non equè tumultuoſum, ac periculi plenũ. Indicto conuentu cõſultarunt, quanam arte felis inſidias effugerent, à quo mactarentur aliqui gentis ſuæ in dies ſingulos. Surrexit quidam mus auctoritate vtique rerum ſupra multos ſanè excellens. Is dedit conſilium, vt collo eius tintinabulum ſuſpenderent: ſic enim futurum, vt aduentus beſtiæ præſentiretur, & capiti ſuo cauerna repente ſubeunda quiſque proſpicere poſſet. Probata eſt ſententia concorditer ab omnibus. Sed vt ſenectus eſt ſemper in conſiliis capiendis prudentior, quidam mus ſenior venerabilis impetrato ſilentio: benè vos quidem, inquit, ſtatuiſtis. Atqui hoc vnum mihi dicite, quis noſtrum hoc tintinabulum feli alligare audebit? Hic omnes fluctuare, & ſe mutuò aſpicere. Ita ſententia ad nihilum recidit. Diſcimus hinc, facienda iudicari à multis, quæ propter periculi formidinem facere attentet nemo. Nunc equus ſaxo onem doceat, honeſtius eſſe, honeſta & laudabilia aditem occumbere, quam inertem ac turpem vitam quamuis diuturnam viuere. Porcus equũ armatum & ad bellum feſtinantem conſpicatus: quò inquit, inſane properas? occideris in prælio. Equus reſpondet. Tu verò inter lutum & ſordes in otio pinguescens nihilominus cultello in gutture defixo inſpeclaberis, nec tamẽ vllum te nomẽ ſequetur: at mortem meã decus & gloria comitabitur. T. Perbellè

reſpon-

reſponſum. Sine me exponere alteram, tametſi paulò humanioribus ſatis notam. M. Non alteram tantum, ſed tertiam quoque, & quartam, & quintam, ſi libeat. T. Non opis eſt noſtræ tam multas. Eſt incluſa verſibus hexametris à viro docto, quos edidici. M. Verſus libenter audiemus. T. De Leone & vulpe agitur.

*Confectus ſenio Leo, cum iam quærere victum*
*Venatu, vt quondam iuuenis, non poſſet, id aſtu*
*Decreuit facere, atq; artes tentare doloſas.*
*Morbum ergo ſimulans, in opaci faucibus antri*
*Procubuit, gemitúſq; dedit. Cumq; vndiq; ad ægrum*
*Quadrupedes viſendum irent: vt proximus illi*
*Quæq; propinquarat, rictu hanc inhiante vorabat.*
*Hac demum multis animantibus arte peremptis,*
*Viſendi cauſſa & vulpes acceſſit ad antrum:*
*Atq; e veſtibulo ægrotum clamore ſalutans*
*Quomodo haberet, eum cautè officioſa rogauit.*
*Reſpondente illo, ſe verò peſſimè, eámq;*
*Percunctante aula cur non penetrale ſubiret:*
*Suſcepit vulpes, quia me veſtigia terrent,*
*Omnia te aduerſum ſpectantia, nulla retrorſum.*

Vultis ipſam affabulationem? Magna mala ex leuibus vitat mens prouida ſignis. C. De membrorum conſpiratione contra ventrem occurrit apologus, quem, quia diſertè à Liuio recitatur, omittam. M. Illũ iterato, quem nuper in conuiuio recitabas, de Pudore & Amore: quo oſtenditur, turpi amore captos à ſe verecundiá excludere. C. Iupiter formatis hominibus, omnes illis affectus indidit præter Pudoré, quem oblitus erat. Cum ergo nõ haberet, quà eum introduceret, per turbã iuſsit intrare. Ille indignè ferre, & quiritari. Vrgente Ioue: ego, inquit,

non alia conditione intrabo, quam ſi Amorem intret: ſi ille ingrediatur, ego ſtatim egrediar. Hinc amatores omnes, & meretrices ac lupæ impudentes ſunt: non enim bene conueniunt, nec vna inde morantur affectus iſti duo, quorum alteri propoſita eſt ex honeſtate laus: alteri ex obſcœnitate voluptas. M. Adducam fabellas quatuor breues, quibus recitatis finem dabimus huic congreſſioni. Prima erit in eos, qui bonum ſe velle ſimulant iis, quibus commodi ſui augendi cauſſa volunt malè. Secunda in eos, quorum facta cum verbis non conſentiunt. Tertia in maleuolos & inuidos. Poſtrema nos monebit, etiam vilia, & abiectiſſimas afferre vtilitates. Aſinus ægrotabat, vulgauit rumor, eum breui moriturum. Accedunt ad viſitandum lupi, pulſant oſtium, petunt à filio, quo pacto ſe habeat pater. Ille per rimulam bonos illos viſitatores aſpiciens: melius, inquit, quam vos cupitis. T. Depingũtur hæredipetæ. M. Lupus eſuriens vagabatur cibum quærens. Præterit caſam ruſticam, audit plorantem puerulum, eíque dicentem vetulam: Ceſſa plorare, alioqui te lupo deuorandum mox obiiciam. Lupus ſubſtitit, ratúſq; mulierculam ſeriò locutam, ad multas horas promiſſum ſibi prandium expectauit. Veſpera adueniente, cœpit mulier blandiri puero, & dicere. O mi fili, mi dulcis puſio: ſi venerit lupus, trucidabimus eum. Hoc audiens ille perterritus eſt, diſceditq; in ſyluam proximam, indignabundus: hic, inquit, aliud dicunt, aliud faciunt. C. Tales homines à quorum ſcilicet lingua diſcrepat animus, Achilles apud Homerum ſe tanquam inferorum po-

ta

tas odiſſe pronuntiat. Et ſine dubio eſt genus hominum odioſum. M. Pauonem in illis plumis ſuis admodum elegantem & inſignem aliquando intuitus coruus: vt ei quaſi mollitiem exprobraret, quis pictor ait, tam ſcitè & artificiosè te pinxit? Tum pauo. Ille idem, qui te tam ſcitè denigrauit. L. Feſtiuè. M. Inuehebatur in caudam ſuam canis, quod deſes & otioſa, à reliquo corpore ſe trahi ſineret: neque iter oſtenderet, vt oculi, nec mandata acciperet vt aures, nec hoſtem inſequeretur vt pedes, nec dimicaret vt dentes: ſed eſſet velut inutilis appendix ad poſticam partem corporis. Reſpondit cauda. Et tamen ego inutilis, vt tu calumniaris, muſcas abigo, patrono alludo, pudenda contego, totique corpori ſum ornamento. T. Nihil à Deo niſi ſapienter factum & prouidè, quamuis id homines multis in rebus non videant. M. Quia frequenter admodum illud Terentianum cantatur nobis: Veritas odium parit, audite, quæ mihi occurrit, fabellam ad idem lepidiſsimam. Veritas olim toto orbe profuga cum erraret, ſub noctem aliquando ad caſam pauperculæ anus diuertit. Ab ea hoſpitio perbenignè accepta interrogatur quænam ſit, vnde, & quo tam ſerò. Illa, ſum Veritas, cui omnes inuident, & quam nullo conſiſtere loco patiuntur. Quid commeruiſti? Omnium accuſo vitia, nihil diſsimulo. Et quia ſeſe reprehendi nemo ferre moderatè poteſt, hinc mihi fuga & exilium perpetuum. Quid deinde? Poſt cœnulam dormitũ eunt, vni lectulo ſe ambæ commendant. Orta luce cum veſtes rurſum induerent, intuita Veritas ani-
 culam

culam alterò oculorum ſtrabam eſſe animaduertit, nec vitium tacet. Iraſcitur illa, & Veritatē cum impetu è tugurio expellens addit. Non mirum nuſquam tibi locus, ſi te oderunt omnes, quando tam liberè omnibus vitia ſua obiicere ſoles. Cum ergo nemini non inuiſa & odioſa ſit Veritatis oratio, nonne ſi quis reperiatur, qui verum audire poſsit à quolibet, cum humana conditione quodammodo maiorem eſſe conſtituemus? Verùm, quoniam id diei tempus eſt, curemus corpora. C. Fuit hoc etiam prandium quoddam, & improuiſum. M. Mecum prandebit Lyſimachus. T. Vterque apud nos eritis veſperi M.&L. Condicimus. T. Cœnam lætiſsimam, lautiſsimam ſperatote.

## ANNOTATIONES.

GENVS QVODDAM PROBATIONIS RHETORICÆ) *Ariſtoteles lib. 2. Sunt autē communium probationū genera duo, inquit: exemplū atq; enthymema. Duo ſunt exemplorū genera, alterū quo res geſtas commemoramus: alterū quo nos ipſi fingimus aliquid perinde vt geſtū. Atq; hoc ſecundum genus iterum in duo diuiditur, alterum collatio, alterum fabula dicitur: quales ſunt Aeſopicæ & Libycæ fabulæ. Deinde hæc ſubiectis exemplis illuſtrat, duáſq; fabulas pulcherrimas adducit, vnam Steſichori poetæ Lyrici, qua Himerenſibus ciuibus ſuis perſuaſit, ne cum Phalari ſummā militaris imperij transferrent,*

diſſent,

diſſent, eidem etiam ſatellites ſeu cuſtodes corporis adiungerent: alterum Aeſopi, qua oratorẽ quendam popularẽ, defendit, & periculo capitis exemit. Sed quia feſtiuæ eſt ſanè, age eam recitemus. Poteſt & nobis alicubi eſſe vſui. Vulpes in fluminis cuiuſdam traiectu in voraginem quandam eiecta cum exire non poſſet, diu ibi miſerè vixit, ita vt multi ricini ſeu muſcæ caninæ corpori eius hærerent. Erinaceus qui ibi vagabatur forte, ea viſa miſertus quæſiuit, velletne muſcas illas è corpore ſuo auelli: at illa noluit. Cum autem ille cauſam eius rei quæreret: quoniam, inquit vulpes, hi pleni iam ſunt mei, & parum ſanguinis ducunt. Quod ſi hos auulſeris, venient alij famelici, qui quantum mihi ſanguinis reliquum eſt, exſugent. Eodem modo & vos viri Samij, hic quidem nihil amplius lædit: diues enim eſt: quod ſi eum interficiatis, venient alij pauperes, qui pecunias publicas depeculantes diſsipabunt. PERPETVO LÆTA TRISTIBVS, ET TRISTIA LÆTIS) Et quidem triſtia plerunque veniunt cumulatiora, vt non ſint tam multa bona & iucunda in hominum vita, quam mala, aſpera, moleſta, difficilia. Scitè igitur Plaut. Amphit.

*Satin' parua eſt res voluptatem in vita*
*Atq; in ætate agunda,*
*Præ quam quod moleſtum eſt? ita cuiq; comparatum*
*Eſt in ætate hominum,*
*Ita diis placitum, voluptati vt mæror comes cõſequatur.*

Poteſt item de iſta doloris voluptatiſq; viciſsitudine pronuntiari aptiſsimè, quod ait Lucretius in 4. medio de fonte leporum. Surgit amari aliquid, quod in ipſis floribus

*angat. Fabula de nexu Doloris et Voluptatis eſt apud Platonem in Phædone.* LEGES ARANEARVM TELIS SIMILES ) *Hoc apophthegma ad Anacharſin refert Valer. lib. 7. cap. 2. Quã ſubtiliter, inquit, Anacharſis leges aranearum telis comparabat: nã vt illa infirmiora animalia retinere, valentiora transmittere: ita his humiles & pauperes conſtringi, diuites & præpotẽtes non alligari videmus. Explicat Valerius ſeu Anacharſis Solonem quodammodo. Vide Plutarch. in Solone, & Stobæum ſerm. 43.* PARVOS FVRES SVSPENDI ) *Cũ vidiſſet aliquando Diogenes magiſtratus, qui* ἱερομνήμονες *dicebantur, quẽdam ex ærario phialam furatam abducentes: magni, inquit, fures paruũ ducunt. Laert.* PLATO VOLVIT ) *Primam puerorum inſtitutionem ab honeſtis fabulis inchoandam Platoni viſum, cuius hoc eſt conſilium lib. 2. de Repub.* τοὺς δ' ἐγκριθέντας πείσομεν τὰς τροφούς τε καὶ μητέρας λέγειν τοῖς παισί, καὶ πλάττειν τὰς ψυχὰς αὐτῶν τοῖς μύθοις πολὺ μᾶλλον ἢ τὰ σώματα ταῖς χερσί. *Selectas autẽ fabulas nutrices ac matres pueris narrare hortabimur, animóſque illorum fabulis diligentius, quã corpora ipſa manibus informare.* RANA SE VEHEMENTER ) *Apologum hunc ita narrauit Horatius ſat. 3. lib. 2.*

*Abſentis rana pullis vituli pedi preſſis*
*Vnus vbi effugit, matri denarrat, vt ingens*
*Bellua cognatos eliſerit. Illa rogare*
*Quantáne? num tandem, ſe inflans, ſic magna fuiſſet?*
*Maior dimidio. Num tanto? cum magis atque*
*Se magis inflaret: non ſi te ruperis, inquit*
*Par eris.*

Hanc

*Hanc eandem fabulam ad ſtultã cuiuſdam Otacilij imitationem conuertit Martial. lib. 10.* CVM CONTRA RANAS OB SVMMERSVM ) *Magnum vtiq; & atrox bellum hoc fuit, in quo ranarũ opes vehementer attritæ ſunt. Cuius belli argumentum nos ita copioſè aliquando perſcripſimus, vt id feſtiuiſſimum poema legere volentibus non mediocre adiumentum ad intelligentiam allaturũ putemus. Quare cum hac de cauſſa, tum animi gratia, quando fabulas ſat multas hoc progymnaſmate & ad docendum & ad delectandum congeſſimus, etiam hanc vt* ἐπίμετρον *adiiciamus, ſynophin, inquam, huius prælij, quæ ſic habet.*

*Argumentum* βατραχομυομαχίας.

*Cum Pſicharpax Troxartæ regis murium, & Lichomyles filius ſummiſſo in ſtagnum capite ſitim leuaret, Phyſignatus Peleo & Hydromeduſa genitus, ranarum Imperator, eum conſpicatus de genere percunctatur, promittẽs, ſi vera diceret, ſe illum in palatium ſuum perducturum, & eum perliberaliter habiturum, tum pluribus, nec paruis muneribus proſecuturũ. Pſicharpax nobilitatis ſuæ decus, delicatámq; ac prorſus regiam educationem, & fœlicitatem commemorat, addens, tria ſibi peſtem atq; fatum moliri ſolere, accipitrem, felem, muſcipulam. Ranarum præterea victum irridet ac deſpicit. Contra Phyſignatus breuiter ſuæ gentis ſtatum & conditionem exponit: atq; vti Pſicharpax rem exploratiſſimè cognoſcat, & omni remota dubitatione credat, ad ipſum humeris ſuis in domicilium aulámq; ſuam deportandum ſanè quam promptum paratúmq; ſe oſtendit. Credulus nimium Pſicharpax, ranæ ter-*

gum

gum conſcendit, manibus collum eius circumplectitur ne decidat, vectari ſe tam ſuauiter miris modis exſultat. Sed cum pondere ſuo ranam deprimeret, accidebat vt multum aquæ ipſemet hauriret, parúmque iam ab extremo vitæ diſcrimine abeſſet. Quocirca temeritatem & amentiam ſuam lachrymis ſeſe profundentibus deteſtatur, capillúmque ſibi vellit. Ecce autem hydrus, (ſerpentis maioris id genus eſt) improuiſò caput ſubrigens, Phyſignathum incredibili horrore metúque percellit: qui vt impendens capiti ſuo certiſſimum exitium effugiat, nulla oneris habita ratione, et illud Comici ſecum reputans: egomet ſum proximus mihi, aquis ſeſe penitus condit. Muſculus miſerabiliter emoriens, perfidiam Phyſignatho exprobrat, támque ſceleſti facinoris Deum fore vltorem vaticinatur. Forte cum hæc agitarentur, Lichopinax in ripa conſidens omnia & oculis et auribus tradebat, qui ſtatim in altum erumpens gemitu, ad mures, ad ciues, inquam, ſuos mœſtiſſimum nuntium apportat. Illi pro eo ac debuerunt irritati exulceratíque, per præcones in diem poſterum ad regiam Troxartæ concilium cogunt. Poſtquam cum prima luce affuerunt, Rex dicere aggreſſus, primùm calamitatem ſuam deplorat, & ſibi liberorum orbitatem iam eſſe coniectum indignabundus conqueritur. Tres ſibi filios fuiſſe, omnes mala ſorte atque infœliciter interiiſſe: vnum à fele interceptum, alium dolo ligneo, id eſt, muſcipula exceptum, tertium Phyſignathi maleuolentia & improbitate ſuffocatum: Subinde quibus ſeſe armis induerint mures, deſcribit poeta, idque tam lepidè, vt nihil ſupra. His de rebus cum ad aures ranarum ru-

mor eſſet perlatus, vndis egreſſæ vnum in locum de Repub. in conſilium conueniunt: nec ſatis mirari queũt, quid ita mures tumultuentur. Adeſt ecce Fœcialis Embaſichytrus, bellũ ipſis propter necatũ à Phyſignatho Pſicharpagẽ iuſtè, piéq; indicit. Percuſsit hæc denuntiatio non leuiter mẽtes omnium. Quamobrẽ cum oculos ira perciti in auctorẽ cædis ſimul conuerterent, eúmque ob tam iniquum facinoris crimen certatim reprehenderẽt, ita ſe purgauit, vt affirmaret, neq; ſe muri vitam ademiſſe, neq; omninò vſpiã prætereuntem vidiſſe: ludentem fortaſſe iuxta lacum, & ranarum natatũ imitari geſtientẽ ſummerſum eſſe: nunc ſe vnum reum citari: nunc culpam omnem in ſuum caput deuolui. Hortatur proinde ſuos, vti alacres animoſique bellum aduerſus hoſtem capeſſant, atq; in ſumma eos ripæ exſpectantes, proximum quemq; corripiant, præcipitémq; cum ipſis armis in paludem deturbent. Sequitur armatura qua vſi ſunt perridiculæ. Cum iã inſtructis agminibus conſtitiſſent, diſpertiti viri, diſpertiti ordines, Iupiter diis immortalibus conuocatis, duas gentes ſub ſignis oſtendit non ſine riſu, interrogátq;, ecquinam ranis, ecquinã muribus portare auxilium velint. Sigillatim id ex Pallade quærit cũ feſtiuo ioco. Ipſa de iniuriis ſibi ab vtroq; populo illatis conqueſta, ab ope alterutris ferenda ſummopere abhorret: quin hoc amplius, monet deos alios, ne ſeſe in pugnam inſerant, ne vulnera plagáſq; accipiant, ſed quieti prælium ſpectent. Parent monenti immortales. Tendunt in ſe mutuò acies cum vexillis ſuis, culices tuba canunt, belli ſignum dant, idem facit tonans in cœlo Iupiter. Con-

ſerunt

*ſerunt manus, doloréq; & ira flagrantibus animis Ma-
tem laceſſunt, vulnerantur permulti, cadunt vtrinque non
pauci, quidam ægrè fuga ſalutem retinent. Meridarpa-
mus omnibus virtute ac peritia militari, viribúſque præ-
ſtans de ſe glorioſè prædicat. Atq; hic vniuerſum genus ra-
narum procul dubio ad internecionem cecidiſſet, fundi-
túſq; deleuiſſet, niſi Iupiter miſeratus, Palladem & Mar-
tem illis auxilio ire iuſsiſſet. Porrò hi omnium Deorum
ſubſidiis opus fore, ac certè iaciendis fulminibus bellum a-
deò ſæuum et cruentum dirimendum dixerunt. Fulminat
Iupiter, complentur terrore ambo exercitus, non tamen
cœpto deſiſtunt mures, ſed ranas omnes occidione occiſum cu-
piunt. Quid multa? Iupiter denuò molitur quippiã, can-
cros immittit, qui aliquot verſibus, quales beſtiæ, quam-
que terribiles fuerint depinguntur. Hi caudas, manus et
pedes murium arrodentes, cum propter pellis duritiam eo-
rundem lanceis nihil læderentur, eos fugam facere coëge-
runt, properante iam occaſum die. Hoc deniq; modo finis
huic bello inprimis memorabili impoſitus eſt.* ACHIL-
LES APVD HOMERVM) *Locus eſt Iliad. 9. in re-
ſponſo Achillis ad Vlyſſem & alios legatos.*

> Ἐχθρὸς γὰρ μοὶ κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν
> ὅς ἕτερον κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ.

*Quam ſententiam includunt propemodum etiam iambi
adducti à Zenodoto.*

> μισῶ τὸν ἄνδρα τὸν διπλοῦν πεφυκότα,
> χρηστὸν λόγοισιν, πολέμιον δὲ τοῖς τρόποις.

PRO-

# PROGYMNASMA PRIMVM ET QVADRAGESIMVM.

## *Circumforaneus medicus.*

*CIRCVMFORANEVS, VXOR, EMPTORES, FAMVLVS, AFFECTVS, PATER affecti pueri.*

CIRCVMFORANEVS. Quæ ſit, quid quantúmque ſuſcipiat polliceatúrque profeſsio mea, ciues N. ex tam multis calculis, ſarcocelis, dentibus, radicibus, vnguentis, adipibus, herbarum ſuccis, & aquis medicis, ex theriaca cœteriſque rebus nonnullis à me hodierno die in iſta nobili & libera Ciuitate, atque adeò in iſto mercatu celeberrimo, & in hoc foro venalium expoſitis, & in omnium conſpectu publicè palámque propoſitis, animaduerti, vt reor, ſatis ſupérque poteſt. Ego itaque Magiſter Noſomachus, cui fœlicitates curationum Polythrylleto cognomentum pepererunt, frequentiſsimo ſenatu decretum abſtuli, quo mihi, vt aliâs alibi in Imperatoriis, regiis, principum vrbibus & oppidis, ſic nunc N. medicamenta venundare, affectiones, certóſq; morbos, quantumuis inueteratos, ac deſperatos curare permittitur. Quocirca, ſi quiſpiam veſtrûm, aut de veſtris, ſeu vir, ſeu mulier, puer, adoleſcens, firmata aut præcipiti iam ætate vel ſtranguria, vel calculo diſcruciatur, vel aliquo her-

herniarum genere affligitur: ſi quis ophthalmia, glaucomate, delacrymatione: maius dicam, ſi quis cœcitate laborat: ſi cui dentes, caput, brachia, pedes, venter condolent: ſi tubera, puſtulæ, vomicæ, verminatio, tuſsis, catharrus, profluuium narium: ſi quid aliud noxium atq; moleſtũ eſt: & ſi qua pars corporis aut interior, aut exterior ſuum officium facere deſiit, cum ingenti ſpe mecum conſultet, mihi fideíque meæ, & quem ex tot tantíſque ſanationibus haud mediocrem adeptus ſum, vſui meo ſeſe curandum tradat. Deo inprimis approbante, ſine cruciamento, breuiſsimo interuallo eum malis ſuis eximam. Quod quidem me per Germaniam, Galliam, Hiſpaniam, Britanniam, Italiam, re & opera præſtitiſſe quàm plurimis, tanta monumentorum ad parietem ſuſpenſorum copia, quam videtis, & diplomata non pauca, per earundem regionum ciuitates mihi ſenatuſconſulto, cum ſignis publicis ad teſtificationẽ donata, quæ cuilibet legere integrum eſt, perſpicuè, cum magna mea gloria vos docent. Calculos è veſicis eduxi prægrandes, aſpicite. Secui quinquagenarios, ſexagenarios, ramicéſque horribilem in modum turgidos ſuſtuli. A ſexcentis alopeciam, porriginem, pſoram depuli. Totidem ſtrumis, bubonibus, inflammationibus, phtiriaſi, fœdiſsimis vlceribus cum admiratione liberaui: idq; nõ modo inter tenues & obſcuros, verum etiã inter copioſos & nobiles, quos illa corporũ pathemata miſerrimè habebant, quiq; niſi per me auxilium ſentire & open nullam poterant. Theriaca porrò mea longè probatiſsima, ab ipſis quoq; mutis animantibus, no-

ab hominibus venenum omne cum pabulo potúue ingeſtum validiſsimè extorſit, viuáſq; dominis & incolumes conſeruauit: vniuerſis, tum qui ea vſi eſſent, tum qui de eius effectu aliquid rumore accepiſſent, rei in ſpeciem tam abiectæ vim & efficientiam incredibilem, meámq; peritiam ſingularẽ ac diuinam cum ſtupore dilaudantibus. Ne quis tamen verbis me quàm factis potentiorem promptioremq; ſuſpicetur, ab equo deſcendam, & ante oculos veſtros horribile illud quidem, attamen fidei faciendę idoneum facinus edam. Ecquid colubrum iſtum cernitis? quid cohorruiſtis? quid auerſi eſtis? virulentiſsimus eſt. Hunc exagitabo & comprimam, donec iratus brachium meum nudatum mordeat, ac repentinò, quod ſolent ſerpentes, in vulnuſculum virus infundat. Artus mei paulatim mirandum in modum extumeſcent. Tum pauxillulum de theriaca deglutiam: confeſtim, dicto citius, túmorem reſidere, me vt antea viuum, ac ſoſpitem aſtare conſpicietis. Tu famule, equum tene. V. Magnum promittit maritus meus: ſed huic magno mox ipſa res teſtimonium datura eſt: vos, quod ſpero, ad theriacam noſtram coemendam incitabimini. E. Prô prô, quæ viri facies? Num vter magis inflaretur? Totus eſt follis: iam iam crepabit effuſis humi viſceribus. V. Non crepabit, faceſſat hic timor, vſitatum ſibi perpetrabit miraculum. C. Super mucrone cultri remedium porrige vxor, nunc enim tempus. V. En tibi. E. O rem prædicandam. Ecce ad ſuum ſtatum corpus redit, detumuerunt membra. C. Dixíne vobis? E. Emamus, emamus ſalutare medicamentum: im-

ple pyxidiculas Magiſter Noſomache. C. Deó
gratia, qui tantam ementium multitudinem m-
ſit. Adiuua me in opere vxor. V. Etiam, mi vir. C.
Nunc rurſus equum conſcendam. Intueamini ob-
ſecro. In hac lagena ampla vitrea, quò virgulam in-
tendo, qui vermes ſeu lumbrici, quàm multi, quà
longi, quàm acutis capitibus? Hos omnes nudiu-
quintus è trium adoleſcentum corporibus pulue-
re lectiſsimo, quem illis in potione hauriendum
præbui, præclarè exterminaui. Miſelli, propter
morſus & dilaniationes inteſtinorum aſsiduas, ex-
cretionem nullam adipiſcebantur, quanquam co-
am largiter epulis potúq; ſe inuitarent. Si cui pla-
cet hic puluis, argentum numeret, vtatur. Si eges-
ſtas ſumptum denegat, nihilo minus petere im-
ne verecundetur: hominem ex Chriſti præcepto
miſericordem inueniet, gratis dabo: nec iſtud ſo-
lum, ſed alia inſuper, quibuſcunq; quantumcunq;
opus ſibi fore cenſuerit. V. Quid ad hanc hu-
nitatem, & liberalitatem addi poteſt? C. Volo
nim diuitibus & egentibus conſtare, Noſoma-
chum Polythrylletum ſalutares promittere ac ve-
dere, non venditare medicinas. Nec ob viginti, tri-
ginta, quadraginta teruntios res mea fiet angu-
or. Quid, quod oculis omninò capti, aut cæcu-
entes, opera mea perpaucis hebdomadibus aſp-
xerunt clariſsimè & acutiſsimè tanquam Lynce
Noſtra quippe natio non menſes & annos, vt q-
ſe Galenicos vocant, non bibliothecas & pharma-
copolia, ſed dies tantum & horas, & apparatu
modicum ad afferendam ſanitatem poſtulat. Na-
rarunt autem mihi quidam de his, quos dicebam

ſe ſtudio aliorum magiſtrorum, qui mira pollicebantur, nihil profeciſſe. Montes videlicet parturiebant. Et quoties in me incidunt (incidunt autem ſæpe) toties ampliſsimas gratias agunt, meiq; in æuum omne memores ſe cum beneuolentia futuros profitentur. Conditum eſt in hac grandi pyxide oleum præſtantiſsimum: ita me Deus benè amet. Eius poteſtas hæc. Vſtionis bullienti aqua, pice, oleo, plumbo, butyro, cibis feruentibus, aut alia re liquida, non liquida factæ ſenſum, ſi loco affecto illinatur, temporis puncto aufert, veſtigiáq; penitus tollit. Dic tu reliquum famule: nam expertus es. F. Huius quam audiſtis ſanationis documentum Magiſter diuerſis in oppidis dare populo in me voluit. Manum ſiquidem meam aliquo iam enumeratorum perfudit, dolore quidem tam impatibili, vt vociferatione fora compleuerim. Verùm ſimul atq; oleum iſtuc illeuit, dolor omnis abiit, nec vſturæ vel minimum indicium ſuperfuit. V. Huiuſcemodi oleum pauci pharmacopolæ reperiunt. C. In illo vaſculo æneo eſt adeps humanus ex liquato cõcretus: eo ad multiplicia pathemata ſalutariter vti conſueui. Habeo & in iſtis ampullis teſtaceis genus quoddam olei, quo perunctum caput leuatur humoribus noxiis, mirificéq; corroboratur: vt alia item membra quibus adhibetur. Pyxidula hæc vnguentum nobile ad mitigandos dentium dolores continet: immo verò eo illiti ſtatim excidunt, quantumquam firmiſsimè hæreant in mandibula. Qua ego ratione, ſine forpicula aliquot iam centurias feci excidere, nullo gemitu. In ſtañeo iſto vaſe repoſui

balſamum, vulneribus curandis, ſeu cæſim, ſeu
punctim inflictis aptiſsimum, & cum artubus con-
firmandis tum vitioſis humoribus toto corpore
deducendis vtiliſsimum. Quid ego de radicibus
meis loquar? ſua cuique virtus quibuſdam etiam
multiplex. Hæc ſolo odore quem exhalat, caput
debile reddit firmum. Iſta ſtomacho, & corpori
purgando eximiè valet. Dies vereor vt ſufficiat, ſi
omnia declarare velim. Adeſte lentiginoſi, ſtru-
moſi, balbi, blæſi, luſcitioſi, verminoſi, verrucoſi,
ſcabioſi, grauedinoſi, vlceroſi, ſimilibúsq; incom-
modis oppreſsi. Venite calculoſi, hernioſi, Deo
auſpice curabimini cum pretio, & ſine pretio. Hoc
poſſunt mei puluiſculi, radiculæ, vnguenta, ſemi-
na, ſucci, aquæ, alexipharmaca, quibus facile dictu
non eſt, quot mortalibus ego ſalutem dederim. A.
Magiſter optime, in his intolerabilibus & conti-
nentibus meis cruciatibus, nempe à quibus neque
noctu, neq; interdiu quies datur & remiſsio, ſta-
undum cenſui, vt abs te curationem flagitarem. C.
A me tibi paratam curationem ſcias. Proinde ma-
gna cum fiducia expone, quid eſt quod te ſic cru-
ciat? A. Dentes immenſum quantum dolent. Si
comedam, prope agor in rabiem præ dolore. Si
bibam, nihilo minor, minor autem? maior etiam
conſequitur dolor. Fugit me ſumnus, torqueor in-
explicabilem in modum. C. Facilè tibi fidem ha-
beo, bone homo: nullus enim tantus eſt dolor, vt
poſsit dolorem dentium æquare. Verùm noli du-
bitare, quin te ſim mox liberaturus. A. Magiſter, ſi
id feceris, quantumcunq; mercedis nomine po-
ſtulaueris, dabo, & quàm libentiſsimè. C. Non plus

certè

certè quidem, quàm huius vnguenti, quod primo digito hæret paruum pretium: eo dentem illinam. A. Feſtina obſecro denté carnificem meum euellere: ſentio, anima me relinquet, ita exagitat me tormentum. C. Vbi nam ille dens? A. molaris eſt, à dextris, in mandibula inferiore. C. Aperi os quã latè poteſt, vt digitos queam immitere. Iſténe eſt? A. Ah oh oh. C. Ecce ecce, quàm ingens & putridus dens. Si diutius retinuiſſes, alios quoq; vicinos corrupiſſet. Cernis minutiſsimos quoſdam intus & albos vermiculos? A. Cerno. C. Iſti verò repſiſſent in alios, & dolorem duplicaſſent tibi. Gaudere iam debes tanto malo liber: & ego tibi vehementer hoc bono gratulor. A. Nullus theſaurus tanti eſt faciendus, quanti ars tua: paucorum magiſtrorum es. Deus tibi dignum perſoluat præmium: nam ego par perſoluere nequeo. De pecunia tu videris quid petas: quod petiueris habebis. C. Bazium dabis. A. Hoc eſt nihil petere. En bazium. P. Magiſter eſt mihi domi filius puſillus, quadrimulus, cui venter dolet vehementiſsimè: ſuſpicor ineſſe illi quibus lumbricis ob ſimilitudinem vocabulum indidimus. C. ecquid animaduertiſti puerum edere ac bibere liberalius? P. ille quidem non parcè edit, bibere petit ſæpius. C. Verum indicium, alit vermes. Quare quod in hoc maiore cucullo ineſt pulueris, illi bibendum dato in lacte, aut mulſo, aut melle calefacto, manè. Quod in minore eſt, ſimiliter dato ſub noctem: experiere quid poſſit puluis hic meus. P. Quantum pretium eſt vtriuſq;? C. Duobus cruciferis ſtant ambo. P. Vel triplum darem, ſi curaretur modo puer, quem amo

plurimùm, nec ſine graui mœſtitia intueor, ita ma-creſcit, & conficitur. Nam aſsidui morſus illi, & e-roſiones creſcere corpuſculum non ſinunt. C. [illegible] & ſpera. Si non ſanabitur, nec eme quidquam de-inceps mearum rerum, & ego reſtituam tibi pecu-niam tuam cum altero tanto. Intra octiduum ma-nifeſtè, & benè ſe habentem puerulum, & depul-ſa macie augeſcentem es viſurus. P. Deus ita eue-nire iubeat.

## ANNOTATIONES.

CIRCVMFORANEVS MEDICVS) *Vnum quoddam cõmune vocabulũ, quod iſtorum homi-num artes æqualiter indicet, vix reperiemus. Nec medici eos patientur ſalutari medicos: nec qui hodie chirurgi chirurgos. Sed cum chirurgi etiam ſint medici vt in dia-logis medicis oſtendemus, iſtos, qui maiore ſocietate chi-rurgis alioqui iunguntur, appellemus ſanè medicos. Qui verò mercatus & fora ſectantur, & oppidatim vagantur cum mercibus ſuis, circumforaneos medicos nominamus. Germaniæ quidem notiſsimi ſunt, quos ab infimo & ab-iectiſsimo munere* Zanbrecher/ *dixerunt, à dentibus ſci-licet euellendis: honeſtius vtique à calculis excidendis* Steinſchneider/ *quam vocem interdum audias: græcè λιθοτόμους dicemus. Eſt autem genus mirè glorioſum, & diſertum, & perhumanum. Quocirca nemo mirabitur, nos quoq; circumforaneum noſtrum cum iſtis moribus introduxiſſe. Decorum enim non poetæ ſolùm, ſed etiam*

ra

res quoq; ſeruant, cum quod quáq; perſona dignum eſt, & ſit & dicitur. PROFESSIO MEA) *Profiteri explicant polliceri, præ ſe ferre, deferre. Hinc illa loquendi genera, profiteri ſtudium, operam ſuam in re, vel ad rem aliquam. Hæc notio minimè abſtruſa eſt. Aliquando eſt publicè, & apud acta aliquid denuntiare: vt cum apud magiſtratum enuntiamus, quantum rei cuiuſpiam à nobis poßideatur: quod vulgò dicunt, deſignare poſſeßiones, & redditus ſuos, ſeu bona ſua indicare. Cic. in Rull. In poſterum verò lex hæc Imperatoribus noſtris conſtituatur, vt quicunq; de prouincia deceſſerit, apud eoſdem decemuiros, quantum habeat prædæ, manubiarum, auri coronarij profiteatur. Verin.5. Edixerat vt aratores iugera ſationum ſuarum profiterentur. In eam ſignificationem vſurpatur profeßio. Cic. epiſt. lib.16. Tu verò confice profeßionem ſi potes: etſi hæc pecunia ex eo genere eſt, vt profeßione non egeat. Profiteri (id quod ad noſtrum inſtitutum facit) eſt etiam idem, quod diſciplinam artémue quampiam ſe noſſe ac tenere ſignificare, & præ ſe ferre, vt qui liberales & ingenuas artes profitentur. Si profitetur aliquis Grammaticam, Dialecticam, Philoſophiam &c. ſeu Grammaticum, Dialecticum, Philoſophum. Hæc vis tam latè funditur, & ita iam vſu contrita eſt, vt pro publicis interpretationibus explicationibúſue, in gymnaſiis præſertim, adhibeatur vox profeßio, & explicatores vocentur Profeſſores, dicantúrq; profiteri. Cic. pro Murena. Itaq; ſi mihi homini vehementer occupato ſtomachum moueritis, triduo me iuriſconſultum profitebor. In Bruto.*

*Lyſias primò artem dicendi profeſſus eſt.* Tuſcul.7. *Vt enim ſi Grammaticum ſe profeſſus quiſpiam barbarè loquatur.* Hinc profeßio. Cic.1. de Orat. *Neq; verò ego hoc tantum oneris imponam, noſtris præſertim oratoribus in hac tanta occupatione vrbis ac vitæ, nihil vt iis putem licere neſcire: quanquam vis oratoris profeßióq; ipſa bene dicendi hoc ſuſcipere ac polliceri videtur, vt omni de re, quæcunque ſit propoſita, ab eo ornatè copioſéq; dicatur.* SARCOCELIS) σαρκοκήλη *carnoſus ramex, ſpecies herniæ,* Karnüfel. EX THERIACA) θηριακὰ φάρμακα *medicamenta aduerſus venenatorum animalium morſus. Differunt ab alexipharmacis, quod hæc venenis intro ſumptis: illa venenis à morſu animantium intro ſubeuntibus medentur. Et* θηριακὴ, *ſubaudi* ἀντίδοτος, *contra omnia venena vim medicantem habet. Tametſi autem quidquid ea facultate pollet,* θηριακὴ *vocari poſſit (nam & allium ruſticorum theriacam Galenus appellat) tamen iſtuc nomen præcipuè illi celeberrimo medicamento, ex ſimplicibus plurimis, & viperina carne compoſito tribuitur: potenti videlicet ad pellenda cuiuſcunq; generis venena, ſiue morſu, ſiue potu, ſiue cibo in corpus illapſa.* Vi- STRANGVRIA) *Stranguria eſt vrinæ difficultas, ſeu vrinæ ſtillicidium, cum vix guttatim effluit, quoniam ca ſupprimitur: idem pene quod* δυσουρία. Cic. Tuſcul.2. de Epicuro. *Quamuis idem forticulum ſe in torminibus & in ſtranguria præbeat. Seneca ex epiſtola eiuſdem Epicuri, quam ille ad Hermachum ſcripſit ſupremo vitæ die, tormenta veſicæ & vlcerati veneris appellat. Eandem epiſto-*

lam

lam Cicero interpretans, morbos veſicæ & viſcerum vocat. OPHTHALMIA) Oculorum morbus, ſeu ocularia ægritudo, inflammatio adnatæ oculorum membranæ. Cum ſit autem inflammatio duplex, vna humida, altera ſicca: quæ propriè ophthalmia nominatur, inflammatio humida eſt: nam quæ ſicca eſt, ξηροφθαλμία nuncupatur. GLAVCOMATE) Glaucoma vitium in oculo, cuius cauſſa efficiens eſt ſiccitas, à qua humor cryſtallinus vel in glaucum mutatur, vel denſatur, & exſiccatur. Cum porrò vſitatius ſit glaucoma glaucomatis, quinti ordinis, Plaut. Milite, prima inflexione extulit, vt in Amphitruone ſchemam dixit.

*Et nos facetis fabricis, & doctis dolis*
*Glaucomam ob oculos obijciemus: eúmq; ita*
*Faciemus, vt quod viderit, non viderit.*

MAGNVM PROMITTIT) Vt Græci τὸ ἀληθὲς, & ſimilia neutra adiectiua loco abſtractorum, ſeu ſubſtantiuorum ponũt, ſic latini vocem, magnum. Cic. Orat. perfect. Nos nimis magnum feciſſemus, ſi quidem potuiſſemus, quò contendimus, peruenire. Plaut. Magnum incipis ſic petere. Horat. ſat. 4. lib. 1. in hora ſæpe ducentos, Vt magnum, verſus dictabat. Cic. ep. 2. lib. 1. ad Q. F. Nam ſi te interioribus vicinis tuis Ciliciensi & Syriaco anteponis, valde magnum facis. TANQVAM LYNCEI) Lynceum tradunt primùm reperiſſe fodinas metallorum, æris, argenti, auri. Hinc nata fabula, eum ea quoq; viderè, quæ ſub terra forent, & prouerbium, Lynceo perſpicacior. Cic. ad Varronem. Quis eſt tam Lynceus, qui in tan-

tis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat? AV MVLSO) Mulſum potionis genus ex vino & melle confectum, græcè οἰνόμελι. Perdit vocem ſi bibatur frigidum. De eius vi Plin. lib. 27. cap. 22. Semper mulſum, inquit, ex vetere vino vtiliſſimum, facillimèq; cum melle concorporatur, quod in dulci nunquam euenit. Ex auſtero ſatis non implet ſtomachum, neq; ex decocto melle, minúſq; inflat, quod ferè euenit. Appetendi quoq; reuocat auiditatem cibi. Aluum mollit frigido potu pluribus, calido ſiſtit. Corpora auget. Multi ſenectam longam mulſi tantum nutritu tolerauere, neq; alio vllo cibo, celebri Pollionis Romuli exemplo. Centeſimum annum excedentem eum diuus Auguſtus hoſpes interrogauit, quanam maxime ratione vigorem illum animi corporíſq; cuſtodiſſet. At ille reſpondit: Intus mulſo, foris oleo. Dubitat Bayſius, num Plin. potius cibi quoddam, quàm potionis genus nomine mulſi intellexerit: & num idem planè ſit mulſum, quod Græcis οἰνόμελι, quem vide lib. de vaſculis. Aquamulſa græcè ὑδρόμελι, cuius ſalubritatem perſequitur in eod. cap. Plin. Eſt etiam acetum mulſum, ſeu potius ex aceto melle temperato, Græcis ὀξύμελι. Idem lib. 14. cap. 17.

PRO-

# PROGYMNASMA ALTERVM QVADRAGESIMVM.

## Ænigmata.

*PETREIVS, ARETIVS, MAMILIVS, LABERIVS.*

PETREIVS. Cur non imitamur veteres illos, apud quos ad animi hilaritatem atq; lætitiam quæſtiones ludicræ, ænigmata, & griphi ponebantur: qui mihi epulares illos ſermones ſcitè videntur condiuiſſe, atq; omnem penitus triſtitiæ nebulam diſcuſsiſſe. A. In hac eadem cogitatione verſabar modo, optabámq;, vti exiſteret è nobis accubantibus in hoc conuiuio cum ſua ſphinge Oedipus aliquis, quem nos Daui, ego, inquam, & Mamilius audiremus, eiúsq; oratione non ſolum lætiores, verum etiam peritiores fieremus. M. Nolo, Areti, te tam abiectè de me vel ſentire vel loqui: neſcis qui vir ſiem: cum ad manus ventum erit, tum cognoſces. A. Quoniam hic repulſam fero, agelis tu mecum eſto Dauus Laberi: pudet quippe ſolum videri graculum inter Muſas: & dulcis eſt in rebus præter ſententiam euenientibus ſocietas. L. Quid fabulare? doctrinam tuam, eámq; non vulgarem haud ignoro, vt licitum ſit tibi iure tuo ſuperbiam ſumere. Ad me quod attinet, ſunt ænigmata mihi vel ſexcenta, quibus aut rudiores torqueam, aut doctiores viciſsim laceſſam, & veluti

reper-

repercutiam. P. Ede vnum. L. Abs te certamini huius æquum eſt naſci exordium, quoniam ætate & me, & hos duos antecedis. Vales item ingenio, iíſque omnibus, quibus eruditi homines cenſentur. Deliges ergò de nobis Oedipum quem volueris. A. Tu nec iuſſus, nec rogatus ſponte tua nimium ſpondes, ac tuo nos pede metiris. L. A meis copiis ſupplemẽtum exſpectet, cuius exercitus fuerit per ſtragem imminutus. M. A quo autem tu exſpectabis? L. A memoria & ingenio. M. Quid? legiſti omnia quæ proponentur hodie? L. Multa, & quæ nondum legi, ea nihilominus quid velint, vt ſpero, cóiiciam, tibíque & aliis, ſi volent, perſpicuè ſoluam. P. Quod ergo myſterium eſt in illo?

*Homo non homo, videns non videns, alitem*
*Non alitem, lapide non lapide percutit,*
*Cum ſuper arbore, non arbore tamen degeret.*

L. Apud Platonem reperitur in 5. de legibus, & puerorum eſt, eodem teſte: faciúntque mentionem eius Athenæus & Suidas. Accipite ſolutionem. Eunuchus luſcus veſpertilionem ſuper ſambuco hęrentem pumice percuſsit. Iam horum ſingula reddite ſingulis per tres illos ſenarios, mox veram eſſe interpretationem meam pronunciabitis. A. Nullum, credo, ænigma tam inuolutum perplexúmque ſit, cuius indagatio mortem tibi pariat, quemadmodum illud piſcatorum Homero. Quod captum eſt periit, ſed quæ non cœpimus adſunt: aiunt certi, quòd ſoluere nodũ iſtum nequiret, ægritudine tabefactum obiiſſe. L. Homerus ſenex admodum, annos nimirum centum & octo natus, ex morbo ſeu vt alij, fame interiit. Pediculoſum ergo ęnigma illud

illud iis relinquamus, qui fabulas ſequuntur. M. Poetæ id quoq; affirmarunt. L. Poetæ mentiuntur perſæpe. P. Non auſim quærere quid velit ſibi Maronianum illud in eclogis, vbi paſtores duo altercantur.

*Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,*
*Tres pateat cæli ſpatium non amplius vlnas.*

Atq; in hoc tamen ipſemet Virgilius crucem ſe fixiſſe Grammaticis aiebat, in qua ipſi ſe aſsiduò diſtorquerent. Nec illud Cleobules, ſeu Cleobulinæ, quæ hexametris ænigmata condidiſſe traditur.

*Eſt vnus genitor, cuius ſunt pignora bis ſex,*
*His quoq; triginta natæ, ſed diſpare forma,*
*Aſpectu hinc niueæ, nigris ſunt vultibus inde,*
*Sunt immortales omnes, moriuntur & omnes.*

Nec quid Theodectis.

*Vna aliam gignit, geminæ ſunt namq; ſorores,*
*Quæq; prius genita eſt, mox rurſum gignitur ipſa.*

Seu quod Æſopo à Sophiſta in Ægypto eſt propoſitum. Eſt templum magnum, & in ipſo columna duodecim habens vrbes, quarum quælibet 30. trabibus ſuſtinetur. Has trabes duæ circumeunt mulieres. Tu enim ſubitò idem reſponderes, quod illę pueri apud nos diſſoluunt propoſitiones eiuſmodi: ac templum eſſe mundum, columnam annum, vrbes menſes, trabes dies, mulieres diem & noctem. Duas verò ſorores, de quibus paulò ante, diem & noctem interpretareris, quarum vna ex altera naſcitur, & vtráq; ſe generantem generat. Præterea illud Cleobulinę de anno & duodecim menſibus, triginta diebus, luce ac tenebris diſtinctis accipiendum diceres. Virgilianum, ad ſepulchrum

Cælij cuiuſdam nepotis, & aſoti hominis referre, qui re ſua confracta, non plus ſibi reliquit agri, quàm quod ad ſepulturã ſufficeret: vt ad nomẽ poeta alluſerit, & Cæli pro Cælij poſuerit. Nec minus ſolueres quod Oedipo Sphinx obiecit. Rideres etiam vulgatum hoc de aqua & glacie: Quam mater genuit, generauit filia matrem. L. Labore ad ſingula reſpondendi per te leuatus ſum, ob quod beneficium grates ago. De ſepulchro Cælij quod ais, ſcio ſic explicaſſe Seruium, quæ explicatio pluribus nõ placet: in præſens meliorem non habeo, & errare me cum Seruio non pudet, ſi is errat. A. En ęnigma, in quo ſoluẽdo ſudor tibi fortaſſe erumpet. L. Eat ſudor. Adducas licet. A.

*Semel minúſne, an bis minus, non ſat ſcio,*
*An vtrumq; horum, vt quondam audiui dicier,*
*Ioui ipſi regi noluit concedere.*

L. Hoccine tantis obſeptum difficultatibus credis, vt ad eius intelligentiam non ſim aſpiraturus? A. Audiemus quid apportes. L. Dum exaugurarentur Capitolium, omnéſq; dij ſe amoueri paterentur, Terminus commoueri non potuit, de quo Ouid. 2. Faſt.

*Quid? noua cum fierent Capitolia? nempe deorum*
*Cuncta Ioui ceſſit turba, locúmq; dedit.*
*Terminus (vt memorant veteres) inuentus in æde*
*Reſtitit, & magno cum Ioue templa tenet.*

Dubitat auctor ænigmatis, ſemel minus, an bis minus fuerit, an vtrumq; horum: ex vtroq; autem, hoc eſt, ex ſemel & bis reſultat ter. Quare non ſemel minus, non bis minus, ſed Terminus fuit qui Ioui ipſi regi cedere noluit. M. O εὐστοχίαν. Dabo & ego

ego tibi huius exercendæ materiam, & vnum alterúmue in mediũ producã. L. Quotquotlibet. M. Vide Laberi, vt te ipſum noris: confidentia malè audit. Labimur ſæpe, & hæremus etiam in notiſsimis. L. Pone ergo vnum & alterum. M.

*Virtutes magnas de viribus aſſero paruis,*
*Pando domos clauſas, iterum concludo patentes,*
*Seruo domum domino, ſed rurſum ſeruor ab ipſo.*

Quid tu hoc eſſe putas? quem loqui? L. Ego quid putem, quem loqui exiſtimem? clauis eſt, & ea loquitur. M. Victus ſum. Nunc iterum vince, ſi potes.

*Litera me pauit, nec quid ſit littera noui:*
*In libris vixi, nec ſum ſtudioſior inde.*
*Exedi Muſas, nec adhuc tamen ipſa profeci.*

L. Difficiliora quæras oportet: tam facilè diuinabo, quid hoc ſibi velit, quam in præcedente diuinabam. Tinea paſcitur libris, quis hoc neſcit? Reliqua explicare nihil eſt neceſſe. M. Quid ſi te capiam tandem. L. Tu ſi me captas, non capies. M. Tentemus denuo.

*Sum, nondum dira confectus morte, ſepultus:*
*Haud vrna, haud ſaxum, non humus vlla tegit.*
*Et loquor, & ſapio, & vitalibus abdicor auris,*
*Méq; capit viuus, méq; vehit tumulus.*

Hoc ſi ſolueris, eris tu quoq; nobis magnus Apollo. L. Eſſem hac conditione vel Iupiter, ſi voluiſſes. Ionas Propheta eſt, in ventre ceti. Tetigi? M. Prorſus tetigiſti: Tibi palmam cedo, & hinc ſuperatus diſcedo. P. Experiunda ſunt tibi mea tela Laberi. L. Non grauiter lædent, vti auguror. P. Nihil mollius, vt verum dicam, iſto telo quod primo loco in te contorſurus ſum.

*Quod tollit, premit: ima petens, ſurſum æra repellit,*
*Et ſomno premitur: nec tamen ipſa capit.*

L. Pluma tollit auem in ſublime: premit bilancem, & ita eleuat alteram lancem æream. Premitur a dormiente, ipſa non dormit. P. Miror vbi tu iſta legeris. Quod ſi ipſe Marte tuo, doctus à nemine ſoluiſti, magis miror, & exoſculor ingenium tuum. Addo ſecundum.

*Sunt mihi ſunt lachrymæ, ſed non eſt cauſſa doloris,*
*Eſt iter ad cælum, ſed me grauis impedit aer,*
*Et qui me genuit ſine me non naſcitur ipſe.*

L. Fumus eſt. P. Interpretare nobis verſiculum vltimum. L. Ignis generat fumum, ſine quo ipſe non generatur. An neſcitis? an cocos & calefactores in hanc rem teſtes aduocabimus? P. Accipe tertium, pulcherrimum omninò, & ſanè peracutum.

*Quale animal, dic, eſſe putes quod mobile totum*
*Eſt oculus, neq; pars præterea vlla manet?*
*Quotidie gignit natum ſine matre creatum:*
*Qui tamen vnà ipſa hac interit ille die.*
*Cuius item ſoror abſente eſt genitore creata,*
*Partita imperium fratris & interitum.*

L. Verè elegans & acutum ænigma, quod ſua luce me colluſtrat, & apud me quidem tenebrarum nihil habet, quia de ſole loquitur, & ſolem exprimit. P. Recedo perculſus & abiectus, vt Mamilius. Iam reliquum eſt vt Aretij impetum excipias. Euge Areti, eſto vir: nam cum viro tibi res eſt. A. curabitur.

*Excubat os nitidum patulo mihi ſemper hiatu,*
*Sacra miniſterio ferrea lingua Dei eſt.*
*Nunquam ſponte loquar, nunquam niſi iuſſa, tacebo.*
*Excutere at vocem verbera ſola ſolent.*

Quid

Quid hoc eſt Laberi? L. Quid ſit? Campana eſt. A. Audi rurſus.

*Sponte mea veniens varias oſtendo figuras,*
*Fingo metus vanos nullo diſcrimine veri.*
*Sed me nemo videt, niſi qui ſua lumina claudit.*

L. Somnus eſt, hoc ſomnus facit, & de ſe iſtis verſibus prædicat, quem vident vtique illi etiam qui non vident, cęci, inquam, & talpæ, quibus haud negauit natura ſomnum. A. Quis autem hoc de ſe?

*Parua mihi domus eſt, ſed ianua ſemper aperta:*
*Exiguo ſumptu furtiua viuo ſagina,*
*Quod mihi nomen ineſt, Roma quoq; conſul habebat.*

L. Mus eſt. Quòd ait ſuum nomen fuiſſe conſuli Romano, id verum eſt. Nam Mus, Deciæ gentis cognomen fuit, vt teſtantur Faſti Capitolini, in quibus eſt. P. DECIVS. Q. F. MVS. & P. DECIVS Q. F. Q. N. MVS. Ineſt ergo in hoc ænigmate antiquitatis peritia. Dic aliud. A.

*Grande mihi caput eſt, intus ſunt membra minuta,*
*Pes vnus ſolus, ſed pes longiſſimus vnus.*
*Et me ſomnus amat, proprio nec dormio ſomno*

L. Papauer eſt. Nunc mihi quoque dandus eſt interrogandi locus. Semper ego auditor tantum, nunquam ne reponam? P. Quem vis reſpondere tibi? L. Qui veſtrûm audebit. M. Qui poterit. Tamen non deſperamus de nobis: nec tu ſolus triumphabis hodie. Quid ergo affers? L.

*Candidior cygni plumis, ſum filia Brumæ,*
*Dura minus glacie, ſed non minus algida: fungo*
*Rarior, ac fluidum in laticem tabeſco repente:*
*Signo nouem, fuerit ſi litera prima reciſa:*
*Cor mihi ſi iungas, vix eſt auis atrior vlla.*

P. Nix eſt. Quod dicit, ſigno nouem, & quæ ſe-

quuntur, hoc ita intelligendum eſt, ſi ſcribatur NIX, & dematur N. fore vt ſignificet eius nomen numerum nouenarium, cuius hæc nota IX. Poſtremò ait, ſi ſyllaba, cor, ſibi adiiciatur, futurum nomen auis nigerrimę, cornicis. M. Negabis hæc? L. cur negem? Age tu Mamili, ſolue hoc.

*Glabra foris, piloſa intus, ſpecieq; globoſa,*
*Exſilio, quanquam mi pedis vſus abeſt:*
*Aëriáſq; carens pennis volitabo per auras:*
*Et vires crebrò pulſa reſumo nouas.*

M. Nihil agis, didicimus abs te inuicti eſſe. Pila eſt. L. Nunc demum intelligo me non ſolum victorem, & in coniicienda veritate fœlicem eſſe. Reſtas tu Areti, quem ſuperare ſi potuero, non omninò operam luſiſſe me putabo. A. Ingens ſcilicet ex me tibi gloria veniet. Petreium & Mamilium arietibus & vineis oppugna. L. Tecum liber velitari. A. Velitemur ergo. L.

*Carnea ſulcetur ſi glebula corneo aratro,*
*Non me dulce dabit, ſed feret acre piper.*

A. Prurigo eſt, quæ in amaritiem vertitur, ſi ſcabis. L.

*Tethyos vndiſonæ mediis ego naſcor in aruis,*
*Meq; cauernoſam fiſtula crebra forat.*
*Non inuita graui leuis impleo viſcera ſucco,*
*Quem reuomo exſorptum pollice preſſa prius.*
*Peniculiq; loco menſas extergeo molles,*
*Et rapio ſordes, vlceráq; exſanio.*

A. Puto eſſe ſpongiam. L. Sic eſt. Nunc vltimum adhibebo conatum.

*Quattuor æquales currunt ex arte ſorores,*
*Sic quaſi certantes, cum ſit labor omnibus vnus:*
*Et prope ſunt pariter, nec ſe contingere poſſunt.*

A. Hoc

A. Hoc prorſus neſcio quid ſibi velit. L. Nec tu Petreie? P. Nec ego. L. Nec Mamilius? M. Nec ego. L. Audite aliud, quod, vt ſuſpicor, æquè non intelligetis, & cuiq; pocula duo exhaurienda erunt.

*Nox ego ſum facie, ſed non ſum nigra colore,*
*Inq; die media tenebras tamen affero mecum,*
*Nec mihi dant ſtellæ lucem, nec Cinthia lumen.*

A. Deſine plura, mihi tenebræ ſunt, & iure meo libens cedo, nihil tibi viciſſim ſoluendum obiiciam. Quid tamen hæc duo ſibi volunt? pande myſterium. L. Relinquam vobis interpretanda. P. Tu ergo nobis crucem, vt Grammaticis Virgilius? L. Hoc quidem die non interpretabor. M. Nec magnopere iſtam interpretationem requirimus, & ignorabimus haud ægrè, quod ſine periculo ac detrimento fortunarum neſcitur. Diu fuit otium à propinando. Propinemus inter nos, conuiuiúmq; cum hilaritudine quanta poteſt agitemus, vino & ſermone ſuaui,

## ANNOTATIONES.

*AEnigma nihil eſt aliud, quam oratio verborum inuolucris tecta, ſeu obſcurus inuolutúſque ſermo, quo nomine etiam Pythagorica ſymbola vocantur ab Athenæo lib. 10. cap. 7. Cic. lib. 2. ad Att. obſcurè & occultè ſcripta dicit eſſe ἐν αἰνίγμασι. Alij ſic definierunt. Eſt obſcura ſententia per occultam rerum ſimilitudinem enuntiata. Item, oratio obſcuritate allegoriæ ad intelligendum difficilis. Idcircò & Fabius obſcuriorem allegoriam nominat lib. 8. cap. 6. Griphus à genere retis idem*

*pœne quod ægnima, ſeu ænigmatica quæſtio: quod cu-do, inuoluerentur quaſi, quibus illi ad ſoluendum pro-ponerentur. Sunt qui dicant ænigma luſum tantum ha-bere & iocum, griphum etiam ſtudium & curam. Cer-tè & ænigmatum, & griphorum vſus fuit olim inter menſas conuiuiales: & quoniam inter ſcyphos propo-nebantur, κυλίκεια ζητήματα dicebantur. Qui non ſol-uiſſet, ei poena hæc ſubeunda erat, vt poculum merum ebiberet. Conceditur eorundem vſus in iocoſis narratio-nibus, in luſibus, ſympoſiis: quoniam & ingenium acuunt, & hilaritatem pariunt. In orationibus qui frequentius iis vtetur, meritò reprehendatur, quoniam vitium orationis maximum eſt obſcuritas. Sunt porrò quædam ænigmata poſita in verbis tantum, quædam in ſententia, aliqua in vtroque, etiam in literis & ſyl-labis. Gellius lib. 12. cap. 6. ait latinè ſcirpos dici à qui-buſdam: Fortaſſe καὶ ἀντίφρασιν. Alij legendum putant, ſcrupos.* OEDIPVS ALIQVIS) *Oedipus quoniam apud Thebas ſcitè diſſoluit Sphingis problemata, prouer-bio locum fecit. Ita in Andria Dauus ſimulat ſe non intelligere quod herus dixerat: Dauus ſum, inquit, non Oedipus Plaut. Poenulo.*

> *Nam iſti quidem hercle orationi Oedipo*
> *Coniectore opus eſt, qui Sphingi interpres fuit.*

*De fortuna & ſtatu Oedipi Sophocles duabus tragœdiis, quorum altera Oedipus Colonæus, altera Oedipus Tyran-nus inſcribitur.* GRACVLVM INTER MVSAS) *Anſeres inter olores, & graculi inter Muſas ſunt rudes*

&

*& imperiti inter doctos, infantes & indiſerti inter eloquentes. Nam & ſtridor anſerum, & garrulitas obſtrepera graculorum, ambo hæc dulcibus, & acceptis auium cantibus diſsimilia, prorſúſque ingrata ſunt.* QVOD CAPTVM EST PERIIT) *Hoc ænigma mortem attuliſſe Homero ſcribunt Plutarchus in eius vita, & Valer. lib. 9. cap. 12. Sed credibilius eſt ſenio, aut etiam fame interiiſſe. Sotades Comicus apud Stobæum, docens vitam humanam eſſe miſeram, ſapientúmque virorum diuerſa mortis genera recenſens, fame periiſſe confirmat. Verſus extremos quia elegantes ſunt, non pigebit adſcribere.*

Πολύποδα φαγὼν ὁ διογένης ὠμὸν τέθνηκεν.
Αἰσχύλῳ γράφοντι ἐπιπέπτωκε χελώνη.
Σοφοκλῆς ῥάγα φαγὼν σταφυλῆς πνιγεὶς τέθνηκε.
Κύνες δὲ κατὰ θράκιοι εὐριπίδην ἔφαγον.
Τὸν θεῖον ὅμηρον λιμὸς κατεδαπάνησεν.

*Diogeni polypus crudus interitum attulit.*
*Illapſa teſtudo Aeſchylo fregit caput.*
*Sophocles edens vuam, acino ſtrangulatus eſt.*
*Canes vorarunt Euripidem Threicij.*
*Diuinum Homerum, prô, miſera abſumpſit fames.*

AD SEPVLCHRVM COELII) *Profuerit videre, quid ſuper horum verſuum interpretatione varia in Notis dicat Iunius Philargyrius.* SED TERMINVS FVIT) *Hoc ænigma, quod Gellius inenarratum relinquit, vt legentium coniecturas acuat, præclarè ſoluit Politianus Miſcell. cap. 36. Hiſtoria de exauguratione fano-*

rum & ſacellorum in monte Tarpeio, & Termini iſta contumacia eſt apud Liuium lib. 1. in Tarquinio Superbo. Perquam facetè hunc Deum, & ipſum Iouem irridet Lactant. lib. 1. cap. 20. *Quid qui lapidem colunt, inquit, informem atque rudem, cui nomen eſt Terminus? Hic eſt quem pro Ioue Saturnus dicitur deuoraſſe: nec immeritò illi honos tribuitur. Nam cum Tarquinius Capitolium facere vellet, eóque in loco multorum deorum ſacella eſſent: conſuluit eos per auguria, vtrum Ioui cederent: & cedentibus cæteris, ſolus Terminus manſit. Vnum illum poeta Capitolij immobile ſaxum vocat. Iam ex hoc ipſo vides, quàm magnus Iupiter inuenitur, cui non ceßit lapis: ea fortaſſe fiducia, quod eum de paternis faucibus liberauerat. Facto itaque Capitolio, ſupra ipſum Terminum foramen eſt in tecto relictum: vt, quia non ceſſerat, libero cœlo frueretur: quo ne ipſi quidem fruebantur, qui lapidem frui putauerunt.* RELINQVAM VOBIS INTERPRETANDA) *Ne ſe fruſtra torqueant ſtudioſi, ſciant iſtas ſorores eſſe rotas quatuor in vno curru: poſtremo autem ſignificari nebulam.*

PRO-

# PROGYMNASMA TERTIVM ET QVADRAGESIMVM.

## *Leontarchia, ſeu leonis inter belluas principatus.*

*LEO, ELEPHANTVS.*

ELephanti, quibus nullæ beſtiarum prudentiores, aliquando agmine vaſtam ſolitudinem cum ductore ſuo perambulantes ſermocinabantur de bonis, quæ reperirentur in quadrupedibus. Pernumerabant varia eorum genera, & pro cuiuſque merito dignitatéque vnumquodque ſine inuidia, quantum poterant, & candidè laudabant. De ſemetipſis autem propter ingentem exquiſitorum bonorum copiam qua affecti eſſent, ſic ſtatuebant: imperium in animantes iure optimo ſibi, leonibus autem nequaquam concedendũ. Forte fortuna per idem tempus Leo plurimis diuerſisq; animalibus, tanquã videlicet rex ſatellitum ſuorum cateruis ſtipatus, per ea ipſa loca neſcio quò profecturus iter tenuit, elephantos ſalutauit. At illi ſuperbia inflati, dominum ſuum nec reſalutare, nec aſpicere dignati ſunt. Leo (vt excelſus animus iniuriarum plerunque impatientior, & ad vltionem propenſior eſt) indignari, fremere, toros ceruice excutere, ſuos ad contemptores inuadendos cohortari, & ipſe in ducem velle inſilire, eũq; fruſtatim diſcerpere. Verùm Cõſiliarij, qui

proximi ibant, eum ab hac mente reuocabant, docebántque nullam virtutem tanto ornamento eſſe regi, quanto placabilitatem & clementiam: in quo M. Antonini cognomento philoſophi factum verbis ſingularibus prædicabant, qui ea de cauſſa ne in rebelles quidem ſæuitum voluit: ſi ita videatur, leuiori poena immodeſtiam illorum multari poſſe. Hîc vrſi cuiuſdam ſenis experientiſſimi, & in dandis conſiliis Neſtori quam ſimillimo egregiè valuit, plurimúmque effecit auctoritas. Tum ira temperata, voce placidiore Leo: quid eſt, inquit, elephanti, quod ſic à vobis deſpicior? An me ab ipſo Ioue principem animantium iam pridem inſtitutum ignoratis? Scimus nos quidem (ait primarius, & cæteris ætate ſuperior elephas) tibi ſceptrum eſſe datum, téque regem nominatum: ſed iuſténe, an iniuſtè, hoc diſceptari etiamnum poteſt. Quod ſi cauſſa cum cauſſa contendat, & rationes cum rationibus componantur, tu iſtud regnum diutius, credo, non obtineas, ego adipiſcar: tu in ordinem redigaris, ego in locum tuum aſcendam. Obſtupuerunt tam inſolenti reſponſione animalia, viſáque res omnibus minimè perferenda: principatum Leonis tot iam ſæcula inueteratum ac ſtabilitum labefactari, & de quo nemo hactenus addubitaſſet, de eo nunc ſeri litem, rémque præter omnium opinionem in controuerſiam deduci. Auebant tamen audire, quid pro ſe afferrent elephanti, & quibus potiſſimùm firmamentis ſuæ nationi regalem honorem maieſtatémq; deberi oſtenderent. Proinde cum è frutícibus herbíſque ſedem Leoni repente conſtruxiſſent,

ſent, ipſa eum in orbem arrectis auribus circumſederunt. Quid contra elephanti? ſtant toruum intuentes, iuſsique à Leone cauſſam ſuam orare, petunt, vti attentè & cum ſilentio à principio ad extremum audiantur. Promittit futurum Leo. Sed vulpes quieſcere non poterat. Iam enim arridebat oratori, ſeu potius irridebat, iam caput agitabat, iam ſeſe ſcalpebat, paulo poſt tergum obuertebat, deinde oſcitabat, circumſpiciebat, exſpuebat, aliquid lupo qui vicinus ſedebat, in aurem garriebat, omninóque alias res agebat. Leo conniuebat: elephantos procacitas, leuitas, atque proteruia vulpeculæ admodum pungebat: nam equus, vrſus, ceruus, aper, caper, taurus, & reliqui animantes ſatis quieti manebant & ſedatis animis modeſtíſque corporibus auſcultabant. Iam quæ fuerit Elephanti oratio audiamus.

## Oratio Elephanti.

Ad cuiuſque rei virtutem atque laudem demonſtrandam haud parum facit non diſplicuiſſe ſapientibus, quorum certiſsimo incorruptiſsimóque iudicio dirigenda, definienda, moderanda ſunt omnia. Elephantus autem à philoſophis, oratoribus, poetis, hiſtoricis ita commendatur, vt ei ex animalibus vniuerſis ſenſus optimos acutiſſimóſque, excellentiam intellectus, & ſermonis patrij notitiam, ingenium, indolem, docilitatem, imperiorum obedientiam, officiorum quæ didicerit memoriam, prudentiam, religionem, æquitatem, manſuetudinem, amoris & gloriæ voluptatem, & vt paucis multa, maximéque inſignia

comprehendam, quandam cum humano genere ſocietatem tribuere nihil vereâtur. Potéſtne quicquam de nobis dici præclarius? aut poſſumúſne, quàm ſumus & prædicamur, nobiliores fieri? Si hęc quę recenſui hominum inprimis propria ſunt, & homine (quod tu ipſe fateberis) nihil eſt excellentius, cui etiam in te gentémque tuam datum eſt imperium, concedas oportet, eos qui ab homine proximum ſortiti ſunt locum, te, qui ab eis præſtantia diſtas, quantum aliquid diſtare poteſt plurimum, maiores, atque ideò faſtigio regali digniores eſſe. Hæc ratio, quoniam ſatis acutè concluſa videbatur, in animos audientium penitius intrabat quidem, nondum tamen fidem penitus faciebat. Progreditur Elephas. Quæ porrò aceruatim à me dicta ſunt, ea ſigillatim diſſeram, & iis longè plura. In India, Africa, Æthiopia, vbicunque naſcimur, indigenam ſermonem percipimus, nec ſolùm humanis vocibus, vt cum aliis beſtiarum, verùm etiam humana lingua vobíſque nobiſcum agitur: qui honos cæteris non habetur. Verbis & allocutionibus domamur, inſtituimur, incitamur, reuocamur, placamur, dirigimur, ad vſus denique omnes à nobis expetitas excolimur, non ſecus profectò quàm ipſi homines. At tu, Leo, quid velint ſibi loquentes, non capis. Seu te increpent, ſeu moneant, ſeu rogent, ſeu blandiantur, ſeu laudent, ſeu hortentur, ſeu ſuadeant, ſeu quid aliud abs te poſtulent, nihil intelligis, non plus quàm lyram aſinus, aut tubam ſus. Opportunè ceciderat, vt horum neuter adeſſet. Quàm enim ægris mentibus & auribus iſtam contume-

tumeliam audituri fuerint, nõ difficile eſt cogitare. Quin nos etiam quodam ſermonis genere inter nos vti conſueuimus, qui rectoribus noſtris tantum notus eſt. Quid quod nonnunquam vocibus humanis loquimur? quid quod literarum ductus didicimus, & verſus pangimus? Noſter enim eſt ille, in puluere elephantino pede exaratus.

*Ipſe egomet ſcripſi, armáq; Celtica capta dicaui.*

Quale ſit nobis ingenium, quàm docile, quàm flexile, & belli paciſque artibus idoneum, multorum libri clamitant. Si contra belluas certamen nobis ineundum ſit, ratione aciem diſponimus, tela, ſpicula, tanquam chirurgi vulneratis leniter educimus. Equitatu circumuenti, infirmos aut feſſos vulneratóſque in medium agmen recipimus, ac velut imperio ac ratione per vices ſubimus. Pro defendendis hominibus pugnamus fortiſsimè, atque ad vltimum ſpiritum. Gregatim ſemper incedimus. Maximus natu agmẽ ducit. Amnem tranſituri, minimos præmittimus, ne maiorum ingreſſu atterente alueum creſcat gurgitis altitudo. Quid verò hominem homines in pace doceant, quod non etiam nos diſcamus? corpus ad omnem ex arte motum geſtúmq; conformamus, nos ſummittimus, reges adoramus, ſaltam⁹, choreas ducimus, ad ſcopũ lapides iaculamur, armis vtimur, natamus, in ſublime & p auras iacta, atq; in orbẽ circũacta recipimus, gladiatorios atq; militares motus edimus, per funes ambulamus. Si quis eſt tardioris ingenij in accipiendis quæ traduntur, eadẽ illa noctu meditatur. Semel ſi domiti ſimus, ab homine & pro homine patimur & ferimus omnia: & cũ tanta

ſit

ſit vaſtitas noſtra, tamẽ nulla vi adhibita vel à paro regimur. Quin etiam iugum ſubiuimus, & currus traximus. Teſtis eſt Roma, triumphante Pompeio de Africa: teſtis India, de qua triumphauit Liber pater. Nec iſtuc humilitati noſtræ & abiectioni, ſed manſuetudini & lenitati tribuendũ eſt. Memoria quoque noſtra celebratur. Agnoſcimus ſenes multos poſt annos, qui nos rexerant iuuenes. Non audiſti quomodo miles quiſpiam in fronte elephantum putamine nucis cum percuſsiſſet, ille putamen ſtudioſè ſuſtulerit: poſt dies complures in via publica militem obambulantem conſpicatus, elatum ex ore putamen promuſcide ſua acriter in illum coniecerit? Item de alio, quem cum miles vnà cum rectore ipſius obuium haberet, noluit via decedere. Elephas id ſuam & rectoris contumeliam interpretatur, vlciſci tamen à rectore prohibetur. Interfluxerunt dies nonnulli, cum in ripa fluminis quod vrbem præterfluit militem otioſè fabulantem reperit. Cum rector abeſſet, corripuit illico hominem, in altum ſuſtulit, nec precibus, nec clamore aſtantium motus, aliquoties flumine merſit, alleuans ſubinde & demittens. Addam exemplum vnum memoriæ in partem benignam, ſicut attuli in vindicem & iracundam. Cum quidam elephas annuo & ſolemni furore correptus catenas abrupiſſet, fugientibus omnibus ſeruulus quiſpiam, qui vlnis infantem domini ſui geſtabat, in ædes præpere irrupit, oblitus pueruli quem in illa trepidatione ante ædes depoſuerat. Adeſt elephas, mortem pueri omnes exſpectant. Ille manu ſua leniter

extollit, in humile tectum, quod è regione ædium erat, reſpectans curioſè, ſatin' puer illic ſine damno. Deinde furibundus curſum ſuum exſequitur. Hic eum beneficia accepta remunerari voluiſſe omnes coniectabant, quia mulier earum ædium domina, & infantis mater, elephanti tranſeunti ſæpius panem aut fructus obtulerat. Prudentiam noſtram declarant, quæ de ingenio & docilitate dixi, & hæc præterea. Prædam in nobis expetendam ſcimus eſſe dentes tantum noſtros. Quare deciduos caſu aliquo, vel ſenecta, defodimus. Eorum nobis ſumma cura. Alterius mucroni parcimus, ne ſit præliis hebes: alterius operario vſu fodimus radices, impellimus moles. Circumuenti à venatoribus, primos conſtituimus, quibus ſunt minimi, ne tanti prælium putetur. Poſtea feſsi, impactos arbori frangimus, & præda nos redimimus. Dentibus noſtris ingens pretium, quia ebur, & deorum ſimulacris laudatiſsima ex iis materia: Si quis noſtrûm in foueam ceciderit, ramos congerimus, moles conuoluimus, aggeres conſtruimus, omnique vi conamur lapſum extrahere. Religionem nos colere certum eſt. Niteſcente luna noua ad amnes deſcendimus, ibique nos luſtrantes, ſolenniter aqua circumſpergimus, atque ita ſalutato ſidere in ſyluas redimus: nec tranſituri maria naues ante conſcendimus, quàm de reditu rectores nos inuitantes iureiurando promiſerint. Morbo feſsi herbas ſupini in cœlum iacimus, veluti tellure precibus allegata. Orientem ſolem veneramur. Ad religionem pertinet, quod mortuos è genere noſtro ſepelimus, & prætereuntes terram cada-

cadaueribus iniicimus. Æquitas noſtra tanta eſt, vt alienas quoque iniurias perſequamur. Romæ Tito Imp. vxor rectoris mœchabatur. Vidit elephas: nec ferens domini iniuriam, irruit, & complexos vtrumque dentibus transfixit. Ita copulatos relinquit, ſtragulo tegit, adueniente domino ſtragulo abſtracto facinus, & ſe vltorem oſtendit. Manſuetudinis & clementiæ noſtræ argumenta ſunt, quod cum per vires noſtras nocere poſsimus omnibus, nocemus tamen nemini. Contra feras imbecilliores ac minores prorſus non pugnamus: contra maiores validioréſque non niſi laceſsiti. In grege pecudum occurrentia manu dimouemus, ne quod per imprudentiam obteramus. Cum Bocchus rex 30. elephantis totidem, in quos ſæuire inſtituerat, ſtipitibus alligatos obieciſſet, procurſantibus inter eos qui laceſſerent, non potuit effici, vt crudelitatis alienæ miniſterio fungerentur. Aberrantem hominem in ſolitudine factum obuiam non ſolùm non interficimus, aut aliquo malo afficimus, ſed placidè nos duces præbemus, viámque illi commonſtramus. De amore noſtro in homines mira poſſim narrare, ſimiliterque de cupiditate gloriæ, quæ tam vehemens in nobis, vt ignominia notati mortem infamiæ aliquando prætulerimus, & alia alius conſciſcendæ occaſione negata, inedia vitam finiuerimus. In magiſtros & rectores memorabili pietate ſumus. In liberos quoque, quos vrgentibus venatoribus adeò non deſerimus, vt millies capi, cædi malimus ipſi, quàm ipſos. Grandioribus de loco, de potu, de cibo iuniores concedũt.

Mirus

Mirus pudor noſter, victus fugit vocem victoris: nunquam niſi in abdito, tecti ſyluis damus operam liberis. Nec adulteria nouimus, nec vlla inter nos propter fœminas prælia, vt tauris propter vaccas, equis propter equas, & aliis ad eundem modum. Præterea liberales ſumus, damúſque munera tum curatoribus noſtris, tum iis quos diligimus. De robore noſtro nihil dicam: id ſatis inde colligitur, quod caſtellum ſinguli 30. & amplius militibus armatis plenum geſtamus. Promuſcis noſtra ad varia munera perquam vtilis eſt, qua pro manu vtimur. Ea potum haurimus, cibum capimus, per eam rectores aſcendunt & deſcendunt. Hac arbores deiicimus, in bello de manibus prælantium tela excutimus, ab equo equitem deturbamus, peditem correptum quò libuerit proiicimus. Cum per aquas ingrediendum, ea ſublata ſpiritum ducimus. Gladio ad eam alligato cruentas cædes factitamus. Quare non ſtultè per eam homo opulentus, & alieni auxilij nihil indigens ſignificatur, & per ſimulacrum meum rex intelligitur, quia gregatim ingredior, & quia qui ſenior inter nos, aliis imperat, quod plurimum gentium in regibus deligendis ſolemne fuit. Habemus & munificentiæ notam, quæ ipſa quoque eſt virtus regia: item temperantiæ: nam conſueto pabulo contenti ſumus: ſi plus apponatur, quod plus eſt reiicimus. Cum ergo elephantus tantopere laudatus ſit à ſapientibus, cum ingenio, docilitate valeat, cùm ſermonis ſit intelligens, cùm ſit in eo memoria, affectus, gloriæ ſtimuli, æquitas, pietas, manſuetudo, liberalitas, pudor, vires:

cum

cum ſit hominis ſimillimus: cum notas regiæ dignitatis habeat, quid illi deſit, quo minus animalium rex appelletur? Poſtquam perorauit, cæteri elephantes cuncti ſimul ore fremebant: Leo autem regum moris retinens, qui per alium reſponſa dare conſueuerunt, Moloſſo præcipit, vti ſuo nomine elephantem modeſtiam doceat, ſuámque aduerſus illum dignitatem & poteſtatem aſſerat. Erat hic Moloſſus Cancellarius Leonis, cui ſummum ingenium, ſummam dicendi copiam facultatémque natura, & eximiam cum grauitate prudentiam tribuerat. Is itaque hunc in modum dicere ingreditur.

ORATIO PRO LEONE.

Ea demum vera ſummáque fœlicitas eſt, Elephante, vnumquemque ſua fœlicitate, ſuiſque bonis contentum vitam agitare, eo non plus ſibi appetere, alienam auctoritatem, gloriam, potentiam non ambire, nulli quidquam inuidere, maiores reuereri, cum paribus facilè congregari, minores non contemnere, ſuum denique negotium agere, & quod dici ſolet, propria in pelle quieſcere. Quæ ſi tu facere in animum inducere potuiſſes, nunquam eo amentiæ proceſsiſſes, vt tam inconſideratum & inuerecundum facinus deſignares. Tua enim iſta concio quid aliud fuit, quàm ambitionis tuæ, tuorúmque, quam inuidentiæ, quàm ſuperbiæ, & intolerandi cuiuſdam faſtus luculenta ſignificatio? Quæ te peſtes quieta mente conſiſtere nunquam ſinunt, volutantem ſemper, anxiéque cogitantem, quo pacto, ſiue id non pote, ſiue pote, quo iure, qua iniuria, per fas

ſtasq; nomen tuum glorioſum efficere, & quibus te prouida rerum mater natura ſubiectum eſſe iuſſit, ſupremum in eos, regiúmq; dominatum inuadas. At enim tua te fruſtrantur conſilia, & ſpes in irritum cadunt, ac tu de te ipſo ita mereris, vt qui peſsimè. Non enim, id quod tu arbitraris, omnia vbiq; hominum ſententiis metienda, ſtatuendáq; ſunt: aliquid etiam naturę tacenti, eidémq; ingenioſiſsimæ cunctorum inuentrici, ſapientiſsimę gubernatrici: aliquid inſuper nobis brutis in cauſſa noſtra videtur eſſe permittendum. Et tamen illi eruditorum ordines quos nominauiſti, non vſqueadeo laudibus te celebrant, vt animantium regem imperatorémq; conſtituant: tam præpoſterus rerum æſtimator inuentus eſt adhuc nemo. Multa magnáq; cantari de te ſolent: at nec pauciora nec inferiora de Leone. Quare tute gladium mihi porrexiſti, quo te iugularem. Quod ſi dictis atq; teſtimoniis illorum tantum fidei auctoritatíſq; deferendum ſentis, deſine infœlix regnum tibi vendicare, deſine affectare tyrannidem, deſine inſanire, quando ijdem toties, & tam manifeſtè, verbis & ſententiis tam glorioſis Leonem animalium principem & caput eſſe cõfirmant. Ecquid, Elephante, abuſum te hominũ ſapientum auctoritatibus animaduertis? ecquid intelligis, quomodo tuo ipſius laqueo captus ſis? quomodo in foueam, quam nobis foderas, tu ipſe incideris? quomodo tuis armis perieris? Quod deinde ingenium tuum, facilitatẽ quæcunq; diſcendi, memoriã, prudentiam, æquitatem, religionem, aliáſq; virtutes tuas iactauiſti, hæc omnia velim ſcias de vobis ita ferri ac narrari,

vt non modo de omnibus vobis communiter, ſed
nec de paucis quidem, de vnis tantum affirme-
tur. Tu autem ſi ex indiuiduo, ſiue ſingulari ge-
nus & vniuerſum concludere te poſſe arbitraris,
malè perfectus es in dialecticis. At quę de leonibus
memoriæ produntur, ea ferme omnium com-
munia ſunt: id quod inſitæ, & cum ſemine ad po-
ſtęros propagatæ nobilitatis indicium eſt. Vt enim
non ideò genus humanum dicemus eruditum,
quoniam Plato, Ariſtoteles, Homerus, Cicero, eru-
diti fuerunt: nec idcircò diues, quoniam Crœſus
in ampliſsimis opibus vixit: nec longæuum, quia
Tithonus Auroræ maritus ſenio tandem in ci-
dam verſus memoratur: nec formoſum, quia Al-
cibiades & Helena pulchritudinis laudem tulerit:
nec religioſum, quia Numa Pompilius religio-
bus addictus, & ſacris obeundis deditus fuit: nec
incredibili quadam magnitudine cõſilij atque ing-
nij, quiq; artem obliuiſcendi quædam, quàm re-
cordandi malint, quia Themiſtocles talis legitur:
ſic nec elephantorum genus plenum rationis, me-
mor, iuſtum, pium, gratum, homini proximum
cabimus, quoniam nonnulli, vel vnus etiam dun-
taxat de illis harum rerum aliquod documentum
aliquando dedit. Paucorum excellentia nuſquam
nobilitat ipſam multitudinem: tametſi eidem ho-
nori & ornamento eſſe poteſt. Veruntamen (vt
quàm tecum ſincerè fidentérq; agam) concedo hęc
vobis eſſe communia. Quid aliud hinc conſequi-
tur, niſi vos nec homines omninò, nec bellu
prorſus, ſed medium quoddam genus animalium
decernendos? Iam verò, ſicut homines homines

ſi

ſibi præeſſe volunt, non belluam: ſic nos cum ſimus natæ rationis expertes, & brutæ animantes, ab animante bruto leges accipere, eiq; dicto imperio audientes eſſe, tanquam legitimo regi volumus, non illi, qui à natura moribúſq; noſtris recedit, & ita ſimilis noſtrûm eſt, vt etiam vehementer diſsimilis reperiatur. Aut igitur nega in te ſubiectíſq; tuis ineſſe illas cum homine ſimilitudines: quod ſi feceris, vnde præſtantiam tuam probes, & cur regnum tibi debitum aſſeueres nihil habebis: aut ſi non negas, te noſtra cognatione alienum confiteare, qui nempe caremus ingeniis, qui dociles non ſumus, qui choros ducere, per funes incedere, amare etiam (vt vos ſoletis, & quod tu ſubdolè præteriiſti, cum de amore veſtro in homines loquerere) mulierculas neſcimus, qui nec probitate, nec manſuetudine, nec ſermonis intelligentia præſtamus, & aliud nihil ſumus quàm beſtiæ: atq; ob eam rem te nobis iura dare nec poſſe, nec debere. Cur ergo homini ſeruimus? cur eius iuſſa conficimus? cur imperia perferimus? Quoniam, vt ſis ſciens, ab vniuerſa natura, cui ille cœleſtium nutu ac voluntate iam inde vſq; ab initio præpoſitus eſt, nihil ſciunctum cupimus. Quanquam magis homines leonum, quàm leones hominum ſerui ſunt. Laudaſti poſtea vires, & iſtam promuſcidē tuam, cuius varios vſus declaraſti, quantáq; vi polleret docuiſti. Sunt hæc magis tua, quà bellua es. Atqui nec à Leone abeſt laus roboris, qui pro corpore ſuo robuſtus eſt ſatis. Poſtremus orationis tuæ locus myſticos quoſdam elephanti ſignificatus complectebatur, eóſq; præclaros, ex quibus il-

lud denuo concludere nitebare, te admodum no-
bilem, & regia maieſtate dignum eſſe. Quid? Leo
noſter quàm varia, quàm non vulgaria propter in-
ſignem naturæ ſuæ prærogatiuam ſignificat? Ani-
mi corporiſq́; vires, vigilantiam atq; cuſtodiam, fi-
liorum in parentes obedientiam, ſolem & terram,
dominatorem, animi domitorem, hominem ter-
rificum, clementiam, virtutem: virtutem, inquam,
ſola pellis, quo ornatu heroes ſibi placent, & quod
his omnibus æquale, immo quod minus eſt omni-
bus, DEI FILIVM. Singula eius membra arca-
ni alicuius argumentum præbent, in quo cum ſa-
pientibus gentes ætatéſq; omnes conſentiunt. Au-
di iam decora regis noſtri, & diſce, ſi potes, etiam
in ipſo inueniri talia complura, qualia de te ipſe e-
diſſertare non dubitauiſti. Quæſo te, nū clementia
non eſt, quod ſupplices parcit lædere, tam feras
quam homines? Si ſæuit, in viros prius, quàm in
fæminas ſæuit: in infantes autem non niſi acerrima
exagitatus fame. Hoc cum feciſſe tradantur ma-
tres humanæ filijs ſuis, certè ignoſcendum eſt be-
ſtiæ, ſi id committit in homines, quandoquidem
beſtia eſt. Intelligunt leones quoq; ſermonem, &
quidem ſupplicantium, miſericordiámq; rogitan-
tium, quæ verè clementis animi nota, regaliſq; in-
dolis clariſſimum ſignum eſt. In Libya captiua
mulier dum Getuliam petit, complurium leonum
per ſyluas impetum ſupplice affatu mitigauit. Au-
bat ſe fæminam eſſe, profugam, infirmam, implo-
rare ſe fidem & humanitatem animantis genero-
ſiſſimi, & reliquorum imperatoris, indignam ſe-
ius gloria prædá fore. Cum porrò natura & æqui-
tas

tus præſcribat,nocere nulli,niſi laceſsitum iniuria,
leones vulnerati obſeruatione mira percuſſorem
agnoſcunt, & in quamuis frequenti multitudine
appetunt.Hoc ſimiliter vos factitatis,vt lędentibus
iraſcamini,& ab iiſdem pœnas expetatis. Cæterùm
ea moderatione non eſtis, qua illi:nam eum à quo
telum venerit, quamuis non vulnerauerit, corre-
ptum raptatúmq; ſternunt, nihil vulneris impo-
nunt:ſatis quippe habent hoc leuiſsimo ſupplicio
eum admonere, vt deinceps iniuriam ne inferat.
Dolis & ſuſpicionibus locus apud leones nullus,
neq; vt limis oculis non aſpiciunt,ſed rectis: ſic vi-
ciſsim ſe limis aſpici nolunt.Erga benè meritos ip-
ſi etiam gratiſsimi reperiuntur. Exempla pulcher-
rima,& magna quidem copia poſſem adducere:vt
illius,qui in amphiteatro vnum è beſtiariis agnitũ
cum quondam eius Magiſter fuiſſet,ab aliarum in-
ſultu & dilaniatione beſtiarũ protexit:vt illius,cu-
ius pedẽ læſum cũ curaſſet in ſylua ſeruus, eidem
poſtmodũ per ſpectaculũ Romæ obiectus eſt. Leo
agnouit medicũ, ad eius veſtigia ꝓcubuit,eius la-
teri ſemper adhæſit, eum tanquam mitis catellus,
quacunq; iret per vrbem comitatus eſt:hæc & alia
infinita proferre poſſem,ſi lõgior eſſe vellem.Præ-
terea liberalitatem leonum mihi conſidera. Arre-
ptam prædam ſoli deuorare erubeſcunt, ſæpéq; a-
liis beſtiis de ea quod deuorent relinquunt. Veni-
amus ad eam,quæ in leone præcipua laus ducitur,
& qua in illo res nulla admirabilior, omnibúſque
honoribus dignior iudicari debet. Quænam igi-
tur ea eſt?quæ? Magnanimitas. Hac neq; tu,neque
animal vllum ſeſe cum illo vlla ex parte compara-

 uerit.

uerit. Cedite elephanti, cedite; in Leone habitat & elucet grauiſsimorum diſcriminum, & letalium periculorum contemptor, altiſsimus, fortiſsimus, inuictiſsimúſq; animus. Fulgẽtes gladios, micantia tela, haſtas, contos, venatores, canes nihil horret, ſolo terrore diu ſe tuetur, ac veluti compelli ſe ad defenſionem teſtatus, tandem cooritur, non quaſi periculo coactus: ſed quaſi ſceleri & amentiæ iratus. Si quando multitudini cedendum ſtatuit (non eſt enim ſapiẽtis temerè ſe iis caſibus offerre, quos nec viribus, nec conſilio ſuperare poſsit) in ipſo diſceſſu (non enim dicam in fuga) cor impauidum & ad dimicandum paratum oſtentat, dum valde cõtemptim, & crebrò reſtitans mediis in campis de loco abit: ita minimè negligit, quid de ſe ſentiatur. Si quem inſequatur, ſaltibus inſequitur. Nec eum vis vlla domare poſsit, niſi quartana febris ſpiritus eius aliquantum comprimeret. Quocirca qui periculis cincti circumuentíq; non cadunt animis, ſed fortiter reſiſtunt, néc conſtantiam ſuam infringi patiuntur, illi leonibus, non elephantis ſimiles dici ſolent, & in bello audaces animoſóſque poëtæ θυμολέοντας vocant. Ad medicandum Leo multis modis eſt vtilis. Adeps venenum pellit, quo perunctis virulentarum beſtiarum morſus nequaquam officiunt. Idem oleo roſaceo permixtus faciem à vitiis integram candidámq; cõſeruat, aduſtas corporis partes, & tumores oculorum ſanat. Eiuſdem fel cum aqua oculorum claritatem acuit, & aduerſus comitialem morbum valet. Cor cum cibo ſumptum, quartanam fugat. Hîc tu forſitan mihi tacitus reſpondeas: quem ego tantopere tollo,

ſolúmq; regem eſſe oportere contendam, cum terreri rotarum ſtrepitu,curribus vacuis, gallorũ cantu,& igne potiſsimùm. Hæc ne laudabilia,nec regia videri. Accipe contra, Elephante. Noluit enim natura ſine malo tantis cumulare bonis,ne nimium ſibi plauderet, & pro rege crudeliſsimus tyrannus euaderet. Quo ſine etiam quartana illũ implicuit. Debuit vtiq; meminiſſe, ſe quamuis regem,tamen non Deum,ſed belluam,& qui tantum terrorem incuteret aliis, ſe quoq; terreri, & quidem à paruis poſſe: quæ res illum extra fines exire non ſineret. Tu verò quantumuis eximius,& bonorum diues, veſtigio hominis in ſolitudine animaduerſo,priuſquam hominem ipſum conſpicias, inſidiarum metu percelleris & contremiſcis. Te minimus ſuum grunnitus, te caper in fugam coniicit. Vulneratus & territus in bello ſemper retrocedis,cum clade perniciéq; tuarum partium. Si ad ſtagna limpida acceſſeritis, vbi vos tanquam in ſpeculo cernatis,ſupra modum vos metipſos auerſamini, & reformidatis, confeſtímq; diſceditis, & ne vosmet intueri cogamini,ob eam cauſſam omninò turbidam bibitis. Nonne hoc eſt pueros imitari,qui vmbras ſuas timent, & exclamant? Inſuper cum ingenio tuo etiam ſtuporis notam habes. Vnde enim illud prouerbium in ſtupidum: nihil differs ab elephanto? Si ergo nihilominus te nobilem haberi poſtulas,cum eiuſmodi ſis, noli Leonem ob timiditatem ſuam iudicare ignobilem: tu quippe multò es illo timidior. Deniq;, vt finiamus, muta iſtam mentem, dimitte audaciam, & quem nos tot ſæculis dominum agnouimus,quémq; iu-

ſtè,& manſuetè imperantem ſenſimus, tu quoque agnoſce. Ne exſpectes,dum vis afferatur: caue abutaris regis noſtri lenitate : ſcio illi longas eſſe manus:ſcio eum noſſe iram diſsimulare, opportuno autem tempore,poſt annos quamuis multos ſupplicium ſolere irrogare.

Aſpectabant elephantos animalia ,& nutibus eos admonebant,vt poſita ferocia Leoni ſe in clientelam dicarent,ne rebus nouis ſtuderent, ſibiq; malum maximum pararent. Redeunt ad mentē elephanti,Leonem adorant,quomodo reges adorare conſueuerunt,veniam ſtultitiæ ſuæ petunt,& facilè conſequuntur. Collaudat verbis honorificentiſsimis oratorem ſuum Leo , & torque aureo donat,rémq; geſtam annalibus conſignari iubet. Tum ab vtriſq; diſceditur:& ex eo , vbicunq; elephantes Leoni fiunt obuij , ſemper ſubſiſtunt,ſeſéq; in genua ſubmittentes, vt dominum ac principem ſuum reuerentur.

---

## ANNOTATIONES.

ELEPHANTVS) *Quorundam opinione elephantos appellatos eſſe boues Lucas, ait Varro:quod primùm viſi ſint in Lucanis Pyrrhi bello :ſed & ex eo fortaſſe,quod Lucani boues validiſſimi eſſent,neq; vllam quadrupedem noſſent Romani boue maiorem.* Turneb. lib. 13.cap.9.*De elephantis nullam Homerum feciſſe mentionem obſeruauit* Pauſan. lib.1. *cum tamen de ebore non tacuerit.Nam lectos & opulentiorum domos ebore ornatas dixit. Quod ſi aut elephantum vidiſſet, aut de*

quid-

quidquam audiſſet, antiquius, opinor, duxiſſet hoc, quàm Pygmæorum & gruum pugnas commemorare. Eaſdem belluas, vt idem ſcriptor tradit, primus ex Europæ principibus Alexander Poro & Indis deuictis in poteſtate habuit. Quo mortuo, & alij reges, & plurimos Antigonus ſibi comparauit. Ex vaſtitate & mole elephanti conſidera mihi obſecro quid & quàm ſapienter nos doceat Theodoret. ſerm. 5. de prouid. *Non igitur doleat tibi, inquit, quod corpore paruo præditus es: quin potius quanta huic animalia ſeruire dignentur perpende, cúmque qui hæc tuo imperio ſubiecit alacri, & prompto animo celebra, ac per hoc ipſum gratum te conditori tuo oſtende. Anima enim tuæ ſaluti proſpiciens, nequaquam magno vaſtóque corpore te onerare voluit: ne videlicet vtraque parte præſtantior exiſtens, in diabolicam inſolentiam prolabereris. Cum enim paruo hoc corpuſculo præditus inſanire, & contra Creatorem tuum furere ſoleas, quid non facturus eſſes, ſi & hoc magnum & vaſtum accepiſſes? Nunc verò parua hac & mediocris ſtatura te ſapere, & procreatorem tuum agnoſcere docet: ratio autem diuinitus conceſſa corporis exilitatem ſolatur. Per hanc enim omnem brutorum animantium naturam ducis & regis: nempe ouium, caprarum & porcorum greges, equorum armenta, camelos paſcentes ſimul & onerarios, & mixtam vel auium, vel mulorum naturam.* Baſil. quoque Homil. 10. in Hexaëm. *Quantum corporis virtute diſtinguitur homo, tantum abundat copia rationis, per quam ingentes moles transfert.* IN DANDIS CONSILIIS NESTORI) *Vſum Agamemnonem conſiliario Neſtore, & multum ei tribuiſſe propter ſummam cum eloquentia coniunctam prudentiam patet ex Iliad. & teſtatur Cic. epiſt. 14. lib. 9. Eſt tamen non alienum à dignitate tua, quod*

*ipſi Agamemnoni regum regi fuit honeſtum, habere ali-
quem in conſiliis capiendis Neſtorem.* Et in Cato. *Et ta-
men ille dux Græciæ nunquam optat, vt Aiacis ſimiles
habeat decem, at vt Neſtoris: quod ſi acciderit, non dubi-
tat, quin breui Troia ſit peritura.* PRINCIPEM A-
NIMANTIVM) *Cum ſint genera animantium tria,
aquatica, terreſtria, & pennigera, de quibus aliâs diſpu-
tauimus, & certum habeatur auium principem ac velut
dominam ob naturæ excellentiam eſſe aquilam, quadru-
pedum autem leonem, quem quaſi regem piſcibus dari
conuenit? an ibi molem, an præſtantiam ſpectabimus?
nam nec leo maior elephanto, nec aquila maior cygno, &
nihilominus ille ſuorum Rex, hæc ſuarum regina. Hæc
quæſtio tanti momenti apparet, vt comitia piſcium ad
regem creandum, ſi nondum eſt aliquis, indicenda vide-
antur: modo id balæna æquo animo ſuſtineat.* IN OR-
DINEM REDIGARIS) *Antiqui cum ſignificare
volebant hominem inter ſuæ conditionis homines reti-
nendum continendúmq;, id eſt, vt vulgò loquimur, ſuo
ſtatu contentum eſſe cogendum, in ordinem eum redigen-
dum, vel etiam cogendum dictitabant, hoc eſt, inter vul-
gares & gregarios annumerandum.* Plin. epiſt. 23. lib. 1.
*Conſulis an exiſtimem te in Tribunatu cauſſas agere de-
cere. Plurimum refert quid eſſe Tribunatum putes. Ina-
nem vmbram, & ſine honore nomen: an poteſtatem ſacro-
ſanctam, & quam in ordinem cogi vt à nullo, ita ne à ſe
quidem deceat.* Et ep. 6. lib. 2. *Liberti mei non idem quod
ego bibunt, ſed idem ego quod liberti. Et mehercule, ſi gu-*

la

*la temperes, non eſt oneroſum, quo vtaris ipſe, communicare cum pluribus. Illæ ergo reprimendæ, illa quaſi in ordinem redigenda eſt, ſi ſumptibus parcas. Huic opponitur, eximere numero. Quintil. lib. 1. de Criticis loquens. Iudicio quidem ita ſeuerè ſunt vſi veteres Grammatici, vt non verſus modo cenſoria quadam virgula notare, & libros qui falſo viderentur inſcripti tanquam ſubdititios ſummouere familia permiſerint ſibi: ſed auctores alios in ordinem redegerint, alios omninò exemerint numero. Eximere igitur numero eſt eximium habere, id eſt, non inter vulgares connumerare, ſed tanquam præcipuum habere. Græci in ordinem redactos ἐγκυκλίυσ dicunt, id eſt, circulares, hoc eſt viles & vulgares. Contra, numero exemptos, ἐκκρίτυσ, περικρίτυσ, id eſt, eximios & præcipuos. Hæc vt breuiſſimè licuit ex Bud. in Pandect.* CVM BOCCHVS REX) *Auctor Plin. lib. 8. cap. 5. In quo, vt item in præcedẽtibus & ſequentibus multa de elephantis. Nonnulla Baſil. quoq; Homil. 9. in Hexaëm. Ælian. de animal. locis variis. Pererius comment. in Daniel. lib. 4.* PROPRIA IN PELLE) *Ab aſino Cumano, qui leonino exuuio coopertus, ſe leonem mentiebatur.* MAGIS HOMINES LEONVM) *Cum Diogenem Xeniade Corinthio venditum, ab eóq; pueris informandis, ac toti domui adminiſtrandæ perfectum neceſſarij vellent redimere, fatuos eos nominauit. Neq; enim leones ſeruos eſſe nutrientium: ſed contra illos ſeruire leonibus. Laert. lib. 6.* QVO, ORNATV HEROES) *Exuuiæ leoninæ virtutis ſymbolum erant: quam ob cauſſam & ab heroi-*

*bus*

*bus geſtabantur, & Herculi dicabantur, qui apud Antiquos index & monumentum virtutis erat.* Itaq; Diogenes *conſpicatus quendam eo ornatu impensè gaudentem: ecquid, ait, virtutis indumentum vituperas? Vrſorum quoq; & pardorum, & pantherarum pelles ſimilem ob cauſſam geſtare ſolitas inuenimus.* VNVM E BESTIARIIS) *Erat ludus venatorius quoq;, vt gladiatorius, in quo ſerui feras in arena ad populi voluptatem conficere docebantur. In ludum venatorium damnare reos, eſt in exercitationem feras in theatro conficiendi damnatos addicere. Qui inuiti ſic inſtituebantur, ad beſtias damnati dicebantur. Atq; hos omnes exiſtimo beſtiarios à* Cicerone *& alijs vocatos, quia cum beſtijs ſpectante populo depugnabant. Qui beſtijs obiiciebantur, ſtatim dilaniabantur. Hos beſtiis ſubiectos* Iurecos. *nominant. Fuſius iſta* Bud. *in* Pandect. *A capitolino, &* Iulio Firmio *arenarij appellantur, qui à cæteris beſtiarij, à* Græcis Θηριομάχοι. CVIVS PEDEM LAESVM) *Hanc hiſtoriam ex* Gellio *ſummatim narrauimus volum. 2. progymn. 82. cum de grato animo ageremus.* TANDEM COORITVR) *Magnanimitatem iſtam leonis, periculorúmq; ad tempus contemptionem* Virg. *principio duodecimi feſtiuè graphicéq; depinxit, cum* Turni *violentiam & effrenatum animum ob oculos lectori conſtituit.* Poenorum qualis in arnis Saucius ille graui &c. GALLORVM CANTV) *De animalium diſsidiis concordiáq;* Plin. lib. 10. cap. 74. IRAM DISSMVLARE, OPPORTVNO AVTEM) Iliad. 1. *Calchas augur rogatus ab Achille, vt diceret, quam*

obrem

*obrem deus ille, Apollo inquam, Græcis infeſtus, tam funeſtam peſtilentiam excitaſſet, timet Agamemnonem: quod eſſet videlicet dicturus, quæ ille audire minimè vellet: atq; idcircò quamuis iram in præſens diſsimularet ac tegeret, nihilominus aliquando pœnas in eum decerneret, cum occaſionem vidiſſet. Verſus hi ſunt*

κρείσσων γὰρ βασιλεὺς ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ.
εἴπερ γάρ τε χόλον γε αὐτῆμαρ καταπέψῃ,
ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον ὄφρα τελέσσῃ.
ἐν στήθεσσιν ἑοῖσι.

# PROGYGMNASMA QVARTVM ET QVADRAGESIMVM.

## *Aurum.*

*NAVIVS, HARMONIVS.*

NAVIVS. Volo te ſaluere plurimùm, mi patruelis. H. Tantundem ego te contra. Hem per tempus aduenisti. N. Hoccine erat in deſiderio? H. Hoc ipſum, Naui chariſsime. N. Quamobrem verò? H. Quærin' tu quamobrem? Vt eſſes mihi inuſitatæ conſcius lætitiæ. N. Certè primus oculi coniectus, te præter vſitatum defæcatiſsimi animi, hilariſsimúmq; mihi nuntiabat. Cauſæ quid ſit, aueo perdiſcere. H. Aſsidamus. Hoc lucifero tanta me exceperunt bona, quanta

aliás

aliâs nunquam, ex quo vitalem haurio ſpiritum
humana matre natus, humano patre. Sine ſacris, vt
ille in Capteiuis lætabundus ait, hæreditatem ſum
aptus effertiſsimam: nec, quoad me anima comi-
tabitur mea, in hanc vrbis regionem contuliſſe
domicilium atq; in has ædes immigraſſe pœnite-
bit, quæ plus habent in receſſu quam fronte pro-
mittant, vt Quintilianus ſcripſit de Grammatica,
Foris contemptæ, intus feſtiuæ: à fronte ligneæ, in
viſceribus aureæ. N. Aſt ego introgreſſus poſtqui
ſum, nihil adhuc vidi, vel aureum, vel inauratum.
Vaſa hæc potoria, iſtæ lances, illæ quadræ è ſta..no
ſunt. Menſæ ligneæ, ianua lignea, laquearia lignea,
fornax lutea. Feneſtras vitreas, & in his plumba-
turas conſpicor. Parietes interiores credro lateri-
tios, per ſcalas huc aſcendi lapideas. Non eſt in
promptu cur tu domum voces intrinſecus aure-
am: pande ſodes arcanum. H. O Naui, nunc eſt
profectò, cum me viuere quàm emori malim, non
vti ante hac. Nunc eſt bibendum, nunc pede libero
pulſanda tellus. Nunc ſolidè perſpicio, quid velit
ſibi hoc protritum: auarus niſi cum moritur, nihil
rectè facit. In hiſce ædibus habitauit quondam Eu-
clione multo auarior, & nequior (nequam enim
omnis auarus: quandoquidem nec ſibi poteſt pati
bene eſſe, nec alteri: qui non aurum ipſe poſsidet,
ſed ab auro poſsidetur: canis in præſepi) is theſau-
rum magnum clam domeſticis in intimo cellæ an-
gulo defodit, & ibidem vnà cor ſuum. Eum, vt res
loquitur, moriturus commonſtrauit nemini. Vbi
hinc ad Acherontem abiit ſine viatico, cætera ad
agnatos lege venerunt bona, aurum mihi alieno;
&

& cum Inopia ætatem exigenti, quam Luxuria vxorem mihi dedit, diuinitus ſeruatum eſt, reperi ollam, ingentem ollam reperi auri plenam, nummûm duûm milliũ quingentorũ. Miror qui ſuſpicio de theſauro ibi condito ſurrepſerit. Deus deus nobis hoc impertiuit gaudium. Rem nactus ſum: vel amico nunc prodeſſe poſſum, vel inimicum perdere. Mecum perinde actum videtur, vt cum Timone Lucianico. Imperauit enim Theſauro Plutus, vt ei terram fodienti eruendum ſe offerret, & ligonem altius præcepit impingere. Nec verò metuebam, quomodo nec ille, ne aut ſomnium eſſet, aut carbones inuenirem. Aurum inueni, & ligonem iſtũ conſecrabo. χρυσίον ἐστὶν ἐπίσημον, ὑπέρυθρον, βαρὺ καὶ τὴν πρόσοψιν ὑπερήδιστον. ὦ χρυσὲ, δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς, αἰθόμενον γὰρ πῦρ ἅτε διαπρέπεις καὶ νύκτωρ, καὶ μεθ' ἡμέραν. ἐλθέ, ὦ φίλτατε, καὶ ἐρασμιώτατε. νῦν πείθομαί γε καὶ Δία ποτὲ γενέσθαι χρυσόν. ὦ Μίδα καὶ Κροῖσε, καὶ τὰ ἐν Δελφοῖς ἀναθήματα, ὡς οὐδὲν ἄρα ἦτε ὡς πρὸς Ἁρμόνιον, καὶ τὸν Ἁρμονίου πλοῦτον, ᾧ γε οὐδὲ βασιλεὺς ὁ Περσῶν ἴσος. Aurum eſt inſigne, fuluum, graue, & aſpectu longè iucundiſsimum. Aurum pulcherrima fauſtitas mortalibus: quippe quod ignis in morem ardes, noctéſq; & dies renides. Ades ô mihi chariſſimum deſideratiſsimúmq;. Iam aſſentior, vel Iouem ipſum olim aurum factum. O Mida Crœſéq;, ac munera Delphico in templo dicata, vt nihil eratis, ſi cum Harmonio, cúmq; Harmonij opibus cõferamini: cui ne Perſarum quidem rex par eſt. N. Iam fœlici inuento euentúq; gratulor tibi: inueniſti, non quod pueri in faba. Ergo iam tua cogitata

in aurum commutabuntur, ſomniáq; ſomniabit
aurea. H. Haud equidem immeritò. Nam qui au-
ro caret, huic tam malè eſt, quàm cui peſsimè: gra-
uiſsimè ægrotat, ac periculoſiſsimè. Et hic frater
tuus patruelis hucuſq; ægrotauit, iam cucurbita &
piſce eſt effectus ſanior. Vah, cur me iſtum Hippo-
cratem, iſtud alexipharmacum intra tecta habere
tamdiu ignoraui? In auro ſita eſt fœlicitas, & id etiã
ſeruis eſt honorabile, ſine quo parum dulcis eſt li-
bertas, parum valet. Eius onus quantumlibet, non
oneroſè quiuis portauerit. Quod ſi vel moleſtiſsi-
mum foret, nunquam aut Cratem, aut Ariſtippum
præpoſterè ſapientes imitarer: quorũ ille fertur au-
rum in vndas abieciſſe, cum dicto plauſibili: abite
peſsimæ diuitiæ, mergã vos, ne mergar à vobis: hic
ſeruum pediſequum, ſi pondere premeretur, iuſsit
proiicere, quod ſatis ad leuãdum putaret. Etſi qui-
dam piſcantur hamis aureis, tamen non paſcuntur
auro ſquamigeri: in conuiuiorũ magnificentiam,
ludorum apparationem, in ædificationes ſumptu-
oſas, in largitiones abundantem conferre pecuniã
æquũ videtur. Prudenter Tullius. Expetuntur autẽ
diuitiæ cùm ad vſus vitæ neceſſarios, tũ ad perfru-
endas voluptates. In quibus aũt maior eſt animus,
in iis pecuniæ cupiditas ſpectat ad opes, & ad grati-
ficandi facultatem. N. Incõſultè illi philoſophi: nec
ideò cõſultius ſi profuſione in victu cultúq; corpo-
ris, aut inſanis ſtructuris, atq; intempeſtiuis donati-
onibus aſſumpſiſſent: rectiſsimè ſi humanitate cõ-
moti egentibus diſpertiuiſſent. H. Quale illorũ cõ-
ſiliũ fuerit, nihil ad hoc tẽpus. Amaltheę cornu nõ
eſt quale pingitur bubalũ. Aurũ eſt κέρας ἀμαλθείας
hoc

hoc qui erit adeptus, quidqd optabit petat, omnia fundet, amicos, poſſeſsiones, nobilitatẽ, coniugiũ, honores, eloquentiã, pulchritudinẽ. N. Vnum, & quidem optabiliſsimũ tacuiſti, vitam longã: immo addere tantum bonum nõ potuiſti. Hoc ſi largiretur aurum, poſſent alia multa præ illo contemni, & eſſet ipſum longè magis expetẽdũ. H. Quid? inopia μακροβιωτέρους facit? nõ opinor. Perlepidos Menandri verſiculos edidici, eos attẽde dum pronuntio.

Ο μὲν ἐπίχαρμος τοὺς θεοὺς εἶναι λέγει
ἀνέμους, ἥλιον, γῆν, ὕδωρ, πῦρ ἀστέρας.
ἐγὼ δ᾽ ὑπέλαβον χρησίμους εἶναι θεοὺς
τὸ ἀργύριον ἡμῶν, καὶ τὸ χρυσίον.
ἱδρυσάμενος ταῦτα γὰρ εἰς τὴν οἰκίαν,
εὔξαι τί βούλει, πάντα σοι γενήσεται,
ἀγρὸς, οἰκίας, θεράποντες, ἀργυρώματα,
φίλοι, δικασταὶ, μάρτυρες: μόνον δίδου,
αὐτοὺς γὰρ ἕξεις τοὺς θεοὺς ὑπηρέτας.

*Tellus, & vnda, flamen, ignis, ſidera,*
*Fraterq; luna ſunt Epicharmo numina.*
*Mihi alia eſt ſententia: longè vtiliſsimos*
*Eſſe Deos aurique argentiq; copiam.*
*Quodſi domi tua iſtos collocaueris,*
*Quodcunq; petes, dabunt perliberaliter,*
*Fundos, ædes, ſeruos, & opera argentea,*
*Teſtes, amicos, & ſecundos iudices.*
*Cœlicolæ tibi, ſi largiare, ſeruient.*

Omnia pulchra, eximia, pretioſa ſolemus vocare aurea: nihil ergo illo pulchrius, nihil præſtantius, nihil pretioſius ducimus. Partus aureus, mores aurei, lux aurea, ætas aurea, libellus aureus, dicta au-

rea, os aureũ, gens aurea, Venus aurea, coniux au-
rea. Aurum conſenſu nationũ, cæterarum rerum
mẽſura eſt. N. Quid ais Harmoni? nihil pręſtantius,
nihil pretioſius? Tentationibus, & duriſsimis reb'
exercitatam ac probatam fidem non tantum auro
pretioſiorem conſtituit Apoſtolorũ dux, ſed mul-
tò etiam pretioſiorem. Deinde præ ſapientia auri
exiguam eſſe arenam teſtatur Salomon. Et quoni-
am locus eſt diuinus, & à me nunquam ſine animi
permotione ſuauiſsima legitur, dabis viciſsim au-
res alienis, ac cœleſtibus verbis laudanti ſapientiã,
quemadmodum ego tibi paulò ante, carminibus
veteris comici aurum commẽdanti. H. Auſculto,
dic quæ voluntas imperat. N. *Optaui, inquit, & datus*
*eſt mihi ſenſus: & inuocaui: & venit in me ſpiritus ſapien-*
*tiæ. Et præpoſui illam regnis & ſedibus, & diuitias nihil eſſe*
*duxi in comparatione illius. Nec comparaui illi lapidem pre-*
*tioſum: quoniam omne aurum in comparatione illius are-*
*eſt exigua, & tanquam lutum æſtimabitur in conſpectu il-*
*lius. Super ſalutem & ſpeciem dilexi illam, & propoſui pro*
*luce habere illam: quoniam inextinguibile eſt lumen illius.*
*Venerũt autẽ mihi omnia bona pariter cum illa, & innume-*
*rabilis honeſtas per manus illius. Infinitus eſt theſaurus ho-*
*minibus: quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei.*
Quibus tandem in monumẽtis ſeu latinis, ſeu græ-
cis inueniemus aliquid ad ſapientiæ laudem luci-
lentius? Pſalmographus itẽ iudicia Dei ſcribit eſſe
deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum
multum: dulciora ſuper mel & fauum. Ouidius
illi, auro inquam, præfert ingenium, cuius vulga-
tiſsimum diſtichon magiſtri in ludo diſcipulis oc-
cinere conſueuerunt, vt eos ad diſcendum cohor-
tentur.

*Ingenium quondam fuerat pretioſius auro,*
*Nunc eſt barbaries grandis habere nihil.*

Virtutem auro viliorem affirmat Iuuenalis. Plato autem mirabilius, & magnificentius: quidquid eſt auri ſupra & infra terram, non poſſe cum ea comparari. Ferrum eſt pluris eo æſtimandum, quia vtilius: ſiquidẽ nec agricultura, nec militaris, nec artium operoſarũ ſeu quæſtuoſarũ vlla ſine eo munus ſuum expleuerit. Si vltra quæremus, alia inſuper velut ſigno dato procedẽt, quæ auro tuo haud iniuriâ anteponere poſsimus. H. Non me iſta fugiebant Naui, nec fuit mens mea talibus aurum anteferre: ſed iis ſolũ, quæ vulgò homines admirantur, & conſectantur, quibúſq; adeptis, ſe ter beatos ducunt. Quanquã & ſapientes diuitũ limina propter aurũ terere ſolere Simonides dixit: & Demoſthenes, q̃ vir & quantus? aurea ſe haſta confodi paſſus eſt, vt mittam plures. Huius autem iudicij mei cum auctores habeã non ſpernẽdos, eò ſum in aſſerẽdo conſtantior. Nominaui ante Menandrũ, nunc Pindarũ accipe, cuius Olympiorũ initij ſententia hæc eſt. Sicut omniũ optima eſt aqua, ob cauſſas notas philoſophię alumnis: ſicut aurũ inter diuitias velut rutilans ignis per nocturnas tenebras reſplendet: ſicut ſol reliquis ſideribus clarior & pulchrior eſt, ita olympicum agonem cunctis Gręcię ludis antecellere. Ecce, quæ poſsidemꝰ vniuerſa, noſtras opes omnes caliginem & tenebras appellat cum auro ex altera parte collocatas, ipſum aurum αἰθόμενον πῦρ, ardentem atq; ideò valde lucentem ignẽ. N. Fulgor huius ignis ꝑmultos effecit cęcos, qa oculis irretortis eum aſpicere nequiuerunt, id eſt, vt non concu-

 piſce-

piſcerent nimium, & ab eo corrumperētur. Prætérea multos eius flammæ aduſſerunt, quoſdā penit' exuſſerunt. H. Si beneficia naturæ vtentium prauitate perpendim' (ſcriptum eſt apud Senecam) nihil non noſtro malo accepimus. Nihil inuenies tā manifeſtæ vtilitatis, quod non in contrariū transferat culpa. N. Veriſsimè tu quidē. At neminem oportet confidentia niti aduerſus vitia: eſt enim infirma, mollis, flexibilis, & ad cuiuſcūmodi peccata cōſcēda paratior quā putemus natura noſtra. H. Non refragor. Interim haud fals' eſt Euripides ita dicēs.

Ω χρυσὲ δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖσ,
ὡσ οὐδὲ μήτηρ ἡδονὰσ τοίασ ἔχει,
οὐ παῖδεσ ἀνθρώποισιν, οὐ φίλος πατήρ.
εἰ δ' ἡ κύπρισ τοιοῦτον ὀφθαλμοῖσ ὁρᾷ,
οὐ θαῦμ' ἔρωτασ μυρίουσ αὐτὴν τρέφειν.

*Auro nil gratius aut pulchrius eſt hominibus,*
*Nec mater tantas ipſa voluptates habet,*
*Non liberi ita dulces, non ita charus pater.*
*Omninò, ſi Aphroditæ lumina ſunt aurea,*
*Nihil nouum, eam amores mille tacularier.*

An verò te latet illud neſcio cuius latini poetæ?

*Aurea nunc verè ſunt ſæcula, plurimus auro*
*Venit honos: auro conciliatur amor.*

N. Et tu, nunquámne in iſtos de Propertio verſus incidiſti?

*Auro pulſa fides, auro venalia iura:*
*Aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor.*

H. Nondum quidquam elocutus ſum de auripotentia, quæ cum expugnet omnia, ipſa manet inexpugnabilis. Plutarch' in Æmilio à veteribus hiſtoricis mandatum memoriæ narrat, non Philippum,

ſed eius aurum ſubegiſſe Græciam: & conſtat vti eloquentia ſua Cyneam Pyrrhi legatum plures vrbes, quàm armis: ſic ipſum Pyrrhum plures auro, quàm ferro ad deditionem cópuliſſe. Percelebratum eſt etiam aurũ Philippeum pro lectiſsimo atq; optimo. Cúmq; arcem, ſeu caſtellũ egregiis operibus munitum ad præſidiũ occupare Philippus decreuiſſet, exploratoréſq; difficillimè, vel poti⁹ nullo modo captũ iri ꝓpter aſcẽſus difficultatẽ retuliſſent, quæſiuit ille, an neq; aſellus auro onuſt⁹ poſſet aſcendere: omnia enim huiuſmodi caſtella expugnari poſſe. Ponã hic è lyrico Romano accommodatum propoſitæ diſputationi teſtimoniũ, è lib. 3.

*Aurum per medios ire ſatellites*
*Et perrumpere amat ſaxa potentius*
*Ictu fulmineo. Concidit auguris*
*Argiui domus, ob lucrum*
*Demenſa excidio. Diffidit Vrbium*
*Portas Vir Macedo, & ſubruit æmulos*
*Reges muneribus. Munera nauium*
*Sæuos illaqueant duces.*

Conſidera item mihi duos illos ſenarios, quibus dicitur: auro loquente refutari argumenta omnia, quoniam vel ſilens quidlibet perſuadeat.

χρυσοῦ λαλοῦντος πᾶς ἀπρακτεῖται λόγος,
πείθειν γὰρ εἶδε καὶ πέφυκε μὴ λέγων.

Auro quoque proborum pariter, improborúmq; ingenium deprehendas, & eſt non minus lene tormentum, quod ad veritatem exprimendam admouetur, quàm vinum. N. Aſſentior, & me confirmat Chilon vnus è ſeptem, cuius eſt: lapideis cotibus examinatur aurũ, auro autẽ hominũ mentes. H. Vſum eius in medicinis prætereo, ne longitudi-

ne ſim faſtidio. N. Auro nomen ductum inde vult Feſtus, quia præcipuè cuſtodiatur, Græcè etenim ἀυρεῖν eſt cuſtodire, vnde & theſaurum. Alij ab antiquo vocabulo græco ἄυρον, indéq; θήσαυρον. Hypſicrates qui à Varrone, & Gellio citatur, lib. 16. ſcripſitq; de Romanis vocib⁹, quæ à vetere lingua græca deriuantur, ab inuentore nomen reperiſſe certo ſuit, quẽ vocitatum dicit, Aurum. Quidã ab aura, id eſt, ſplendore, qui illi præcipuus eſt inter metalla. Adducitur Virg. Diſcolor inde auri per ramos aura refulſit. Nonnulli quod mẽtes hominũ auruncet, id eſt auertat: auruncare enim, & auerruncare indifferenter dicebant. Hæc poſtrema notatio inſtituto meo mirificè conuenit. Profectò auertit mentes humanas aurum, & detorquet. Vnde autem, & quo? A recto ad prauum, à virtute ad vitium, ab innocẽtia ad flagitium, à pudicitia ad libidinẽ, quod fabula Danaes poetæ monuerunt, à iuſtitia ad iniuſtitiã, à veritate ad mendaciũ, à ſummiſsione ad ſuperbiam, à charitate patriæ ad proditionem, ab omni ſanctitate ad omne facinus: & prudentiſsimè dicat in Capteiuis ſenex: Odi ego aurum, multa multis ſæpe ſuaſit perperam: & Maro.

*Vendidit hic auro patriam, dominúmq; potentem*
*Impoſuit, leges fixit pretio atq; refixit.*

Materiam occaſionémq; malorum innumerabilium in auro reperiemus, ſi vitam humanam cogitando peluſtrare voluerimus. Polymeſtor Rex Thracum auri amore cæcatus, fas omne abrupit, Priami hoſpitis filiũ Polydorũ obtrũcauit, cuius ſceleris pœnas, ab Hecuba effoſsis oculis, interfectiſq; in conſpectu ſuo liberis graues condignáſq; perſoluit. Ob

aurum

aurum Pygmalion Sichæum affinē ſecurus amorū germanę, impius ante aras mactauit. Aurei monilis gratia Eriphyle maritum Amphiaraū, Laſthenes Olynthum Philippo Regi, Spuria Tarpei filia arcē Romanam Sabinis prodidit. M. Craſſus auro Parthorum inhians hoſti ludibrium fuit: nam in os interfecti aurū liquidum infundētes: bibe, dixerunt, aurum, quod ſitiſti. Aurum effringit fores, perfodit parietes, viatores interimit, ſacrilegos facit: nec ab eo iniuſtè & per nefas parando homines rogi, rotę, cruces, gladij carnificum, cuiuſcúnque generis tormenta deterrere poſſunt. Diſſerens de ventis Seneca: Ingens, inquit, naturæ beneficiū, ſi illud in iniuriam ſuam nō vertat hominum furor. Nunc quod de Cæſare olim maiore vulgò dictitatum eſt, & à Tito Liuio poſitū, in incerto eſſe, vtrum illum magis naſci reipub. profuerit, an non naſci, dici etiam de ventis poteſt: adeò quidqd ex illis vtile & neceſſarium eſt, non poteſt his repenſari, quæ in perniciē ſuā generis humani dementia excogitat. Muta vocabulum, venti, in vocabulum, auri, eadem de hoc iure dixeris. Niſi cum virtute coniunctum eſt, inutile: quid inutile? pernicioſum eſt aurum, meliúſque eſt irrepertum, & ſic ſitum, vt canit Horatius, id eſt, in aurifodinis, nondum humo effoſſum aut erutū, adhuc in terræ latebris retruſum. Hoc magis adulatorum, quam amicorum pater eſt, curarum autē dolorúmque multorum progenies quædā: quod dum tenetur, perpetuo timori: dum admittitur cruciamento eſt. Ad Romanos poſt vrbem conditā pluribus ſęculis, ſerò videlicet auri ſtudium irrepſit, & apud principes Reipub. Fabricios, Curios, Coruncani-

canios, Calatinos diu antea in contemptione fuit: non fuit autem clarior Roma ciuitas, quádiu paupertati in ea, & parſimoniæ hoſpitium conceſſum eſt. Tu, patruelis chariſsime, etiam atq; etiam cauebis, ne aut parcius, aut ſordidius hac inuenta pecunia vtare, quod nõ ſpero: aut effuſius, & luxurioſius, quod magis metuo. Nam ſi rem à patre tuo traditam tibi, mediocriter ſumptum faciendo ſeruare, quã potationibus, & effuſionibus diſsipare maluiſſes, & famæ tuæ cõſuluiſſes, & hac ipſa acceſsione ditior quàm es euaſiſſes. Nihilominus nũquam ſera eſt ad bonos mores via. H. Paternæ huic admonitioni tuæ gratias ago: ſpondeóq; me ita vſurum hoc theſauro, vt per eum alium mihi meliorem, atq; non in aula, ſed in animo repoſitum conficiam, propter quem ſcilicet aſcenſus hominis in cœlum datur: qui mihi ſaluti, liberis meis, ac toti familiæ honori eſſe queat.

## ANNOTATIONES.

VOLO TE SALVERE) *Volo pro opto & deſidero. Plaut. Trinum. S. Dÿ fortunabunt veſtra conſilia. P. Ita volo. Cic. in epiſt. eum honorem tibi deos fortunare volo.* SINE SACRIS HÆREDITATEM) *Cum hac oratione exultat paraſitus in capteiuis, ob æternum cibum, quem ſe ab Hegione ob nuntium de aduentu filÿ allatum adepturum ſperat. Senſus verborũ eſt. Adeptus ſum hæreditatem pleniſſimam, vberrimã & refertiſſimã, ſine ſumptu & onere. Adeptus ſum copias meras, nullo ſumptu admixto aut adiuncto. Ratio autem huius ſententiæ hæc eſt. Sacra ſo-*

miliaria pecuniã ſequebantur, id eſt, eos, ad quos pecuniæ teſtatoris peruenerat, puta hæredem, bonorũ poſſeſſorem, legatarium, aliúmue ſucceſſorem, ſi non extabat hæres. At ſacra ſine ſumptu fieri nõ poterãt, vt neq; hodie fiũt. Itaq; hæreditatẽ minuebant, alia magis, alia minus. Qui igitur hæreditatẽ præſertim opimam, adeptus erat ſine ſacris, is iurè lætari poterat, quia magnum lucrum feciſſet ſine vllo intertrimento. Hæc compendiò ex Lamb. LVXVRIA VXOREM DEDIT) Prologum Trinummi agit Luxuria, cui Plautus addit filiam Inopiam: ſumptus enim intemperantes eam generant. Hanc ſe Lesbonico adoleſcenti, qui abſente patre rem omnem prodegerat, in coniugium dare velle profitetur. Verſus afferemus.

LV. *Sequere me gnata, vt munus fungaris tuum.*
IN. *Sequor, ſed finem fore quem dicam, neſcio.*
LV. *Adeſt, hem illæ ſunt ædes, i intrò nunc iam.*
*Nunc ne quis erret voſtrum, paucis in viam*
*Deducam, ſi quidem operam dare promittitis.*
*Nũc primùm igitur, quæ ego ſim, & quæ illa hæc ſiet,*
*Huc quæ abiit intrò, dicam ſi animum aduortitis.*
*Primùm mihi Plautus nomen Luxuriæ indidit,*
*Tum hanc mihi gnatam eſſe voluit Inopiam.*
*Sed ea huc quid introierit impulſu meo,*
*Accipite, & date vacuas auris, dum eloquar.*
*Adoleſcens quidam eſt, qui habitat in hiſce ædibus:*
*Is rem paternam me adiutrice perdidit,*
*Quoniam ei qui me aleret, nihil video eſſe reliqui,*
*Dedi meam gnatam, quicum ætatem exigat.*

NEQVAM ENIM OMNIS) Nequitia à nequam ducitur. Nequã autem, vt auctor eſt Cic. 3. Tuſcul. ab eo quod nequicquã ſit in tali homine. Vbi nequicquam eſt non quicquam,

quam, et nihil. Ne enim pro nõ dixerũt veteres, vt è pluribus Terẽtij & Plauti locis cõſtare poteſt. Sic. 1. Tuſcul. Secernere autẽ animũ à corpore nequicquã aliud eſt, quam emori diſcere: id eſt, non aliud quicquã: malè enim emendatur, nihil quicquam. NON QVOD PVERI IN FABA) Strobilus ſeruus Lyconidis ſpeculatus ex occulto, vbi aurũ abſtruderet ſenex, id eo diſcedẽte ſibi rapit, quadrilibrem aulam auro onuſtã. Inde inter cætera verba gaudij pleniſſima: reperi, inquit, nõ quod pueri clamitant in faba ſe reperiſſe. Magnũ quiddã, non vile, contẽptum, leue ac nugatorium ſe reperiſſe indicat. Nam midas eſt vermiculus, qui fabis innaſcitur. Hunc ſi quando nacti ſunt pueri, perinde quaſi magnum aliquid inuenerint, geſtiunt atque exclamãt. AVRVM IN VNDAS) Huc ſpectauit Horat. Ode 24. lib. 3.

*Vel nos in mare proximum*
*Gemmas, & lapides, aurum & inutile*
*Summi materiam mali*
*Mittamus.*

HIC SERVVM PEDISEQVVM) Laert. Ariſtippo. τοῦ θεράποντος ἐν ὁδῷ βαστάζοντος ἀργύριον, καὶ βαρυνομένου, ἀπόχεε (ἔφη) τὸ πλέον, καὶ ὅσον δύνασαι βάσταζε. Cum ſeruus eius in via argẽtũ portaret, eóq; onere grauaretur, abiice, inquit, quod vires tuas ſuperat, & quantũ potes gere. Cic. 2. de Inuent. Et pecuniã in mare deiicere inutile, at nõ conſilio, quo Ariſtippus fecit. Horat. Sat. 3. lib. 2.

*quid ſimile iſti*
*Græcus Ariſtippus? qui ſeruos proiicere aurum*
*In media iuſſit Libya: quia tardius irent*
*Propter onus ſegnes.*

Parui

*Parui autẽ refert Laertium nominare argentũ, cum auri etiam vocabulo fere pecunia, ſiue aureæ, ſiue argẽteæ monetæ intelligatur. Atq; vt clarius perſpicias, quãtus contẽptor auri, ſiue pecuniæ fuerit Ariſtippus, iuſsit perdicem quinquaginta drachmis emi. Eam luxuriã iniquius cuidã ferenti reſpondit: tu iſtam obolo non emeres? Annuenti: mihi verò, inquit ille, quinquaginta drachmæ pro obolo ſunt.* PISCANTVR HAMIS AVREIS) *Qui mediocria commoda conſectantur cum periculo iacturæ maximæ, ij dicũtur piſcari hamo aureo: interdum ſiquidem piſcis hamum ſecũ aufert. Valebit in Alchimiſtas quoq;, qui frequenter certe incertorum gratia, conſumunt, & votis fruſtrãtur.* SAPIENTES DIVITVM LIMINA) *Socrates cõtra indignãtem, cum cerneret philoſophos obſidere diuitum fores: & medici, inquit, ægrotantium ædes frequentant. Laert.* AVREA SE HASTA CONFODI) *Prouerbium eſt, argenteis haſtis pugnare, de iis qui muneribus & largitione impetrant & perficiunt, quæ aliter non potuerunt. Ortum ab oraculo quod Pythius reddidit Philippo Regi conſulenti, quo pacto victoria potiretur.*

Ἀργυρέαισ λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα νικήσεισ.

*Argenteis pugna telis, atq; omnia vinces.*

*Innuebat quoſdam pecunia ad proditionem ſollicitandos. Tamen nihil intereſt, vtrum argentea, an aurea haſta aliquem pugnare confodiq; dicamus, cum vtroq; modo idem intelligamus* ἀλληγορικῶσ*: pecunia ſcilicet aliquem tentari & corrumpi. De ſynanche Demoſthenis, & argyranche vide Gellium & Plutarchum in Demoſthene, &*

*prouer-*

*prouerbium, Argentanginam patitur.* NOCTVRNAS TENEBRAS) *Tenebræ dicuntur, quòd teneant vmbras. Nihil enim ſunt tenebræ: ſed ipſa lucis abſentia tenebræ dicuntur: ſicut ſilentium non aliqua res eſt: ſed vbi ſonus non eſt, ſilentium dicitur. Sic tenebræ non aliquid ſunt: ſed vbi lux non eſt, tenebræ dicuntur. Iſid. lib. 13. cap. 10. Nebulones et tenebriones dicti, quia mendaciis & aſtutiis ſuis nebulam quandam & tenebras obiiciant: aut quibus ad fugam fugitiuis, & furta hæc erant accommodata & vtilia Nonius.* QVIA OCVLIS IRRETORTIS) *Horat. Ode 2. lib. 2. ait virtutem regnum, & diadema tutum, propriámq; laurum vni deferre: cui?*

*Quiſquis ingentes oculo irretorto*
*ſpectat aceruos.*

*Quorum verborum hæc eſt explanatio. Qui ingentes auri aceruos ita ſpectat, vt oculos ſuos nullam in aliam partem reflectat, aut retorqueat: qui aurum rectis oculis intueri poteſt: cuius ea eſt oculorum animi acies, vt auri ſplendore non offendatur, neq; præſtinguatur, id eſt, qui ita aſpicit, vt non concupiſcat, aut corrumpatur. Eſt autem metaphora ducta ab iis, qui oculorum vitio lucem aſpicere non poſſunt: ſed oculos ab ea demouere, atq; in aliam partem reflectere coguntur. Hæc & alia præclara multa in hunc poetæ locum Lamb.* AVRVM PHILIPPEVM PRO LECTISSIMO) *A Philippo Macedone ſic appellatum, à quo etiam Philippei nummi dicti, & Philippi ſimpliciter. Plaut. Curcul.*

*Quia nudiuſquartus venimus in Cariam*

*Ex India: ibi nunc ſtatuam vult dare auream,*
*Solidam faciundam, ex auro Philippeo quæ ſiet*
*Septempedalis, factis monumentum ſuis.*
*Idem Trinum.*
*An ille tã eſſet ſtultus, qui mihi mille nummûm crederet*
*Philippeûm, quod me aurum deferre iuſſit ad gnatũ ſuũ.*
*Horat. epiſt. 1. lib. 2.*
*Gratus Alexandro regi magno fuit ille*
*Chœrilus, incultis qui verſibus & malè natis*
*Rettulit acceptos, regale numiſma, Philippos.*

Aurum Colophonium etiam vſurpatur de probatiſsimo. Accommodabitur parœmia ad mores integerrimos, aut ingenij excellentiam oſtendendam. Aurum obryzum, eſt purum putúmq;, excoctum, recoctum. Infectũ quod nondum cælatum eſt, aut percuſſum. Aurum netum gezogen Gold: ſic etiam argentum factum, infectum, ſignatum. Argentum eſcariũ, eſt argentea ſupellex menſaria. QVOD FABVLA DANAES) Horatius Ode 16. lib. 3.

*Incluſam Danaen turris ahenea*
*Robuſtæq; fores, & vigilum canum*
*Triſtes excubiæ munierant ſatis*
*Nocturnis ab adulteris:*
*Si non Acriſium, virginis abditæ*
*Cuſtodem pauidum, Iupiter & Venus*
*Riſiſſent: fore enim tutum iter, & patens*
*Conuerſo in pretium Deo.*

IN AVRI FODINIS) De effoßione auri locus eſt notabilis apud Senecam lib. 5. Quæſt. natural. cap. 15. cum deteſtatione auaritiæ, quem ſubiicio. *Ante Philippum Macedonem reges fuere, qui pecuniam in altiſsimis vſq; latebris ſequerentur, & relicto ſpiritu libero in illos ſe demitterent ſpecus, in quos nullum noctium dierúmq; perueniret diſcri-*

*diſcrimen, & a tergo lucem relinquerent. Quæ tanta ſpes fuit? quæ tanta neceſſitas hominem ad ſidera erectum incuruauit, & defodit, & in fundum telluris intimæ merſit, vt erueret aurum, non minore periculo quærendum, quam poſſidendum? Propter hoc cuniculos egit, & circa prædam lutulentam incertámque reptauit, oblitus dierum, oblitus naturæ melioris, à qua ſe auertit. Nulli ergo mortuo terra tam grauis eſt, quàm iſtis ſupra quos auaritia vrgens terrarum pondus iniecit, quibus abſtulit cælum, quos in imo, vbi illud malum virus latitat, infodit. Illò deſcendere auſi ſunt, vbi nouam rerum poſitionem, terrarúmq; pendentium habitus, ventóſq; per cæcum inane experirentur, & aquarum illis fluentium horridos fontes, & altam perpetuámq; noctē.* Plinij querela eſt lib. 33. cap. 1. *Vtinam poſſet è vita in totum abdicari aurum, ſacra fames, vt celeberrimi auctores dixêre, proſciſſum conuitiis ab optimis quibuſque, & ad perniciem vitæ repertum: quantum fœliciore æuo, cum res ipſæ permutabantur inter ſe, ſicut & Troianis temporibus factitatum Homero credi conuenit &c.* MAGIS ADVLATORVM, QVAM AMICORVM

*Non enim quid amico, ſed quid ſibi vtile ſit, ſpectat aſſentator: ſuis commodis metitur omnia: nec vidiſti, nec videbis aliquando quempiam adulantem pauperi.*

# PROGYMNASMA QVINTVM ET QVADRAGESIMVM.

## *Vita humana, & cœleſtis.*

*CARMINIVS, SALVIVS amici, ANGELI duo.*

CARMINIVS. Cum proximo ſuperiore mẽſe in patriam, hęreditatis obeundæ veniſſem, quæ propinqui cuiuſdam teſtamento ad me pertinebat, nihil potius habui, quam vt Saluium Bonoſum, adoleſcentem inter ſuos inprimis honeſtũ ac nobilem, ſummáq; ſanctimoniæ & modeſtiæ fama, & mihi multò chariſsimũ atq; amiciſsimũ viſitaré, quẽ grauiter ægrũ, ex epiſtola fratris eius ſub diſceſſum intellexerã. In cuius cõſpectum vt veni, ingredienté iam, & conualeſcenté offendi. Ibi tum, vt vſus noſter ferebat, humaniſsimè inter nos conſalutauimus, & præ gaudio collacrumãtes cõplexi ſumus. Quæro num bellè ſe habeat: melius, inquit, factum eſt mihi: Deo ſit laus, ex incommoda valetudine emerſi. Nec ita multum interceſſurum eſt temporis, cum etiã infinitis partibus melius erit: ſic omnipotẽti cõplacitum, cuius ſecundiſsimæ ac liberaliſsimæ voluntati meã ego ſententiam libẽs ac lætus adſcribo. Hoc ſermone tam nouo & inexſpectato cum perculſum me aliquandiu ſilentium obtinuiſſet, ac deinde elicere ex eo inſtituerẽ, quid rei eſſet, quòd tectius loqueretur, in cœlũ ſuſpexit, atq; in huiuſcemodi verba linguã ſoluit. O ſanctiſsime vniuer-

vniuerſi procreator & domine, tibi gratias ago ſin-
gulares, cum tuo conceſſu mihi cõtigit, vt antequã
ex iſtis carceribus emitterer, in his ſedibus maiorũ
meorũ conſpicerẽ Carminium, hominẽ fideliſſi-
ma gratia mecũ cõiunctiſsimum, mihiq́; ex omni-
bus plurimas ob cauſſas maximè dilectũ. Hic ego
admiratione obſtupefactus, familiariter interro-
gare, cur ſibimet malè ominaretur: non de vita de-
ſerenda, ſed propaganda homini adoleſcentiori, &
iam nunc à periculoſo morbo confirmato propè-
modum corpore cogitandum videri. Reſpõdit. Tu
verò, Carmini, craſtina luce cognoſces omnia, ſi ad
me reuiſes. Par eſt modo te cognatos ſalutare: de-
inde facies, vt apud me ſis hodie: niſi forte ꝓcibus
cõcedens, ad alium promiſeris. Reuiſam, mi Salui,
inquã, & cras, & quotquot diebus hîc fuero com-
moratus, eróq; apud te hodie. Ille mox ſuis cœnã
imperauit, ego neceſſarios, & ſanguine coniunctos
conueni, ad cœnã vt condixerã redij, accubuimus,
& nobiſcum aliquot amiculi, quos interim Saluius
pueris dimiſsis vocauerat. De morbo ego illũ, deq;
ſtatu ciuitatis, ille me de ſtudiis meis percontari.
Tanta autẽ fuit in homine iucunditas, & tantus le-
pos in cõuiuis, vt ex animo meo deleret omnis illã
triſtitia, qua me præterita eius oratio aſperſerat: fa-
ctúmq; eſt, nobis imprudẽtibus, vt ſermo in multã
noctem produceretur. Poſtero die, cum eum ſatis
qeſſe arbitrarer, rurſus ſalutatũ acceſsi, quæſiuiq;
num arctior illum ſomnus occupauiſſet. Non pe-
ſimè dormiui, inquit. Tempus eſt, inquam, vt me
tranquilles, & dictorum tuorum tam ominoſorũ
rationem, id quod promiſiſti, edictes. Hic ille con-

iectis in me oculis,ac ſuſpirans. Secedamus, ait, in iſtud conclaue,in ſolum locum,ſine arbitris.Seceſſimus, allata ſunt ſedilia,conſedimus. Tum ſic affari,& curas mihi non quidem demere , iniicere autem hiſce dictis.

Sextus decimus hic dies ſoluitur ab illo, quo tanta fuit morbi ſæuitia , tantúſq; dolorum æſtus, vt animam me depoſiturum eo ipſo crederem. Cum nox aduentans clauſo cœlo diem componeret, exceſsus mentis atq; animi à corpore meo factus eſt , quem græco nomine ἔκστασιν appellamus. Procubueram in loco herbido,& florenti,déq; cõfecto & conficiendo vitæ ſpatio mecum cogitabam , optabámq; ætatem mihi quam longiſsimam donari.Hæc agitanti ſe obuios dederunt adoleſcétuli duo,habitu & forma ãpliore,auguſtioréq; omninò quam humana , lucis clariſsimæ radios iaculantes.Eorum vnus præ ſe gerebat quaſi mundum quendam puſillum : alter globum ſtellulis aureis circumquaq; illuſtriſsimum. Surrexi illico,horroréq; perfuſus & venerabundus cum aſtaré, & precibus peterem,vt cõtra intueri fas eſſet, ad vtrumque latus meum quam proximè accedentes , meóſq; humeros leniter pulſantes,mitiſsimo aſpectu, blandiſsimáq; voce:ades,inquiunt,animo bone iuuenis,& timorem quo perterritus es, miſſum facito:nulla tibi fraus nectitur, nullus dolus ſtruitur, ſalutis tuæ cauſſa diuinitus ad te mittimur. Tu modo quæ dixerimus audi,quò duxerimus ſequere,quæ iuſſerimus præſta.Vos verò ſanctiſsimi cœlites dicite,inquam,quæ vultis , adducite quò placet,præcipite quæ lubet,me attentum & obſequé-

tem habituri. Hæc vbi dicta dedimus, qui à dextris
meum latus tegebat: procedamus, ait, hoc itinere
per loca iſta patentiſsima, & virentiſsima, dum eò
veniamus, vnde tibi admiranda ſumus oſtenſuri.
Interea dic nobis, quid eſt, quod te huius vitæ a-
mor tantopere irretiuit? quid ita miſerum ducis
ante caniciem, & decrepitam ſenectutem, quamuis
in ipſo ætatis flore decedere, placidóque veluti ſom-
no in morte obdormiſcere? Nunquam ne legiſti,
qui cœleſtibus chari ſint, eos in iuuentute emori,
ne ſcilicet malitia mutet intellectum eorum, ſi vita
diuturnior ſuppeditauerit. Cætera quidem in te
magna & egregia ſunt, quorum gratia ſuperis
charus & iucundus euaſiſti: hanc vnam in cente-
ſimum annum extendendæ vitæ cupidinem ferunt
paulò ægrius. Tum ego. Neſcio quomodo in hac
ad vulgi iudicium me accommodo, quod longum
æuum non minimam beatitudinis partem nume-
rat, & natura eodem trahit, quæ ſe diſſolui, & om-
nem corporis ſenſum leto extingui perhorreſcit.
Suſcepit comes à ſiniſtris. Pares igitur duobus im-
prudentibus & fatuis conſiliariis, populo quia
veritate pauca, ex opinione multa æſtimat, & na-
turæ, quæ cæca & bruta eſt. Quod ſi illi cernerent
quam multis miſeriis, laboribus, incommodis, &
calamitatibus hominum vita redundet, quámque ſit
ærumnoſa & omnimodis infœlix humana condi-
tio, quàm è diuerſo beatus, omni bonorum genere
affluens, & cumulatus eorum ſtatus, qui corpori-
bus laxati in cœleſtia templa penetrauerunt, aliam
tibi cãtilenam, & ſuauiorem procul dubio occine-
rét. Non dubito, inquam, quin vos ſapiatis rectius

quare iſtud in animo meo deſiderium extinguite, & aliud præſtantius atq; ſalutarius accendite. Hîc ductor à dextris. Fundamentum & initium veſtrũ, quicunq; homines nati eſtis, quam vile, quam abiectum, quam fœdum? furens per membra libido, ſemen immundiſsimum. Cum fœtoribus concipimini, cum cruciatibus generamini, cum laboribus enutrimini, cum ſollicitudinibus cuſtodimini. Qualis autẽ eſt ortus veſter? quibus cooperti byſſinis aut purpureis tegumentis huius luminis oras viſitis? qua innocentia? qua rerum cognitione præditi? qua dicendi facultate inſtructi? quibus valentes viribus? quibus armis? Nudos ex aluo profuſos terra excipit, natiua labe cõtaminatos, ignaros omnium, mutos, fandi neſcios, imbecilles, inermes, lachrymantes, omninóq; à belluis parum differentes. Quot porrò cernuntur, qui ipſimet ſe nunquam natos, aut quamprimum emortuos eſſe optare debent? qui & conſanguineis verecundiæ, & parentibus mœrori, & generi humano dedecori ſunt: nempe monſtroſi partus, & aut membris mutili, aut ſenſibus imminuti. Quam verò è corporibus veſtris commoditatem percipere licet? Beſtiæ oneribus ferundis ſunt idoneæ, lanas, catulos, lac, butyrum, caſeum, carnes demum & pelles ſuas ad vos alendos veſtiendóſq; largiuntur: herbæ dant flores, dant victum, dant medicinas: arbores ſufficiunt poma cuiuſq; generis, vinum, oleum, balſamum: veſtri fructus tam ſpurci, vt verecundiæ lex naturalis eos abſcondere iubeat, & ſine honoris præfatione inter caſtas aures nominari vetet. Cum ætas firmata aduenerit, quæ tum, quãtúmq;

agmé laborum, defatigationum, morborum, mi-
ſeriarum, dolorum, periculorum, perturbationũ,
malorúmq; & incommodorum grauiſsimorum
in eam incurrit? Omnes anni, omnes menſes, dies
omnes, noctes omnes, horæ quodammodo ſingu-
læ aliquid pariunt, quietus & lætus ne ſis. Ab his
flumina & maria nauigantur, nec vlla rabies ven-
torum, nullę tempeſtates, naufragia nulla pertime-
ſcuntur. Ab iſtis terra, per auia & inuia, per ſyluas,
colles, montes, culta inculta loca, quanquam ma-
ximis imbribus, fulminibus, tonitruis, frigoribus,
niuibus, caloribus itinera peraguntur. Hi caſtra ſe-
quuntur. Hi penetratis terræ viſceribus metallo-
rum venas quæritant. Cæduntur lapides, cædun-
tur ligna, & materia multis artibus miniſtratur.
Texunt mortales, conſuunt, ſerunt arbores, colũt
agros, venantur, piſcantur, aucupantur, vendũt,
emunt, conſultant, litigant, fallunt & falluntur, al-
iáq; permulta, quæ pernumerare otioſum ſit, quoti-
die factitant, vt lucra proueniant, vt diuitiæ con-
gerantur, vt honores obtineantur, vt dignitates
amplificentur, vt libertates conſeruentur, vt pote-
ſtates augeantur, vt voluptates acquirantur. Atta-
men in his omnibus, dic ſi potes, mi iuuenis, quid
eſt non caducum, nõ inſtabile, non mutationi ob-
noxium? Sine requie labuntur & fluunt omnia.
Nonne etiam in ſingulis curæ affligunt, ſollicitudi-
nes mordent, timores perterrent, horrores concu-
tiunt, mœſtitudines conturbant? Nemo ab iſtis a-
nimorum peſtibus liber eſt. Quid loquar de hoſti-
bus veſtris? omitto cacodæmonem, qui ſaluti ho-
minum aſsiduas tendit inſidias: omitto beſtias ma-
iores

iores & truculentas illas, vrſos, pardos, leones, lupos, apros: etiam minores, vt angues, ſcorpiones, araneas, pulices, muſcas, crabrones, à quibus vexamini moleſtiſsimè, cum à prioribus illis etiam dilaceremini: ipſi inter vos pernicioſiſsimi hoſtes eſtis, nec vllum ferè magnum malũ inuenias, quod non homini ab homine comparetur: nec ferme res aliæ ſeu animatæ, ſeu inanimæ vobis nocent, niſi opera eorum, qui vos oderunt. Quid dicam de ſubitis infortuniis, quæ miſeros obruunt? oritur incendium improuiſum, ſupellex tota perit ignibus. Cadit ab alto filius, fractíſq; ceruicibus animã exſpirat. Noctu fures pecuniam, aut argentea vaſa compilant. In itinere latrones occurrunt, qui rebus omnibus viatorem ſpoliant. Repentinus morbus te, aut vxorem, aut filios inuadit, in domum tuam quiſpiam ſtuprum infert, continentia probri inſimulatur, integritati macula inuritur, bonitas infamia multatur. Nec vobis ad dolorem, gemitum, lacrymas propria mala ſufficiunt: ex amicorum quoq; cladibus & miſeriis eadem patimini, niſi è ligno dolati aut lapidibus duriores eſtis. Nec vnquam mors longè abeſt: quantóq; amplius viuendo proceditis, tanto magis ad terminum acceditis: & quo plus augetur vita, hoc magis imminuitur. Senectus autem, quam pauci adipiſcuntur, infelicitatis & incommodorum theſaurus quidam eſt: ſiquidem tum vires maximè deficiunt, oculi caligant, caput tremit, facies rugatur, articuli vacillãt, crines defluunt, dentes putreſcunt, aures obſurdeſcunt, corpus incurueſcit. Semper triſtis, querula, moroſa, tenax, pertinax, iracunda, credula, garru-

la eſt ſenectus: nec quiſquam eſt, qui vbi eam attigerit, non accuſet. Hæc & alia quam plurima, cum ductor ille meus per viam qua ibamus de malis humanæ vitæ diſſereret, quibus me eius odio inflammaret, ad excelſum quendam montem appropinquauimus. ¶ Tum ille, vides, inquit, iſtum montem ſublimem, difficili aſcenſu atq; arduo! Video. Hunc neceſſe erit te ſcandere. Qui potero! Ne quæras. Vix hæc dixerat, cum me prope in ipſo cacumine conſtitutũ aſpicio. Erat huic ſubiectæ regione ſpatioſiſsima quædam planities, in qua frequentia hominum tanta, quantá meminiſſe nó videbar. Celebrabâtur paſsim cœtus, ſparſim palatia, ædes magnificæ, domus etiam humiles, tabernacula, mercimonia multiplicia viſebantur. Hoc loco me dux interior talibus aggreditur. Quid tu iſtuc eſſe putas, quod intueris? Ego? quid putem niſi mercatum aliquem? Mundi eſt imago & ſimulacrum, inquit, qui ipſe non falsò etiam mercatus dicitur, ad quem venitur, à quo receditur, in quo venditiones, emptiones, permutationes, rerũmq; omnium varietates & copiæ, negotiationes, nundinationes, quæſtus, damna, fraudes, impoſturę quotidianę, vt in mercatibus euenire ſolet. Nunc te docebo, in hoc mundo quem incolis, neminem prorſus, cuiuſcunq; ordinis, ſummi, medij, aut infimi ſit, non miſerum eſſe. Cernis ex illo inaurato palatio (digito intento locum deſignabat) prodeuntem quempiam toga purpurea, corona & ſceptro inſignem, quem proximè Principes, id quod tiarę indicant, deinde ſatellites multi comitantur, cũ obuij quiq; curuant genua? Certo

no inquam. Et ille. Cenſen' hunc fœlicem? Quid ni? quæ enim fœlicitas maior, quam nulli parere, imperare plurimis, perfruiq; voluptatibus quibuſcũque libuerit. Erras, erras, inquit. Non illi ad honores, quietem, otium, ſecuritatem, gaudium, verum ad curas, ſollicitudines, onera, metus, pericula deliguntur, quibus ſceptra iſta & diademata referta ſunt. Hic autem faſtus, hæc maieſtas & pompa, hoc ſatellitiũ, iſta rerum abundãtia, hę delicię ſolutiſsimáq; licentia, nõ ſunt fructus ſolidi: ſunt folia duntaxat, & inania nomina, vmbræ, imagines, ſomnia, & compedes, quamuis aureæ. An non aſsiduò verſantur in carcere, cum & ipſi armis tecti eſſe, & cum benè armatis cuſtodibus habitare, atq; in publico apparere coguntur? Quare autem iſtuc? quoniam à ſubiectis nunquam non timent. Bonos iuxta ac malos, ſapientes iuxta ac inſipientes, fortes iuxta ac ignauos, potentes iuxta ac inopes. Ideò autem timent, quia quam plurima moleſta, ingrata & acerba, partim neceſsitate, partim peruerſitate in eos committunt. Imponunt vectigalia ingentia ad ſumptus neceſſarios: interdum tamen ad alendam luxuriam & effuſionem. Qui arma ferre poſſunt, eos deſerta patria, parentibus, coniugibus, liberis, amicis ad militiam compellunt: nec tamen ſemper iuſta bella gerunt. Puniunt facinoroſos, & nonnũquam innocentes. Non ſe gerunt ſemper vt parentes erga liberos, ſed vt moroſiſsimi domini erga ſeruos. Aliena poſſeſſoribus legitimis quo iure qua iniuria eripiunt, ſua diſsipant. Nec optando modum, nec adipiſcendo finem faciunt. Eccleſiam quam defendere deberent oppugnant, fidem, iu-

ſtitiam, religionem in poſtremis ducunt: hinc &
neceſſariò miſeri fiunt, quia in ſcelere nulla poteſt
eſſe fœlicitas, & ſe odioſiſsimos reddunt. Ex quo
ſequitur, vt quem oderunt ſubiecti, eum periſſe
expetant. Plerunque ferro parantur & retinentur re-
gna: ferro autem ceciderunt multi Imp. Reges atque
Principes, partim in acie hoſtili, partim domi co-
gnata manu. Multi regnis ſpoliati, multi in ſeruitu-
tem abducti. Quod ſi tam fœlices ſunt, quare Au-
guſtus de imperio dimittendo cogitauit, Diocle-
tianus dimiſit, alij recuſarunt? At ſaltem ipſorum
miniſtri beati ſunt. Quomodo? quos fideliſsimos &
chariſsimos habuerunt, iſtis aliquando præcipuè
nocuerunt: & plerique non eos diligunt magis, qui
amore digniores ſunt propter virtutem, ſcientiam,
& prudentiam, ſed qui ad ingenia eorum aptio-
res, & cupiditatibus miniſtri diligentiores. Varia,
inconſtans, & mutabilis Principum voluntas ne-
minem timoris expertem eſſe ſinit, qui leuem cul-
pam acerrimo ſupplicio vindicant, & ea imperant
nonnunquam, quæ ſi facias, deum grauiter offendas:
ſi omittas gratia domini tui excidas. Aſpice illic
cuneum hominum ſericis veſtibus ac torquibus
conſpicuorum, è quibus alij niſos aut accipitres
dextra ſuſtinent, aliis moloſsi collaribus bullatis
ornati blandiuntur. Hi nobiles dicuntur. Atqui
vera & germana nobilitas in ſola virtute conſiſtit,
cuius conſectandæ magna neceſsitudine iſti nobi-
les conſtringuntur, ne à maioribus ſuis, qui factis
præclaris nobilitatem ſibi pepererunt, cum dege-
nerauerint, iniuſtè nobiles appellentur. Degene-
rant autem plurimi, quóque aui clariores fuerunt,

hoc

hoc ipſi obſcuriores ſunt: tantúmq; in vitiis, quantum illi in virtutibus nituntur excellere. Eſt tamen res mobilis & inconſtans ac variabilis nobilitas, quæ nec omni in loco valet: cum qui apud barbaros nobiles ſunt, ſi à vobis capiantur, ſeruorum loco habeantur, vti nobiles veſtri apud eos ſimiliter: & delinquentibus eſt cum ea pœna infligitur, vt eſſe nobiles deſinant. Seu rectè autem, ſeu perperam facere cœperint, ita in vtroq; excellũt, vt eos ignobili ſeu plebeio loco natus quiſpiã haud facilè aſſequatur. Sed abeamus ab iſtis. Intuere quemadmodum illa in parte longo ordine Patres curiam petant, vt Reipub. conſultent. Vide non procul ab eo loco quoſdam lictoribus præeuntibus Prætores ſeu prouinciarum præſides. A dextris illorum cõſeſſum iudicium, corona populi cinctum, accuſatores ibidem & defenſores aſpice. Hi omnes, magiſtratus inquam, quocunq; tandem nomine ſibi proprio appellentur, ab amore, ira, odio, timore, auaritia, cupiditate rarò vacui ſunt. Honorãtur vulgò, obſeruantur, amantur, ſed in ſpeciem; animis enim vilipenduntur, & diris deuouentur. Quod ſi etiam ſincerè ac ſine ſimulatione diligantur, nihilominus quia vulgi leuitatẽ & inconſtantiam mutare non poſſunt, momento paruo breuiq; tempore illa beneuolentia in odium tranſit, & benè meritis non alia refertur gratia, quam iniuria, deſpicientia, accuſatio, carcer, exilium, mors. Hem, quàm difficile eſt ſic præeſſe imperiis, regere ciuitates, moderari prouincias, exercere iudicia, vt proſis & placeas ſimul. Fit plerunq;, vt etiam benè conſulendo offendas, & hoc ipſo quod alios ſanas, alios

vulneres. Seueritate opus eſt, nec minus clementia;
quarum virtutum apta coniunctio perquam labo-
rioſa eſt: nempe vt cum ſeuerus es à clementia non
recedas: & cum clementiá præſtas, ſeueritatem nõ
deſeras. Nonne porrò qui alios iudicant, ab aliis
iudicantur? Adeò quidem certè vocandi ſunt in
iudicium, quod ille duriſsimum in eos exercebit,
qui præſunt. Non ſine cauſſa. Quoniam ipſi cauſſas
ad ſe delatas parum perſæpe cognoſcunt & excu-
tiunt, & ſententiam iniquam ferunt: affectibus itẽ
tranſuerſim rapiuntur: non iuſtè, id eſt, ſine & con.
ſilio non bono, quamuis iuſta decernunt, & mune-
ribus ſe deliniri patiuntur. Miſerrima conditio &
fortuna iudicum, quorum ædes plenæ ſemper li-
tium, iurgiorum, querelarum, clamorum deniq;
& quod tota vrbe vitiorum eſt, quod claudicat,
quod ægrotat, quod languet, quod à ſtatu recedit,
hoc ipſis curandum tractandúmq; obtruditur. Ad-
uocati dum tuentur alium, lædunt plurimos, ipſiq;
controuerſias ſuſcitant, & ſuſcitatas alunt, ibique
multæ lites, vbi talium hominum maior copia.
Scribæ, Notarij, Tabelliones quæſtum ſibi inſtitu-
unt, in publico munere priuata ſectantur compen-
dia, teſtamentis, formis, cautionibus, contractibus
non optima fide ſcribendis. Quocirca contentio-
nes exiſtunt, vbi pax ſperabatur. Hæc iſtis prope
verbis proſequente ductore meo: En, ecclamaui e-
go, en militaribus armis phalangem inſtructam,
per medios tranſeuntem. Vt fulgent galeæ? vt mi-
cant clypei? His, ait ille, vehementer cordi eſſe de-
bet defendere cum periculo capitis Rempub. om-
néſq; o ea propulſare iniurias. Quas tamen ipſi-
met

met nonnunquam inferunt, quod ſacrilegum eſt: & in quorum manibus atq; armis publica ſalus poſita videbatur, ab iis pernicies ac peſtis publica promanat. Vt porrò demus eos officium ſuum explere numeris omnibus, milites beati non ſunt, nec ſatis multa videntur ei vitæ mala, quæ tamen plurima, vel potius innumerabilia ſunt, qui ſe militiæ addixit. Nunquam ferè quieſcit miles, continua in ſollicitudine metúq; verſatur, cui ſupra verticem, mors impẽdet. In itineribus faciendis, in caſtris communiendis, in excubiis agendis, in inſidiis tendendis, in hoſte perſequendo, in præliando ſemper eſt occupatus. Nec eum victorem magna gloria ſequitur, quia tota ferme penes imperatorem eſt, non ſibi multum inde miles decerpit. Labores, pericula, vulnera, fames, ſitis, fatigatio, æſtus, frigora, aliáq; militaria incommoda ei relinquuntur. Per militiam ad honores & opes aſcenderunt quidam, fateor: ſed per eandem ad ignominiam, paupertatem, carceres, ſeruitutem protracti ſunt multò plures. O infœlices, quos animas quodammodo in manibus gerere, & illam vocem crebrius audire oportet: aut occide, aut occideris. Audiſti de militia: num agriculturam non laborioſam & infœlicem exiſtimas? Debebat quidem terra ſeruire homini, nullóq; proſciſſa aratro, nullis foſſa ligonibus, nullis grauidata ſeminibus, per ſe proferre alẽdis corporibus neceſſaria: ſed culpa veſtra factum eſt, vt votis colonorum non reſpondeat, & labores eorum ſæpius fruſtretur. Labores, inquá, & laſsitudines tum animi tum corporis tam multas & graues, quas norunt qui cũ terra rationes

habent

habent,quiq́ vnà cum hordeo & tritico ſollicitu-
dines ſeminant , quibus nunquam expediuntur,
quoad frumenta horreis condiderint. Vna gran-
do,pruina,vredo,procella totam meſſem corrum-
pit,operámq́ omnem ad nihilum redigit : vt ſile-
am de volucribus,muribus,vermibus aliiſq́ beſti-
is,à quibus ingentibus agricolæ detrimentis affici-
untur.Hoc ſermone confecto,in montis latus paſ-
ſibus aliquot progredimur. Ibi à læua ductor di-
uerſas diuerſorum opificum officinas mihi de-
monſtrare,ſutorum, ſartorum , fabrorum,pellio-
num,tornariorum,aliorum præterea : de incom-
modis & difficultatibus quibus obiicerentur, non
pauca diſſerere , quorum hæc ſumma: eos videri
ſeruos quodammodo , cum intellectum ſuum na-
turà liberum , & rebus omnibus ſuperiorem tam
humilibus ſordidíſq́ tractationibus & operis ſum-
mitterent:nec tantum cum labore manuum atque
pedum neruorúmq́ omnium , ſed etiã cum frau-
dibus,fallaciis & impoſturis rem quæritarent.Ex-
cludi eos ferme ab iis , quæ ingenio,conſilio & di-
ſciplina continerentur , nec ad ciuiles functiones
gubernandáſq́ ciuitates adhiberi.Interea tympani
ſtrepitus aures verberat, ad quem oculos circum-
ferentes,videmus ex ædibus pompam nuptialem
procedere,pręgredientem ſponſum cum virorum
ordine qui bini incedebant , ſequi ſponſam cum
virginibus ſuis,& mulieribus. Ibant ad templum
rectà, vt ibi fœdere indiſſolubili per ſacerdotẽ co-
pularentur.Iſti,ait,connubium ineunt, ſocietatem
vitę perpetuam,ac mortis tantum vi dirimendam.
Veruntamen onerosa & ærumnoſa hæc ſocietas,

quamuis blanda ſint mariti & vxoris nomina. Eſt quippe alter alteri non coniunctus ſolùm, verùm arctiſsimè colligatus. Habenda talis vxor, qualis ducta eſt: talis vir, qualis à principio nuptiarum, & ante nuptias fuit. Mulier pauper contemnitur, diues imperat, deformis cruciat. Rixæ, iurgia, diſsidia, exprobrationes, ſuſpiciones, querimoniæ inter coniuges aſsiduæ. Quanta cum animi perturbatione & timore quærunt placere mutuùm? nec tamen id ſemper aſſequuntur. Cogitur maritus honoris ſui cauſſa quam ſcit impudicam & adulteram laudare apud alios, vt pudicam & probam. Paucis abſoluam, molleſcunt effœminantúrque etiam fortes, cordatique homines in illo vitæ ſtatu, & propemodum nihil niſi terrena, & muliebria meditantur. Nihil ſiquidem ita deiicit virilem animũ ab altitudine ſua, vt blandimenta illa vxoria, & ſecretorum coniugalium quanquam legitima, tamẽ fœda conſuetudo. Qui autem in literis otium ſuum omne conſumunt, & plerúmque à ducenda vxore abhorrent, quoniam ſapientiæ & voluptati ſimul operam dari poſſe non arbitrantur, & libero lectulo nihil quidquam eſſe iucũdius experiuntur, eorum vita quietiſsima, moleſtiarum, dolorúmque vacua omninò putatur: quos nihilominus ſibimet diſplicere, fatigari, perturbari, cruciari certum eſt, dum continenter diſcunt, tot volumina peruolutant, res obſcuras atque difficiles ſtudioſiſsimè indagant, veritatem per latebras & receſſus altiſsimos inquirunt, ſuæ intelligentiæ imbecillitatem, ignorantiam nimis magnam, ſcientiarúmque difficultates agnoſcunt, Dum refellunt & refelluntur, dum

corrigunt,explanant,diſputant,docent,perſcrutátur,commentantur, dum in cibo & ſomno temperãt, tempeſtiuis cõuiuiis reliquiſq; voluptatibus ſibi acriter interdicunt. Et tamen vix in ſumma ſenectute eo perueniunt: vt ſapere incipiant. Pauperes & mendici in contemptu hominum viuunt, rerum neceſſariarum inopia & egeſtate obſidentur, eſuriunt, ſitiunt, ſeminudi ſunt, calores & frigora iuxta perferunt : quando nec veſtes ſuppetunt, quibus vim frigorum pellant in hyeme : nec vmbracula ad ſedandos calores in æſtate. Marceſcunt, ſordeſcunt, contabeſcunt, vt ſimulacra per oppida & plateas ambulantes. Diuites curarum agminibus obſidentur, & oppugnantur. Vt domeſticis nihil deſit, vt tributũ Principi exſoluatur, vt bona tã varia & fortunæ amplisſimæ cuſtodiãtur, vt alia vendantur quæ ſuperuacanea ſunt, alia emantur quę deſunt. Si terra ſpem fefellerit, in mœrorem cadunt: ſi ingens frugum fructuúmq; prouentus fuerit emptores quærunt, & ob annonæ vilitatem dolorem hauriunt. Nec interdiu ſolùm, quin & noctu non tantum plura acquirendi deſiderio ſtimulantur, verum etiam amittendi metu excarnificantur. Serui diurnis, nocturniſq; miniſteriis, huc illuc curſitando, tot negotiis vno pæne tempore curandis & obeundis, nutibus dominorum, non modo iuſsibus obſeruandis quàm quotidie delaſſantur? Et in ſua fidelitate frequenter plagas accipiunt pro mynere, domo pelluntur, mercede fraudantur. Dominus ſi acerbus, immitis, ac durus eſt, ſubiectorum vim: ſi mitis & humanus, contemptum & inſolẽtiam metuit: quem do-

meſti-

meſtica procuratio , & rei familiaris ſollicitudo continenter diſtinet. Qui cœlibes viuunt, ſtimulis libidinum compunguntur, & cum formis per mẽtem inſinuantibus continens bellum gerunt; ſemper in mediis ignibus verſantur, vt difficillimum ſit non comburi. Iam malos, qui habent domum clauſam virtuti, patentem atq; adeò expoſitam cupiditati, in ſceleribus ſuis conſcientiæ exagitant, & inflat eos arrogantia, corrodit inuidia, ſollicitat auaritia (cui nullum eſt officium tam ſanctum atq; ſolemne, quin illud ipſa violet atq; comminuat) inflammat libido, deuaſtat edacitas, exulcerat ira. Boni in ſemetipſos duri ac ſeueri exiſtunt, voluntarias corporum pœnas ſibimet irrogant, voluptates à ſenſibus amputant, vitam ducunt horridam atq; aridam, perſecutiones patiuntur, ludibria, verbera, inſuper, & vincula, & carceres. In omnibus tandem vitæ generibus & ſtatibus, ſi rectè ratiocineris, plus laboris, quam quietis, mœroris quam lætitiæ, luctus quam ſolatij, difficultatis quam facilitatis, periculi quàm ſecuritatis inuenies: multos vbiq; aculeos, calamitates, afflictiones, ærumnas, & miſerias. Quocirca quid eſt, quod in hac vita diutius velis permanere? Iterum, inquit ductor à dextra, nobiſcum vade, viſurus iucundiſsimum quippiam, quod totis medullis concupiſces. Deſcendimus de monte, per medios homines gradimur, neque ab vllo cernimur. Mihi ex oratione vtriuſque obortæ erant lacrymæ, quas illi abſtergentes, me bono animo vt eſſem cohortabantur. Ducebar igitur per loca non ita amœna & plana vt antea, ſed ſalebroſa,

lapi-

lapidoſa,ac pæne inuia, & obſcura ſimul.Cum aliquoties ingemiſcerē huius aſperitate itineris,conſolabantur me verbis ſuauiſsimis, mox móxque futurum finem promittebant,addebántque, non mirum ſi difficiliore via ad id perueniretur,quod mihi monſtraturi eſſent. Nam omnia præclara laborioſiores habere aditus,& hoc rationi inprimis eſſe conſentaneum. Reliquus omnis ſermo eorum per illam viam in exhortatione ad deſpiciendam hanc vitam quandocunque tandem,certè aliquando finiendam conſumebatur , cum inſuper de animorum miſeriis, quibus homines etiam quanquam felices ſuo iudicio, toto vitæ curſu premerentur, multa mihi adhuc narrarent. Et ſanè odium amplius viuendi non mediocre in me excitatum ſentiebam. Poſtquam horis duabus aut tribus ( vt mihi quidem tum viſum eſt)per inculta locorum,per ſyluas,dumeta, valles atque colles ambulauimus,in pratum quoddam patētiſsimum deuenimus, currentibus paſsim riuulis irriguum, & omni florum varietate picturatum. Iubet me ad dexteram reſpicere ductor meus maior , quem globum aſtriferi geſtaſſe ab initio dicebam. Reſpicio. O Carmini Carmini,quid ego ibi,qualia vidi? Mi Salui, quænam?obſecro. Cum arrectus eſſem ad audiendum rurſum exclamans ille :heu quid hîc moramur,inquit,cur non diſcedimus confeſtim ex hac confuſione,ex his tenebris? quam vileſcunt, quam ſordent mihi terrena omnia? Dic,inquam, mi optime & amantiſsime Salui,quod viſum vidiſti? Ciuitatem vidi ampliſsimam , & ſupra quam cuiquam credibile eſt, ſplendidè conſtructam, ſumptuoſè, magni-

magnificè, multis & excelſis turribus, propugnaculis firmiſsimis, mœnibus altiſsimis, vnde ſe tam clari fulgores, tamque nitidi fundebant, vt quanquam adhuc diſtarem remotius, tamen radiis pœne excœcarer. Verùm illi comites mei, cum digitis primoribus oculos meos leniter tetigiſſent, tantæ lucis patientes effecerunt. Erat vrbs illa τέτράγωνοσ: habebátq; portas duodecim, ex omni parte videlicet tres, ab oriente ſole, ab occaſu, ab Aquilone, ab Auſtro, erátq; non maior longitudo quam latitudo. Portæ ſingulę ſingulis margaritis, mœnia ipſa lapidibus pretioſis conſtabant. Turres cum propugnaculis, ædibúſq; tabulis auri puriſsimi tegebátur. Afflabatur inde odor fragrantiſsimus, quàm ſuauem naribus nunquam acceperam, audiebantúrq; citharæ & organa dulciſsima, & cantus muſici omnis generis: quorum moduli & ſonitus ita me delectabant, vt vix apud me eſſem. Feriebat aures meas quacunq; vrbem circumirem præcipuè illud nobile, & ſæpe mihi illuſtri poſitum loco perlectum carmen: ABSTERGET DEVS OMNEM LACRYMAM AB OCVLIS EORVM, ET MORS VLTRA NON ERIT, NEQVE LVCTVS, NEQVE CLAMOR, NEQVE DOLOR ERIT VLTRA. Admirantem & obſtupeſcentem me ſic cōpellat ductor à dextris. Quid nunc? placet tibi hæc ciuitas? Mihi, inquam, an placeat quæris? vt nihil æquè, ex quo natus ſum. Quod illi nomen? Hieruſalem noua, inquit: Tum ego. Bene, inquam, & verè noua: nam in terris nulla illi ſimilis. Et hæc, inquit de cœlo deſcendit, vel potius ipſum eſt cœlū. Quàm me, ſubieci ego, hic aſpectus detinet? quo-

modo reficit? Et ille. Quid verò intus eſſe opinare? Quid? gaudia mera: nam hoc iſti odores quibus compleor, & cantus quos audio, & ſplendor quem aſpicio loquuntur. Quæ nec viſa cuiquam mortalium ſunt, inquit, nec auribus arrepta, nec mente vnquam tractata gaudia hîc vigent, viguerunt, vigebunt ſpatiis ſæculorum innumerabiliũ. Nullæ in hac præclara & ſancta ciuitate caligines, nullæ tenebræ, perpetua & candiſsima ſemper lux. Non ſuccedit hic dies nocti, non æſtati autumnus, autumno hyems: nulla dierum atq; noctium, nulla tẽporum viciſsitudo. Perpetuum ver, dies ſempiternus. Nec verò hic luna lucet, non ſol radiat, nó ſtellæ micant, ſed Deus omnipotens ipſe eſt lumen, & agnus lucerna eius. Degitur hîc à beatiſsimis ciuibus vita ſecuriſsima, omnium ſcilicet periculorum expers, in quam nulla cadit mœſtitia, perturbatio, ſollicitudo, nullus morbus, nulla mors. Ita omnes alienam, vt ſuam ſibi beatitudinem gratulantur: ardentiſsima ſcilicet charitate cum Deo & inter ſe copulati. Quid tibi ego Prophetarum choros, Patriarcharum cœtus, Apoſtolorum ordinem, Martyrum myriadas, Confeſſorum turbas, ſanctarum mulierum virginũmq; agmina deſcribam? Nec noſtræ quidem linguæ, nedum humanæ, ſatis queunt exprimere cœleſtium voluptatum copiam & magnitudinem, quibus in ſempiternum tempus perfruuntur, quos hunc in locum merita ſua introduxerunt. Libertas hîc eſt ſine vlla ſeruitute, ſanitas ſine ægrotatione, pulchritudo ſine labe, vbertas ſine inopia, ſecuritas ſine metu, cognitio ſine errore, ſaturitas ſine faſtidio. Nemo in hac ci-

uitate habitator humilis & abiectus, omnes illu-
ſtres ſunt ac nobiles, quoniam omnes ſunt filij Dei, & filij chariſsimi. Quanta ex conſuetudine tot beatorum iucunditas? quale gaudium contemplari eum, qui continet bona omnia? quem ſol & luna mirantur, quem aſtriferi ignes adorant, quem tot millia ſpirituum ſanctorum hymnis & precibus aſsiduiſsimè venerantur. Si millies occidi poſſetis, non eſſent recuſandæ mille mortes, vt hac fœlicitate potiremini: ſiquidem nulla vſquam eſt, nec cogitari poteſt fœlicitas, quæ poſsit cum hac aliqua ex parte, & aliquantulum comparari. Quid lucidius ſole? & tamen corpus tuum ſi intraueris in hanc ciuitatem ſimili ſplendore fulgebit: tuum & vniuſcuiuſque alterius. Quot igitur beati, tot ſoles. O lucem immenſam quam ſpargent ſoles innumerabiles. Sunt enim erúntque incolæ tam frequentes, vt eos dinumerare nemo poſsit, ex omnibus gentibus & populis, tribubus & linguis. Vbi perorauit, ſenſus mihi omnis eripi, torpere lingua, oculi nocte quadam tegi, obſurdeſcere aures, frigeſcere corpus. Tum illi me neſcio quo, certè quidem diuino ſucco perfuderunt, méq; ipſum mihi reddiderunt. Itaq; tenere me non potui: quæſiui, eſſét ne intus Euſebius Bonoſus paternus auus meus, quem virum iuſtiſsimum atq; optimum palàm, & in omni ſermone prædicabat vt meminiſti, patria noſtra vniuerſa. Immò verò, inquiunt, eſt intus, &, ecce, (aperiebatur autem porta vna) ad te gradum fert, corpore longè alio, quam indutus erat, cum in terris viueret vitam veſtram, quæ mors dicenda eſt potius. Eum vt conſpexi, largo flumine

vultum humectaui. Ille autem me amplexu strin-gens, & oſculo impertiens vetabat tantos fletus ef-fundere, mihíq; gratulabatur, quod ad locum e-iuſmodi perductus eſſem. Ego autem vt primum cohibitus lacrymis loqui potui. Aue mi, inquam, mira ſunt quæ iſti adoleſcentes de tua tuorúmque ſociorum ac ciuium beatitudine mihi commemo-rarunt. Quid ergo in terris hæreo? cur ad vos mihi acceſſus non patet? duc me tecum intrò mi aue, bi-ne me nepotem tuum tantorum præmiorum par-ticipem fieri, & tantæ voluptatis vel particulam guſtare. Reſpondit ille. O fili, non eſt fas quenquam huc, niſi ab omni macula purgatum, & à Deo tan-quam de ſtatione euocatum ingredi. Proinde iu-ſtitiam pietatémq; ſanctiſsimè colito, tuorum ma-iorum veſtigia perſequere, & iſtam crede viam eſſe huc penetrandi. Nec diu tua te vota fruſtrabun-tur. Poſt menſes paucos iterum in morbum, a quo nunc conualeſces, lapſurus es, diémq; tuum ſupremum, vt fas pium Chriſtianum facere, ſacra-mentis expiatus religioſè conficies: inde mecum æuo ſempiterno coniungeris. Huius rei fœlix tibi nuntius mittor à præpotenti Deo: & vt hoc cogno-ſceres, omnémq; ideò vitæ caducæ amorem abi-ceres, & de immortalibus iſtis bonis, de quibus audiſti, adipiſcendis ſedulò multúmq; cogitares, ideò duo angeli huc vſq; te adduxerunt. Quod ſu-pereſt, vigila vt bonus ſeruus. Nam ſi te dominus vigilantem inuenerit (inueniet autem) ſuper om-nia bona ſua te conſtituet, iubebítq; intrare in gau-dium ſuum. Hæc locutus, repentinò vnà cum duo-bus illis comitibus è conſpectu meo ablatus eſt, &

eg

ego tanquam arctiſsimo ſomno ſolutus, me in cubiculo atq; in lectulo meo ſub lucis exordium, valdè laſſum & ſudantem inueni, cœpique exinde valere melius, & è morbo recreari. Nunc autem dies noctéſque aliud nihil voluo, quàm quo pacto me, dum adhuc in carunculę huius folliculo ſum conſtitutus, promiſſa fœlicitate non quidem dignum, quis enim illa dignus? ſed minus indignum reddere queam. Hæc tibi, Carmini, vt vni omnium ex amicis amiciſsimo ſignificare arcanò volui (nemini certè adhuc myſterium iſtud patefeci) vt eſſet mihi tecum communis lætitia: nec, cum de meo exceſſu audires, dolorem caperes, quem capturus eras. Sic meus Saluius. Quid tum animi habuiſſe me creditis? inuaſi in collum eius, & vim lacrymarum profudi inter verba ſingula: ſi tamen illa verba, & non potius ſingultus, aut dimidiata & interciſa verba fuerunt. Ille ſolatus me ſermone admodum dulci, magnopere cœleſtis vitæ cupidinem mihi commendauit, & hanc tanquam hæreditatem reliquit, quam tenebo quoad vixero. Cum iam inſtaret reditus ad vos, ſalutato eo digreſſus ſum. Deinde vnum & alterum adhuc diem in patria commoratus, & amicis valere iuſsis, quintodecimo die poſt, quam obieram, ad ſtudia mea repetenda in iſtam vrbem reueni.

---

## ANNOTATIONES.

HAEREDITATIS OBEVNDÆ VENISSEM) *Subauditur cauſſa, vt apud Græcos in ſimilibus* ἕνεκα. *Frequens loquendi genus Salluſtio. In orat. Philippi.*

*Exercitum opprimendæ libertatis habet. Ibid. Priuata arma opprimendæ libertatis cœpit. Item aliás. Arma ciuilia cœpit legum ac libertatis ſubuertendæ. Omitto plures locos. Sic Terent. Adelph. Ne id aſſentandi magis, quam quod gratum habeam facere exiſtimes. Priſcianus lib. 18.* LACRYMANTES) *Infantes cum primum in lucem eduntur, propter ſenſum frigoris ploratum emittunt. E calidis enim vteri latebris, in quibus diu delituerunt, in aerem frigidum & inſuetum ſibi expromuntur à natura: ac proinde eius velut ictum ſentientes, doloris ſui indicium dant lacrymas. Atq; hic ipſe dolor aliorum dolorum, qui in omni deinceps vita perferendi ſunt plurimi, principium eſt. De miſeriis infantiæ Plato ſeu Xenocrates in Axiocho hunc in modum.* Τί μέρος τῆς ἡλικίας *&c. Quænam vitæ pars incommodis & moleſtiis vacat? Nonne in primo ipſo ortus veſtibulo infans plorat, & à dolore vitam auſpicatur? Nec ab vlla quidem moleſtia immunis eſt, dum omnium incommodorum anguſtiis obſidetur atq; circumuallatur, vel rerum neceſſariarum penuria, vel frigore, vel calore, vel plaga aliqua, quam tamen nondum fari, nec doloris ſui cauſſas explicare, ſed ſolo vagitu atq; eiulatu angoris mœſtitiæq; ſignum dare poteſt.* QVOD NON HOMINI AB HOMINE) *Opportunè in mentem venit loci cuiuſdam ex 2. Off. idonei ad hoc ipſum confirmandum. Atq; vt magnas vtilitates adipiſcimur conſpiratione hominum, atque conſenſu: ſic nulla tam deteſtabilis peſtis eſt, quæ non homini ab homine naſcatur. Eſt Dicæarchi liber de interitu hominum,*

*Peripa-*

Peripatetici magni & copioſi: qui collectis certis cauſſis eluuionis, peſtilentiæ, vaſtitatis, belluarum etiam repentinæ multitudinis, quarum impetu docet quædam genera hominum eſſe conſumpta: deinde comparat, quanto plures deleti ſint homines hominum impetu, id eſt, bellis & ſeditionibus, quam omni reliqua calamitate. INFELICITATIS ET INCOMMODORVM THESAVRVS) In ſenectutem quidquid in natura ruinoſum eſt, & interitui obnoxium, effundit ſe atq; erumpit, & quidem ita, vt nullis remediis hæc imbecillitas auerti queat. Poſt pauca. Itaque dij rerum humanarum verè intelligentes, eos quos præ cæteris hominibus plurimi faciunt, ab hac vita citius liberant. Xenocrates. NON FALSO ETIAM MERCATVS) Pythagoras certè cum Leonti Phliaſiorum principi cauſſam edicere vellet, cur ſe philoſophum nouo tum nomine & inaudito appellaſſet, vitam humanam cum mercatu comparauit. VNA GRANDO, PRVINA, VREDO) Laudatur à multis agricolarum vita, vt ſecuriſſima, & tranquillitatis pleniſſima, ſed habet tamen ipſa quoq; ſollicitudines, vlcera, ac ſtimulos ſuos, quod eleganter docet Horat. Ode 1. lib. 3. Vbi cum dixiſſet, contentum rebus neceſſariis non perturbari vllis incommodis, quæ ſtultos ſemper excruciant, ſubiungit.

*Non verberatæ grandine vineæ*
*Fundúſq; mendax, arbore nunc aquas*
*Culpante, nunc torrentia agros*
*Sidera, nunc hyemes iniquas.*

*Et epiſt. 8. lib. 1. vbi ἀκηδίᾳ quadam ſe teneri oſtendit: ait enim ſe ægrum eſſe animi,*

*haud quia grando*
*Contuderit vites: oleamq; momorderit æſtus.*
*Nec quia longinquis armentum ægrotet in agris.*

*Plato item Axiocho. At iucunda eſt, dicet quiſpiam, agricultura. Certum eſt. At non totum (quod aiunt) vlcus? ſemper doloris cauſſas inueniens. Cum videlicet modo ſiccitatem deploret, modo imbres, modo vredinem, modo rubiginem, modo calorem intempeſtiuum, vel frigus. Hæc ſummatim ex Victor. lib. 5. cap. 5.* MAIORVM VESTIGIA PERSEQVERE) *Honeſtiſsimum eſt, inquit epiſtola quadam Plin. maiorum veſtigia ſequi, ſi modo recto itinere præceſſerint.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

FINIS.

ndit : ait

ſtus.
in agris.
m, agri-
) vlcus ?
modo ſic-
, modo
frigus.
ORVM
ſum